

LITTERAE QUADRIMESTRES

EX UNIVERSIS

PRAETER INDIAM ET BRASILIAM

LOCIS

IN QUIBUS ALIQUI DE SOCIETATE JESU VERSABANTUR

ROMAM MISSAE

TOMUS SECUNDUS

(1552-1554)



MATRITI
EXCUDEBAT AUGUSTINUS AVRIAL
via S. Bernardi, 92
1895

CLXVIII

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 31 Augusti 1552 [1].

IHS

Gratia et pax xi. dni. sit semper cum omnibus nobis.

Re.[de] in X.[o] P.[r]:

Cum in hac nostra Societate consuetudo sit ut quarto quoque mense singula, quae ad Dei gloriam et ad consolationem confratrum esse possunt, scribantur, conabor paucis P. V. indicare quicquid hoc quadrimestre Coloniae actum est.

In primis, Re.[de] P.[r], quoad tempora in quibus degimus, plena sunt bellis ac turbationibus. Colonienses nostri multum timuerunt et adhuc timent; omnes fere portae civitatis per multum temporis clausae fuerunt; vigiliae quoque die ac nocte diligentes factae sunt. Istis mensibus religio christiana multum decrevit in his locis et decrescit in dies magis. Nam lutherani sive haeretici Maguntiam occuparunt, Episcopus maguntinus, religiosi et sacerdotes omnes fugere coacti sunt, quorum domus et ecclesias haeretici incendunt tam in civitate quam extra civitatem jacentes. Tandem haeretici occuparunt etiam Treverim. Iam aliud non restat nisi ut episcopatum coloniensem devastent et Coloniam penitus subvertant, quod valde timetur et facile fieret, quia inter populum et clerum maxima est contro-

[1] Tota autographa, unico folio, sub num. 125, ex vol. *Epist. Quadrim., 1547-1552.*

versia, ita ut periculum sit ne tumultus fiat in populo contra clerum et religiosos omnes. Non possem litteris explicare quomodo hic religiosi et sacerdotes sint exosi, quomodo post eos clametur in plateis sine aliqua verecundia.

Nos pacifici manemus apud templum divae Ursulae. Istis mensibus multis de causis coacti fuimus nos magis domi continere et nostra studia tractare. Tamen dominicis diebus et festis bis semper exhortationem habui diversis in locis [1].

Quidam promoti in artibus et sacerdotes saepe nos invisant *(sic)* aut consulendi aut confitendi gratia, inter quos est quidam filius consulis promotus in artibus, qui valde Societati est addictus. Apud communem populum bene audimus, libenter nos audiunt. Sed aliqui magistrorum nostrorum [2] admodum aegre nos ferunt, quorum unus in publicis concionibus suis quantum potest contradicit nobis, ab aliis male informatus, et ita inhaeret suae opinioni, ut quicquid contrarium audiat, non credat. Speramus omnia brevi meliora Dei gratia.

Nihil adhuc percepimus de Andrea Phrysio [3], quem cum Sebastiano [4] ante aestatem Romam misimus. Intelligo ipsius patrem bene contentum quod se Societati dederit, et omnia necessaria esse illi paratum mittere, modo sciat ubinam agat.

Haec sunt quae P. V. scribenda occurrunt, cui unice commendatos nos cupimus.

1552, ultima Augusti.

R. V. servus indignus,

LEONARDUS KESSEL.

Superscriptio: R.do in X.o Patri Dno. Ignatio a Loyola, Generali Praeposito Societatis Iesu, Romae.

Manu J. Ph. Vito: Iesus. 1552. Colonia, de M.ro Leonardo Kessel, del ultimo de Augusto.

---

1 Haec fusius et clarius habes in POLANCO, *Chronic. Societ. Jesu,* tom. II, pag. 585.

2 Quid nomine *Magistrorum nostrorum* hic veniat habes in *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro,* t. I, pag. 103 et 224.

3 Vide supra, t. I, pag. 546, not. 2.

4 De hoc Sebastiano, cujus, suppresso nomine, meminisse videtur POLANCUS *Chron.,* t. II, pag. 585, n. 397, nihil adhuc certi addere valemus.

CLXIX

P. Petrus del Pozo
Patri Ignatio de Loyola.
Burgis, 1 Septembris 1552 [1].

IHS

Muy R.do padre mio en Xpo.

La gra., salud y paz de Jesu Xpo. nro. Señor, y la consolacion del espíritu sancto sea siempre en el alma de V. P. y con todos nosotros, amen.

Por auerme mandado el padre maestro estrada tubiese cargo de escriuir cada mes, y cada quatro meses á V. P., y ser este uno de los quatro meses, por esta daré auiso á Vra. P. de lo que en esta tierra y cibdad el Señor por sus siervos se a dignado y digna hazer.

El padre maestro estrada fue este verano á visitar á los padres, y hermanos de Oñate, y pasando por un monesterio de frayles geronimos que se llama Sant Juan de Ortega, ordeno el Legado [2] de su sanctidad que se halló allí que el padre maestro predicase y hizo un sermon de admirable edificacion con el qual el Señor movió aquellos frayles en gran manera, y despues importunaron mucho al padre maestro que quedase allí, porque dello el Señor seria grandemente seruido, porque querian que el padre m.º los reformase, pero el padre pasó ade-

[1] In vol. *Epistolae Quadrimestres, 1547-1552,* colec. rom. Autographum in duplici folio sub nn. 192 et 193. Est etiam in eodem vol. apographum unico folio constans sub n. 191, in quo desiderantur ea, quae, ut mos erat (vide supra, t. 1, pág. 280, not. 2), lineis, ne exscriberentur, occlusit Polancus et nos hic *italicis* litteris describimus.

[2] Joannes Poggio, qui hoc ipso anno cardinalitia dignitate fuit insignitus

lante y llegó á oñate, donde se vió con el padre provincial [1] y el padre m.º francisco de borja con los demas, hizo el padre m.º muchos sermones en aquella tierra con grande aprouechamiento y edificacion de los oyentes.

Venido el padre m.º á burgos predicó en esta yglesia [2] hasta el domingo ultimo de Jullio con muy gran concurso de gente. *En este dia vino al padre despues del sermon una calentura con gran cargamiento de que fue necesario purgarse, y quedó con una flaqueza de piernas que casi le a durado fasta agora, aunque de salud está ya bueno.* Con toda su flaqueza en este tiempo que no ha predicado a hecho muchas confesiones. La condesa de osorno [3] y otra señora muy principal desta cibdad se an confesado generalmente con el padre m.º

Tambien el conde de osorno [4] y un su hijo maiorazgo [5] y otros señores principales desta cibdad se confiesan á menudo con el padre maestro: tienenlo por gran priuilegio los que se pueden confesar con el padre.

Una donzella principal desta cibdad la qual tenia muy cabdalosa dotte se confesaba con el padre maestro y mouióla el Señor á dexar el mundo, y ansí con su dotte se offresció á seruir al Señor en un monesterio donde está agora con grande edification de las monjas y maior aprobechamiento de su alma. Paresceles á las monjas que ha mucho tiempo que no ha entrado monja en aquel monesterio con tan grande fundamento: llamanla la monja del padre maestro estrada.

Viene mucha gente á comunicar casos de conciencia con el padre m.º lleuan grande satisfacion y edificacion de su doctrina. Sea el Señor por todo glorificado. Oy primero de Setiembre ques la fiesta desta yglesia de S.r Sant Gil a predicado el p.e m.º

---

1 P. Antonius de Araoz.

2 Templum Sancto Aegidio dicatum, de quo paulo inferius expresse fit mentio.

3 Maria de Velasco et Aragon "Dama de la Princesa de Portugal, Señora de Villalva del Alcor y del mayorazgo que la fundó la Duquesa de Frias Doña Juliana Angela de Velasco y Aragon su tía,... Era hija de D. Juan Hurtado de Mendoza, V Señor de Moron .., y de Doña Luisa de Velasco su mujer, Dama de la Reina Católica.„—*Historia Genealógica de la Casa de Lara,* por D. Luis de Salazar y Castro.

4 D. Pedro Fernandez Manrique, IV Conde de Ossorno, Señor de Galisteo, Villasirga, Valle de Gama, S. Martin, Villalva, el Arquillo, Baños, Villavieco, Passaron, y Torremenga, Comendador de Rivera, y de Mon-Real, y Trece de Santiago.—*Ibidem.*

5 D. Garci Fernández Manrique, II del nombre, V Conde de Ossorno, Señor de Galisteo, Valle de Gama, Villasirga, S. Martin, el Arquillo, Baños, Passaron y Torre-Menga.—*Ibidem.*

un sermon *de praeparatione mortis* con el mayor auditorio que me paresce auer visto en esta yglesia, y con ser dia feriado se juntó tanta multitud por el grande deseo que ya tenian de oir al p.e m.o *que desde el último de Jullio no auia podido predicar por su enfermedad.*

Ay algunos mouidos con gran feruor que desean entrar en la compañía *y otros muchos que entrarian sino por no aber casa se detienen con esperança.* El padre hernandálvarez [1] es tan ocupado en confesiones, que si él pudiese ser diez ternía bien que hazer; pero ansí no se puede cumplir con la devocion de tantos: confiesa tambien á muchos generalmente: van todos muy edificados.

Bienen tambien muchos á llamar á los padres para aiudar á morir; edifícanse mucho de ver el trabajo que en ello los padres toman por solo el servicio de Dios y el probecho de los próximos.

A tres leguas de aquí ay un monesterio de monjas de la horden de Sant benito que es em palacios [2], y ha mucho tiempo que el abbadesa y algunas de las monjas traen grandes pleytos y diferencias contra el obispo desta cibdad, que es su superior, y entre ellas tambien ha auido grandes dissensiones por ser las mas dellas de la parte del obispo; y estando ansí a ydo el padre hernandálvarez dos vezes á communicarlas y hazerlas algunas pláticas y exortaciones á la obediencia, con lo qual se an mobido á gran sentimiento y lágrimas, viendo las grandes discordias que entre ellas a auido; anse confesado y comulgado muchas dellas con grande devocion, y el Señor a querido ablandar el coraçon de la abbadesa y las de su parte de manera que están agora para pasar por un buen medio que se dé en el negocio, lo qual será para grande vien de sus almas y edificacion de muchos. *Dase calor en el negocio de la casa en esta cibdad para la compañía; hágalo el señor como sea á su mayor gloria y honrra.*

El padre maestro y todos los demas nos encomendamos en los santos sacrificios y oraciones de v. p. y de todos los padres

---

[1] P. Ferdinandus Alvarez del Aguila. De ejus cognominis mutatione, vide supra, tom I, *Quadr.*, pag. 540, not. 1.

[2] Palacios de Venaver.

y hermanos desa sancta casa: con todos sea la gracia y amor de Jesu Xpo. nro. señor, amen.

De burgos 1 de Setiembre 1552.

De V. P. Indigno hijo y siervo en X.°,

† P. Pozo.

Superscriptio.=Al muy R.do en xpo. padre el padre maestro ignacio prepósito general de la compañia de Jesus en santa maría del estrada.

En Roma.

Alia manu: burgos, Set.e 1552, Q. S.

Manet adhuc in 4.a pag. cera rubra sigilli.

CLXX

Theodorus Peltanus,
Ex commissione Patris Nicolai Bobadilla,
Patri Ignatio de Loyola.
Neapoli, 1 Septembris 1552 [1].

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit nobiscum semper. Amen.

R.de in Christo P.

Pervolutis jam quatuor mensibus, breviter quae clementissimi illius Patris beneficio hic operata sunt transcribimus, inde ordientes ubi nuper destitimus [2], hoc est, ab ipsis studiorum ac studiosorum nostrorum exercitiis, quae sane, si unquam ante,

---

[1] Apographum, in fol. 98 Codicis 1551. Vide supra, t. I, pag. 274, not. 1.

[2] Vide supra, t. I, pag. 625 et seq., litteras, quas ipse Peltanus Ignatio dedit 5 Maji 1552, ubi agit de scholarum in urbe Neapoli instauratione facta mensis Februarii die 14,

in praesentiarum quam felicissime procedunt. Numerus quidem gymnasia nostra frequentantium, quam initio fuit, aliquanto rarior nunc; verum hujus rei rationem hic adscribi non attinet, cum nulli dubium sit aestum, totius hujus regni tumultum [1], regium denique de peregrinis edictum [2], facile copias nostras in arctius contrahere potuisse; verum, quod numero decessit, profectui accessisse manifesto videmus, quandoquidem non jam in singulos menses confitentur, sed quamplurimi etiam in hebdomadas et celebriores solemnitates utcumque ad confessiones et sacrosanctae Eucharistiae sacramentum accedunt. Quantum vero hac via promoveant, indicio sunt qui paucis abhinc diebus Christo et religioni sese devoverunt, et plerique alii qui vel in nostra Societate idem factitare summopere desiderant [3]. Ex litteris autem quem fructum retulerint et in dies referant, experimentum dant qui, leviter modo litterarum fuco illiti, nostra frequentantes nunc earumdem professionem faciunt. Multi etiam alii qui vixdum balbutiendo latinum verbum sonabant, nunc declamatoriae functioni satis idonei censentur.

Sed quoniam litterarum tyronum nostrorum confessionis et communionis sacrae supra mentionem facimus, lubet hic aliquid de exterorum religione monere. Cum igitur singulis diebus festivis copiosus satis qui sacra haec petunt sit numerus, tum sane copiosissimus fuit in jubilaeo nuperrime hic celebrato, nec multo minor in aliis celebrioribus festis esse solet. Patres etiam quorumdam generalem confessionem audiverunt. P.r item Andreas [4] plerosque infirmos cum multo illorum fructu et visitavit et eorum confessionem audivit. Domi et foris in diversis locis non sine magno audientium fructu spirituali concionatum

---

[1] Turbae aliquae excitatae hoc anno Neapoli fuere occasione secessionis Principis Salernitani, qui ab Imperatore ad Galliae Regem transfugit, et occisionis Antonii Grisonis, qui illius Principis partes agebat. Vide Miccio, *Vita di Don Pietro de Toledo*, cap. 40 et 41.

[2] Mos illis temporibus frequens erat ut, cum bellum natio aliqua adversus aliam nationem indicebat, exulare juberet omnes, qui apud se degebant, adversae nationis indigenas. Et si immineret urbibus obsidio, excedere illis cogebantur peregrini omnes et advenae quique ad illarum defensionem censebantur inutiles. Simile quid Neapoli hoc anno contigisse, cujus tamen non meminere historiographi, ex his Peltani verbis satis liquet.

[3] Vide Schinosi, *Istoria della Compagnia di Giesù appartenente al Regno di Napoli*, parte I, l. 1, cap. 8.

[4] P. Andreas de Oviedo, Collegii Neapolitani Rector.

est. Quidam etiam in publico carcere salutare illud divini verbi semen plurima captivorum consolatione seminarunt, quidam etiam cives exercitia nostra fecerunt. Doctrina christiana, quae pueris et aliis adeuntibus declarari consueta est, continuatur. P.r N.r M.r Bobadilla [1] eadem dexteritate et auditorum frequentia qua coeperat epistolam ad Romanos finivit, verum non ille felicius destitit quam P.r Andreas psalmorum interpretatione illi successit, nec et minori concione, quantumvis etiam temporis hactenus magna fuerit intemperies; speramus quoque fore ut multum multi vivent.

Fratres, etsi hucusque partim eorum languidiores fuerint, nunc omnes, gratia Dei, validi ac vegeti sunt et quod maximum est, universi sua sorte contentissimi, singuli sua officia domestica habent, inque iis, temporibus studio non perinde idoneis, sese cum charitate et diligentia exercent.

Accepimus juvenem quemdam Siculum, egregium illum quidem, sive litteras, sive alias, quae in eo plurimae relucent, corporis et animi dotes spectes, et alii duo jam accincti sunt profecturi Romam, ad V. P. gremium.

Aliud magni quod scribam non occurrit, immo maximi ut scilicet omnes nos minimos tuos in Christo servulos plurimum in P. V. orationibus commendatos habeas. Idem ab aliis omnibus, tam praesentes quam futuri, quam possumus humillime obtestamur.

Vale.

Neapoli, Calend. Septembris.

Paternitatis V.rae R.dae, jussu sup.

Minimus servulus,

THEODORUS PELTANUS.

---

[1] P. Nicolaus Bobadilla sociis omnibus, qui Neapoli versabantur, quasi Provincialis, praeerat, et Collegii Neapolitani superintendens erat.

CLXXI

P. Dionysius Vazquez
Patri Ignatio de Loyola.
Compluto, 2 Septembris 1552 [1].

†
IHS

Muy R.do en Chro. P.e

La gratia y paz de Nuestro Señor sea contino en nuestras ánimas. Amen.

En la última carta que á V. P. embiamos de los quatro meses, dimos cuenta de algunas de las misericordias que Nuestro Señor nos haze continuamente, assí á los que en este collegio residimos como á otros muchos que á él vienen á aprovecharse en los exercicios y confessiones y otras obras y spirituales exercicios, lo qual todo, como (gloria al Señor) nunca cesse, ántes vaya en contino augmento, no será menester aquí más de proseguir adelante lo que en las passadas se dixo [2].

Hay veinte y dos hermanos en este collegio, y entre ellos cinco sacerdotes, los quales van en virtudes y letras aprovechando y creciendo cada dia: entre ellos hay algunos que han entrado poco há, á los quales Nuestro Señor ha dado grandes habilidades para letras, y facilidad y blandura de alma para mejor imprimir en ellos toda bondad; los quatro destos entraron este verano acabándose de hazer bachilleres, y entre más de ciento que iban en su curso, son ellos los mejores estudiantes y

[1] Autographa, duplici folio, nn. 156 et 157, in vol. *Epistolae Mixtae,* 1551-1552.
[2] Vide supra, t. I, pag. 617.

más hábiles: para Navidad habrán acabado de oir su philosophía y comenzarán la theología. Otros cinco, que tambien han entrado este verano, empiezan ahora las artes [1]. Todos muy escogidos, entre los quales están un sobrino del patriarcha y presidente del Consejo [2], hijo de un caballero principal de Sigüenza; es subjecto muy bueno y para toda virtud accomodado. Todos están desseosos de hazer mortificationes públicas y lo han pedido con instantia al P.e Villanueva; mas él, teniendo algunos buenos respectos y fines, no ha condecendido hasta ahora con este su desseo; pero en casa se exercitan bien las mortificationes y penitentias.

En estos quatro meses se han movido muchos á se aprovechar en los exercicios spirituales, y ha habido tanto concurso, y de personas graves, que no se ha podido satisfazer á los desseos de la mitad de los que estaban movidos, aunque ordinariamente habia en exercicios siete ó ocho personas y á las vezes más, casi todos venidos de fuera desta tierra y arzobispado: entre ellos hubo algunos letrados y caballeros, y Don Luis de Bibero y Don Antonio, hermanos de Don Hierónymo de Bibero, que está en casa. Fueron tambien curas de iglesias y estudiantes y religiosos de San Francisco y de S. Domingo, personas muy señaladas en su Órden, especialmente un P.e dominico Presentado y Lector muy antiguo de S. Thomas; y lo ménos que tiene, con ser tan docto, es ser letrado, segun su bondad y recogimiento es mucho.

Mas como entraba ya el verano, que segun el pueblo pare-

---

3 Sex tantum Compluti admissos hoc anno fuisse expresse asseritur in *Historia del Colegio de la Compañía de Jesús de Alcalá,* auctore P. Christophoro de Castro, nondum in lucem edita, lib. IV, cap. 12 et 13: Alphonsus Lopez, qui, postquam Theologiae curriculum emensus est, a Patre nostro Ignatio comes Patris Joannis Nuñez de Barreto, Aethiopiae Patriarchae, fuit electus. Alter fuit Frater Petrus de Falces, paucis post annis e vivis sublatus. Tertius P. Enriquez, frater P Emmanuelis Lopez, qui Salmanticae plus viginti annis Theologiam legit. Quartus Joannes de Carrera, vir poenitentia insignis. Quintus Gaspar de Salazar in gubernandi scientia apprime doctus, qui cum Superior Collegii Abulensis fuisset nominatus, magno adjumento et consolationi fuit Sanctae Theresiae, quae semper omnium suorum dubiorum solutionem ab hoc Patre exquirebat. Fuit postea Rector Collegiorum Matriti, Marchenae, Conchae et Belmontis, et Praepositus Domus Professae Toletanae. Postremus fuit Joannes Emmanuel, vir magnae pietatis et animi demissionis. Fuit Rector Collegii Murciensis per decem integros annos et postea Praepositus Domus Toletanae. Historia Complutensis Collegii ejus virtutes enarrat.

4 Patriarcha et Consilii Regii Praeses erat Dominus Ferdinandus Niño de Guevara, Siguntinus Episcopus.

cen deberse dexar por los calores, quiso nro. P.e Villanueva que cessasen, y él y el P.e Tablares fueron á dar exercicios á unas personas principales de la iglesia de Toledo, y á un Doctor theólogo, collegial en este Collegio Mayor [1], y á otras personas qualificadas y religiosos; y fueron para esto á una fortaleza [2] del Conde de Melito [3], que está catorze leguas de aquí, donde el Conde les hizo dar todo buen recabdo y hizo todo buen tratamiento, no sólo á los de la Compañía, mas á todos los que iban á hazer los exercicios, offreciéndose á hazer lo mismo por todos los que quisiessen ir á hazellos. Sirvióse mucho Nuestro Señor en esta ida, assí en aprovecharse aquellas ánimas, como en otros buenos successos que de su salida succedieron.

De allí se fueron á Cuenca nro. P.e Villanueva y el P.e Tablares á instantia del Doctor Vergara [4], que pidió estuviessen en Cuenca un mes, donde se hizo notable fructo spiritual, dando á unos los exercicios y á otros confessándolos generalmente, dándoles algunas preparationes por no dar el tiempo lugar para más, y quedando muchos movidos para tomar adelante más de propósito el aprovechamiento spiritual; entre otros fué uno el hijo heredero del Conde de Pliego [5], que fué muy aprovechado, y assí mismo muchos caballeros de Cuenca.

A la vuelta vino nuestro P.e Villanueva por Toledo, donde fué muy importunado de muchos señores de la iglesia y de otras personas que se detuviesse allí algun tiempo, poniéndole en concientia el fructo que por no quedar él se perdia; de donde se conoce el mucho fructo que de aquella cibdad se sacará

---

1 Sermo est de Gaspare de Quiroga, canonico Toletano, mox hujus ecclesiae Archiepiscopo et Cardinale. *Hist. Colleg. Compl.*, lib. IV, cap. XIV.

2 Castellum dictum de Almenara. *Ibidem.*

3 Didacus Hurtado de Mendoza, Comes de Melito, mox Dux de Francavilla et Aragoniae Pro-rex. Vide *Litt. Quadrim.*, tom. I, pp. 296 et 621.

4 Doctor Alphonsus Ramirez de Vergara, de quo vide *Litterae Quadrim.*, tom. I, pag. 293, not. 2; item Polanci *Chron.* et *Cartas de San Ignacio*, passim.

5 Hic erat Ludovicus Carrillo de Mendoza, VIII Comes de Priego, juxta A. de Burgos, *Blason de España*, IX vero juxta Salazar et Castro in *Historia Genealógica de la Casa de Lara*. Ejus pater fuit Ferdinandus Carrillo de Mendoza, Comes de Priego et Dominus de Cañaveras.

Animadvertendum est nomen hujus tituli ab Orlandini, Polanco, Rivadeneira, ab auctore *Historiae Collegii Complutensis*, et generatim ab omnibus rerum nostrae Societatis scriptoribus male semper scribi. Non enim Comes de Pliego vel Plego, sed de Priego dicendum est.

quando á V. P. le pareciere ser ya tiempo de enviar obreros á la siega.

Una persona illustre y de muchas letras, inquisidor en una cibdad del reyno, se ha offrecido servir á nuestro Señor en esta Compañía: es persona de quien se espera grande exemplo y edification de muchos señores que le conocen. Ha venido ya, y está en esta casa, y ha escripto al Consejo que provean el officio que él vaca.

Algunas personas de qualidades de letras y nobleza han determinádose, segun dizen, para la Compañía, las quales no especifico porque no están aquí. De todo se dará más larga relation á V. P. á su tiempo.

Habia en este pueblo grande falta de doctrina christiana para los niños y simples y sin letras; y el P.e Manuel [1] fué á una iglesia, que es la principal parrochia del pueblo, y empezó á enseñar allí cada dia la doctrina, á la qual, no solamente venian los chicos, mas los grandes y ancianos, con grande edification del pueblo y universidad. Aunque ha parecido cosa bien nueva que un theólogo se quiera emplear en semejante humildad. Conocido el fructo que se hazia, el cabildo de la iglesia mayor [2] envió con el cura á pedir con instantia á nuestro P.e Villanueva que les enviasse á su iglesia al P.e Manuel á enseñar en ella la doctrina; y diziendo nuestro P.e que no era razon (habiendo comenzado en una iglesia) dexalla, respondieron que pusiessen en aquella iglesia otro y que el P.e Manuel fuesse á la mayor, donde el mayor fructo se esperaba; lo qual pidieron con tanta instancia, que no pudo el P.e Villanueva negarles lo que pedian, aunque no les ofreció que seria por mucho tiempo, por amor de los studios; y assí el P.e Manuel la continúa en San Iuste, no sólo doctrinando á los chiquitos con los mandamientos y oraciones communes, mas aun á los grandes da su doctrina christiana, haciéndoles tambien una plática en declaration de lo que ha dicho á los niños; y á la iglesia adonde ántes iba el P.e Manuel va ahora otro Hermano á enseñar la doctrina á las mismas horas. Ha parecido muy bien y muy

---

[1] P. Emmanuel Lopez.
[2] Collegiata ecclesia Sanctis Justo et Pastori, martyribus, dicata, ideoque infra *San Juste* dicta.

necessario. Nuestro Señor tenga por bien de servirse de sus ministros en estos officios, y á V. P. en su sanctíssimo servicio augmente.

De Alcalá, segundo de Septiembre de 1552.

Indigno hijo de V. P.,

Dionysio.

Superscriptio: IHS. Al muy R.do en Chro. P.e el P.e M.o Ignatio, Prepósito General de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1552. De Alcalá 2 di Settembre.

CLXXII

P. Nicolaus de Lanoy
Patri Ignatio de Loyola.
Vienna, 3 Septembris 1552 [1].

IHS

La gra. et pace de Jesu X.o Sgre. nro. sia et cresca semp. nelli cuori nri. Amen.

R.do Padre: Dopo la morte del P. don Claudio [2] questa mutatione si è fatta. Il P. Nicolao Gaudano li è successo nella lettione publica in San Paulo alli Romani; nel Govverno generale de case li Sacerdoti nostri de casa et Scorrichio [3] hanno voluto che io li succedesse fin a tanto che Vra. R. havesse provisto de

[1] Autographum in volum., cui titulus *Epistolae Mixtae, 1551-1552*, duplici folio sub num. 115.

[2] P. Claudius le Jay (Jajus).

[3] Mag. Petrus Schorrichius, alibi Schorichius dictus, et etiam Scorichius.

questo officio. Il che vi habbiamo scritto per diverse lettere dal principio, hora spettiamo de giorno in giorno le lettere di Vra. R. per consolatione nra. maggiore nel Sgre., Padre di ogni vera consolatione. Dopo vi habbiamo fra altere cose scritto de la tentatione de mgro. Jacomo de Aldenardo per partirse de qui per la patria sua, et per stare in Lovanio; hora lui legge tutta via con celerità come vogliãdo espedirse de sua dialectica inanzi che se parti o per Roma o per Fiandra, io spero che sopra de queste cose haveremo la risposta et ordine di Vra. R. avanti che questa sia giunta a mezza via.

Maestro Erardo [1] hoggi tornerà a la tavola commune nostra essendo guarito de sua terzana et dolore de testa. Il coco nostro Veccio [2] Wolfango, todesco, anchora patisce dolore in sue gambe, del resto sta bene; non tamen ci puo fare servitio verunno, anzi li è de besogno che se fermi nella infermaria. Christoforo, il suo compagno tudesco, anch' è cascato de la febre in gomfiatura de gambe et de corpo de modo che tre o quatro dì fa che li demmo l' Estremauntione; dipoi hebbe un puocco meiglio; pure non sta fuora de periculo di morte al nostro parere, et del medico. Le febre et la peste regnano assai in questa terra et ne sono morti scholari in buon numero; per schiffare il pericolo, la città ha fatto serrare le scole de putti per la terra et alchuni collegii; se pensa che anchora se serraranno tutte le schole publiche se la cosa va inanzi. Nostri fratelli humaniste senteno una lettione publica il dì Ciceronis ad Herennium, in che pare che se rallegrano et prometteno de far maggior profetto in humanità che stando sempre intra parietes sentendo soi fratelli, etc. Se li bisognasse de esser privati di quella, il Padre Canisio potria supplir in casa in questa lettione de retorica senza scomodità de soi studii et essercitii soliti. Pensiamo de non gravar più M.e Erardo de leggere in publico in casa a tutti li fratelli nostri grammatici et a forestieri, per la debolezza et spessa infirmità sua de testa, ma poterà leggere in secreto a Suetonio et a soi compagni più deboli in grammatica, che sono quatro o cinque, essercitandoli in compositione de epistole et in lettione de authori più facili.

---

[1] Erardus Dawant (Avantianus).
[2] Sic; ut videtur, pro *Vecchio,* sene.

Nicolao [1] legge sempre a le 7.e hora la mattina a tutti li grammatici de casa et a forestieri la copia de Erasmo. Li auditori fuora de casa seminuiscono per l' occasione de queste infirmitadi et rumori de queste guerre del turco. Si lasciassemo il leggere fuor de casa, anzi pare che non sarrebbe cosa disutile che imparassimo da buon senno la lingua todesca, massimamente noi altri fiaminghi, la cui lingua convenne col la todesca nelle lettere radicali, ma quì sarebbe necessaria l' autorità et commandamento de Vra. R., altramente non durarebbe la cosa anchora ben incomminciata. De l' utilità Vra. R. potrà giudicar. Questa settimana stavo io mangiando con il R.mo Labacense [2] con certi sacerdoti et theologi; lui diceva come puoco tempo é che il Re de romani fece visitare per il magistrato de questa cità le parochie de questa Austria inferiore. Loro trovarono ducente, et incirca de cinquantequatro parochie senza pastori et ancho senza sacerdote; nel vescovato de Passao o Patavia non se potrebbe credere quante ce ne sono così desolate, imo, che è peggio, che hanno per veri pastori lutherani et veri lupi. Li vescovi non havendo altri, li permetteno fare al modo loro: in parte osservano le ceremonie del colto di Dio, in parte non, et la predication loro spesse volte dal tutto contraria a la dottrina de la S.ta Echesia. De la vita non besogna de parlare: li maestri de scole non sono dissimili a questi pastori. Leggono libri de Melanchton et de Luthero et de altri lutherani. Ecco il male nostro. Veggiamo il remedio che se da. Il Re nostro mosso da buon zelo ha fatto venire al studio cinquanta giovani da diverse provincie de questa detta Austria. Pocchi de loro sono fondati in grammatica, senteno diverse lettioni in humanità et alchuni in theologia. Nel collegio loro non hanno rettori ne rettore che li sia a proposito. Li è un maestro giovane lettor de greco, il quale è stato parrecci anni in Allemagna alta, et quello è il principale rettore. In soi studii non sono indirizzati, et fanno a posta sua. Similmente quanto alli essercitii nel colto de Dio gli manca l' institutione, et forsi non la lutherana, perche puo esser che molti de loro hanno havuto quelli maestri lutherani de li

---

[1] Hic probabilius est ille alius a Gaudano, de quo sermo factus est supra, t. I, pag. 185, not. 2.

[2] Urbanus Weber (Textor), Labacensis Episcopus.

quali sono stati infetti. Per cavare adonca quella aversione che hanno alli sacerdoti catholici, li sarebbe de bisogno uno o più rettori et maestri nel collegio loro il quale li insegnasse la verità con parolle et più con laudabile et santa conversatione. Altramente mai se faranno sacerdoti, mai saranno utili ne a se stessi ne al populo, quando dicono de le prediche de M.e Canisio: "che volete sentire? lui è papista." Imperò non le senteno. Oltra de questo per aggiutar questa miserabile gente, si è giudicato espediente che per questi provinciali et altri studenti et anche per quelli che adesso hanno pigliato l' officio de pastori nelle provincie sotto il dominio del Re, se componesse, leggesse et stampasse un compendio de theologia, il quale si cominciò inanzi la morte del P. don Claudio, se componeva et se leggeva: quì insieme anchora lo legge doi volte la settimana don Canisio, dove se trovano forsi tre o quatro de quelli provinciali; se li altri per chi se fa questa opera sono stato ben disposti a capire questa dottrina, come paiono esser nostri provinciali, se puo giudicare quanta utilità reuscirà de questa fatica, et avenga che tutti questi studianti cinquanta, et si volete altri tanti, stano ben et sinceramente fondati nella religione catholica et che tutti dopo il studio loro saranno atti al sacerdotio et che de fatto saranno fatti sacerdoti et pastori al tempo suo, sarà provisto a le anime de queste pecorelle smarrite. Pare che *periculum est in mora*, et che non se debbe fare altramente che nella India, dove non se predicano li evangelii comme occorreno ogni domenica, nè li alti mysterii de Jesu Xo., ma la simplice dottrina del fondamento ad ogni uno necessario, et per questo non è di besogno de moltiplicare li predicatori secondo il numero delle parocie, nè ancho delli castelli, dico più, nè de le citadi, ma un buon predicatore potrebbe fare comme li nostri in India, et comme li Apostoli, predicare in questa terra un advento, in quella altera una quaresima, in questo loco più o manco; quello che sarebbe compagno o sarebbono compagni, potrebbono seminare anche al suo modo il seme de la dottrina christiana, et disponer la terra a far frutto, et così imparar l' arte delle arti. Nostri jovani todeschi tengono buone parti per fare frutto presto in questa patria ben che la strada ordinaria de Vra. R. sarebbe che ogni uno scholare se fundasse nel studio de theolo-

gia per quatro anni. Imperò non voglio dire che simili giovani de buona speranza lasciasseno le scole de la sacra theologia, ma che solamente tal volta, come *verbi gratia* nel tempo delle vacantie, de la messe, et de la vindemia, quando li altri vanno quì a la ricolta corporale, se andassero a la messe spirituale, et come incirca de la pascha et del natale.

Questi giorni passati, quando se diceva che il Re nostro facea gente per andare personalmente a defendere la Hongaria, incominciarono a dubitare alchuni de nostri sacerdoti si, accadendo questo, doveressimo non solamente esser apparecchiati de servir al Re nella sua armata in quel che potressimo, ma anchora offerirci inanzi de ser richiesti de sua Maestà. Diceva m.e Vittoria [1] che il P. Don Claudio haveva ricevute certe lettere de Vra. R. sopra de questo, cio è che accadendo che il Re domandasse un confessore (non so se più) per l' armata de soi italiani o altri, che il Padre lo adiutasse in quel che potesse immo che li offerisse inanzi de esser richiesto: del primo ponto non pareria difficultà grande de satisfare a una petitione tanto giusta senza licentia expressa di Vra. R.; essempio se ritrovarebbe nel P. Laynez, quando se ne andò con Giovanni de Vega al assedio de Affrica. Del secondo se puo dubitare per che se soa Maestà domandasse un sacerdote per li todeschi non c' è quì altro che li sarebbe al proposito senō il P. Canisio, il quale pare di esser destinato a Trento, se lì si prencipiasse un collegio, o ad altre bande per maggior frutto. Vra. R. di gratia presto degnisi scriverci sua voluntà. Noi siamo pronti de fare l' obedientia.

Sta sera ne sono apportate lettere del Vescovo de Eystet [2] il quale male se contenta de la partita de Joanne Durscio [3], discepolo de m.e Canisio et Gaudano, et compagno quando se partirono de Ingolstadio per Vienna. Lui sa comme sono venute lettere per lui. Domane doppo la communion il suo confessore li mostrarà. Il giovane stava quasi apparecchiato de fare li voti a questa Natività de la Madonna. Vorressimo anchora sapere se lui ha de fare tanto presto gli voti, et che cosa

---

[1] Joannes de Victoria.
[2] Mauritius von Hutten.
[3] A Polanco in *Chronico* S. J., vol. II, pag. 565, appellatur Joannes Dirsius.

havemo de respondere al Vescovo d' Eystet per placarlo. De sue lettere, che vi mandiamo, Vra. R. potrà intender come soa S.ria R.da sia affectionata a la Compagnia et darci aviso in questo et in simili casi. Il giovane li porta molto gran rispetto et per questa sua pavura ci è apparso non troppo constante in quello che ha ben comminciato. Iddio lo adjuti de sua misericordia infinita. Et che quel rispetto che porta al suo Mecenate et benfattore, in quanto è carnale, se scancelli. Altro.

Vra. Paternità R.da se ricordi sempre de gratia de soi figlioli nelle sue orationi.

De Vienna a 3 de septembre 1552.

Humile servitore de Vra. R.,

NICOLAUS DE LANNOY.

Alterius folii prima pagina nitida est.

Superscriptio in altera alterius folii pagina: Al molto R.do in X.o Padre il Padre Ignatio de Loyola, Preposito de la Compagnia de Jesu, apsso. de S.to marco.

In Roma.

Alia manu: Jesus. 1552. Vienna, del P.e Nicolao Lanoy de 3 de Settembre.

Manet adhuc vestigium cerae rubrae et sigilli.

CLXXIII

P. Adrianus Adriaenssens
P. Ignatio de Loyola.
Lovanio, 4 Septembris 1552 [1].

Gratia et pax Christi cum omnibus. Amen.

R.de ac amantissime in Christo P.: ut sanctae obedientiae faciam satis, paucis acta quatuor mensium repetam. Quod ad frequentem confessionem et communionem attinet, in sola nostra parochia, etiam in simplici dominico die, confitentur ac communicant circiter centum.

Tres illi insignes et docti viri, de quibus scripsi aliquando quod habent animum erigendi nobis collegium, quotidie magis in hoc sancto desiderio crescunt, et jam brevi inter se conferre hac de re coeperunt; sic tamen ut duo ex his non indicent suum animum tertio, videlicet Regenti liliensi, sed agunt cum eo, quibus mediis ipsum Collegium liliense cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus adhaerentibus, fratribus applicetur. Ipse Regens est contentus ut partem unam dicti collegii occupemus; sed intra paucos menses, spero, videbimus an ipse Regens manebit seu judicabitur verus ac pacificus dicti collegii possessor necne. Quamvis autem collegii hujus locus sit valde amplus, tamen, ob multitudinem studentium ibidem habitantium seu visitantium, non est hortus. Sic paratus est idem Regens nobis concedere, et post mortem suam donare, amplissimum quemdam hortum, undique lapide quadrato cinctum, cum domo omnino lapidea majore quam sit haec nostra prae-

---

[1] Autographum in folio unico, n. 145. Habemus et apographa antiqua tria: unum in *Historia varia*, vol. 1, fol. 289, quod nonnisi quatuor verbis, quae nihil sensum immutant, ab autographo differt; alterum in Cod. 1551, fol. 9; tertium denique autographo assutum, n. 146.

sens; et hortus iste non procul ab hac nostra domo et a dicto collegio distat. Hortus ille tam est amplus, ut etiam amplo collegio sufficere posset, sed modicum situs est extra communem viam, in oppido tamen, nec tam procul a nostra parochia, quam apud vos Sanctus Marcus a vestro collegio [1]. Quod si placet R. V. ut dicti domini pergant in hoc opere, rogamus ut nobis significare dignetur. Norunt fratres romani, qui aliquando Lovanii egerunt, quid sit de hoc Collegio seu paedagogio Liliensi. Cuperet Regens nos ibi habitare, constituere regentem, et plenam jurisdictionem habere, sicut Standonici in Paedagogio Porcensi [2]. De hoc ergo satis. Hoc solum addam, quod hi dicti domini optarent unum ex patribus nostris, qui Germanice concionaretur; sic nimirum futurum ut licentiam ab Imperatore, et oppido et vulgo facile impetraretur.

Quod ad exercitantes attinet, solum unicum istis mensibus habuimus in exercitiis qui est primus domus (ut vocant) dicti Paedagogii Liliensis, hoc anno cum fratribus nostris promovendus, Deo volente.

Est juvenis viginti annorum, corpore magnus ac robustus, valde boni ingenii et bene doctus, probus et modestus, qui et se nobis adjunxit et nobiscum habitat. Praeterea adhuc quatuor alii se nobis adjunxerunt, ex quibus duo videlicet sacerdotes ante hos menses habuerunt exercitia: reliqui duo non habuerunt, quia instabat tempus quo Romam cum aliis profecturi erant.

29 Augusti R.dus P.r Dominus licenciatus Quintinus [3] cum duobus aliis sacerdotibus, publicis confessoribus, et cum sex non sacerdotibus, charissimis in Christo fratribus nostris, ex sancta obedientia hinc Romam versus ad P. V. profecti sunt; et remanemus hic octo fratres. Sacerdos quidam in artibus promotus, qui et ipse habuit exercitia et jam confessorem et concionatorem in sua patria agit, his diebus scripsit mihi, se velle Societati adjungi. Alius quidam filius confessionis nostrae, brevi in utroque jure licentiandus, istis diebus consuluit me eadem de re, sed commode ante suam licentiam fieri non

---

[1] Intellige *quantum distat Sancti Marci templum Romae a Romano Societatis Collegio.*

[2] De his vide supra, t. I, pag. 565.

[3] P. Quintinus Charlart, de quo saepius facta est fietque mentio.

poterit. Alius quidam utriusque juris Doctor, et Praesidens collegii Sancti Donatiani multum incipit affici Societati, ita ut quaerat modum suscipiendi exercitia. Istis quoque diebus nobilem quemdam juvenem viginti annorum, Hispanum natione, filium confessionis nostrae, susceptis exercitiis nostris, collocavimus apud fratres franciscanos, et induit ibi habitum illorum. Multae virgines nobis confitentes vellent quidem religionem ingredi, sed boni regiminis monasteria ubique sunt plena.

Haec sunt, pater R.de, quae pro tempore scribenda occurrunt. His valeat in Domino Jesu R. V., et suis omniumque Patrum ac Fratrum orationibus nos commendatos habere dignetur.

Raptim.

Lovanii 4 Septembris, anno 1552.

R.ae V.ae Servus in Domino,

Hadrianus Hadriani,
ab Antuerpia.

Superscriptio in altera folii pagina. IHS. R.do in X.o patri Mgro. Ignatio de Loyola, gnali. praeposito Societatis Jesu. Apud S.m Marcum in S. Maria de Strada, Romae.

Franco.

Alia manu: Quad. Lovanio, 4 Sept. Q. S.

CLXXIV

P. Antonius Vinck
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 20 Septembris 1552 [1].

†
IHS

Gratia ex pax Domini nostri Jesu Christi nos perpetuo foveat et protegat. Amen.

Quae mihi jam elapsi quadrimestris rationem reddituro, R.de in Christo P., scribenda sunt, ea quam brevissime fieri poterit, perstringam. Ab ea autem cura exordiri placet, quam R.dus in Christo Pater Hieronymus Natalis pauperibus sublevandis adhibuit. Cum igitur hic maximus [esset] carceratorum numerus et plurimum paterentur, adeo ut nonnulli eorum fame aliquando morerentur, et frequenter in gravissimos inciderent morbos, egit Pater apud Proregem ut hospitale carceratis aegrotantibus erigeretur, quod jam a Prorege coeptum fuerat. Verum neque locus aegrotis conveniebat, neque erant a quibus illi curarentur, quod pecuniae ad id opus necessariae non suppeditarentur. Ita cum locus salubrior esset [paratus], et eo infirmi jam deducti essent, curam totius hospitalis, ita Prorege decernente, Pater suscepit, quam postea uni ex Collegio mandavit, qui quotidie mane et vespere hospitale visitaturus cum duobus ex his, qui in domo probationis sunt, profi-

[1] Apographum in duplici folio, nn. 34 et 35, Cod. 1551. Quae in his litteris continentur, breviter a Polanco narrata reperies in *Chronico,* t. II, pag. 536 et seq., ad an. 1552, n. 290 et seq.

ciscebatur, ubi infirmis bini per hebdomadas, cum maxima eorum qui videbant aedificatione, servierunt. Huic autem operi intendimus donec ea cura a jurisperitis et notariis susciperetur, ad quos in primis pertinere videbatur: aequum enim est ut, quorum illi controversiis ditescunt, eorum quoque miseriis subveniant. Haec res ita demum confecta fuit. Pater curavit ut jurisperiti et notarii simul ad Proregem convocarentur. Quod cum factum fuisset, convenerunt omnes: negotium illis proponitur: demum nullus est qui non consentiat. Huic autem operi tantum singuli eorum, una cum curia (quam hic *curiam magnam* [1] nominant) et civitate Messana, singulis annis contribuere statuerunt ut his reditibus, qui perpetui erunt, non solum hospitale sustentari possit, sed etiam illi quoque carcerati sublevabuntur, quibus praeter miseriam nihil superest. Illi vero, quibus opus curandi hospitale incumbit, statuta inter se conscripserunt, Procuratores et ministros ut fieri solet, crearunt, ut omni cura jam nos absolverint. Nunc tantum aliquis ex Patribus mittitur, qui diebus festis infirmis celebret [2] aut alicujus confessionem, si necesse sit, audiat. Quamvis et haec nobis posthac omittenda erunt, cum lectiones coeptae fuerint.

His diebus, cum Turcarum classis huc Neapoli pervenisset, antequam ad suos navigatura discederet, de redimendis aliquibus captivis actum fuit, cum et ipsi nonnullos ex suis, qui Messanae haberentur, redimere cuperent. Hac in re Pater duobus diebus ita laboravit, ut 400 fere aureos quamprimum collegerit. Verum cum Turcarum insolentia et improbitate effectum fuisset ut nihil hac de re fieret, Prorex servari pecuniam jussit, cui tunc ex poenis damnatorum tantum addere statuit ut mille ducatorum summa habeatur, quam postea ad redimendos Christianos Constantinopolim missuri sunt.

Credo P.m Tuam scire D. Isabellam, filiam Proregis, his diebus Comiti de Luna [3] nuptui traditam fuisse. Harum igitur nuptiarum, procurante Patre, ne unum quidem pauperem fuisse existimo qui per multos dies laetitiam non senserit. Etenim tot eleemosynae datae fuerunt, ut non solum qua die nu-

---

[1] *La gran Corte della nobile Città di Messana.*
[2] Coram infirmis Missae sacrificium peragat.
[3] Petrus de Luna, qui et Dux de Bibona.

ptiae celebrarentur, abunde omnibus pauperibus datum fuerit, verum etiam per quindecim fere dies vix cuiquam defuit quod necessarium esset.

Plurimum hac aestate dubitavimus (praesertim cum huc turcarum classis eo animo adventasset ut omnia ferro perderet, et igne consumeret) ne bello turbaremur. Sed ita Deus sua bonitate huic regno prospexit, ita orationes, quae sine intermissione fiebant, audivit, ut ne in una quidem una [1] hujus classis molestiam senserit. Quod Prorex ita misericordiae tribuebat, ut supplicationes fieri et eleemosynas dari in gratiarum actionem statuerit. Quapropter triginta pauperibus vestes confecerunt: duae vero processiones publicae decretae fuerunt, quarum altera cum mane fieret, in majori ecclesia Benedictus [2] concionatus fuit (quo maxima populi pars convenerat), ita Prorege postulante, ut omnibus beneficium magis innotesceret. Altera autem vespere, in ea partem crucis Domini, quae hic habetur, per civitatem tulerunt, quam Prorex aperto capite, cereum album in manu ferens, cum magna devotione sequebatur. Idque ab omnibus primariis observatum est, ut hujusmodi cereis accensis crucem Domini revererentur.

Curavit autem idem R. in Christo P. Hieronymus [3] ut mons pietatis (ita enim dicere consueverunt) erigeretur, qui alioquin sibi providere non valent [4], ut inde omnes civitatis pauperes alerentur. Non possum scribere quantis provisum fuerit diligentia Patris ex his qui, verecundia impediti, potius usque ad mortem pati quam mendicare eligunt. Quot etiam egenos apud Proregem adjuverit praeter eos, qui omni patrocinio destituti gravissimis incommodis afficerentur. Neque credat R. P. T. paucos fuisse de quibus loquor; nam, si de singulis scriberem, quando litterae legerentur? Omitto quoque quantae hic idem P. Hieronymus apud omnes auctoritatis sit, quantam ei Prorex tribuat, quantopere omnes operam ejus expetant. Quibus

---

[1] Sic; sed forte vox haec *una* hic pro voce *urbe* posita est. Melius Polanco: "sic divina bonitas regno Siciliae prospexit ut nullam prorsus ab ea (classe) molestiam sit passa.„ l. c., n. 291.

[2] Benedictus Palmius.

[3] Hieronymus Natalis.

[4] Ita apographum. Melius Polancus, l. c., n. 293: "erigeretur, qui pauperibus civitatis provideret, qui non haberent aliunde sustentandi se facultatem„.

certe rebus fit ut, mirum in modum occupatus, vix unquam possit quiescere. Ad alia calamum convertamus.

Hic autem occurrunt, primum qui ex inimicis facti sunt amici, ex quibus paucos notare sufficiet. Cum igitur nonnulli quadam die armati convenissent ut sese mutuo interficerent, ita odium inter eos exarserat, statim unus ex Patribus nostris eo adductus fuit, cujus adventu ita mutantur, ut ab odio ad benevolentiam, a feritate ad mansuetudinem, depositis armis sese quamprimum converterint. Neque vero alterum tacebo, qui multis annis cum alium persecutus fuisset, eum certe occisurus, si facultas daretur, quod patruum ille suum interemisset, tandem odium evomuit, quod diu in pectore habuerat. Quid autem scribam de duabus mulieribus et illis quidem nobilibus, quarum altera, cum diu in adulterio vixisset, spiritu Domini commota, adeo in carnem quae peccaverat saevire coepit, ut a flagellis non cessaret priusquam inde sanguinem extraxisset; altera vero, quae alterum, quem domi alebat nomine procuratoris, et illum quidem sacerdotem, quod longe gravius est, a se expulit, vitae honestatem toto animo amplexa? Utraque nunc sacramenta frequentat; quamvis prior secundam spiritu et devotione superet, haec nunc, nisi mandato confessarii prohiberetur, frequenter usque ad sanguinem [flagellis] uteretur. Sed quid de obsessis? Mirum certe est quid in eis contingat, etenim cum muti [1] ad nostram ecclesiam conducti fuerint, confessi statim inde liberati discedunt. Quidam sic diu apostemate laboravit ut, multos in medicos pecuniis erogatis, sanitatem tamen nunquam obtinuerit. Persuasum igitur illi est ab amicis ut nostris confiteretur, quod ita sanitatem consecuturus esset; obedivit bonus vir, neque spe sua frustratus fuit; brevi namque sanitatem corporis et animae simul, ut speramus, obtinuit. Cum autem hic jubilaeus publicatus fuisset, qui pro pace inter christianos principes concilianda concessus a summo Pontifice est, carceres omnes visitamus, incarceratos ad illum suscipiendum cohortaturi. Cum autem multi eorum non haberent quod in eleemosynam elargirentur, dedimus quantumcumque necessarium erat. Patres vero nostri ita occupabantur ut eorum omnium confessionem audire non possent,

---

[1] Multi?

quamvis multorum audiverint. Egit Pater ut ex aliis quoque religionibus aliquot sacerdotes mitterentur, quod cum factum fuisset, fere omnes carcerati, qui sane multi erant, jubilaeum acceperunt.

Non commemorabo virgines, quae his diebus Deo se devoverunt. Taceo quot confessi fuerint, qui a multis annis jam non confitebantur. Multi quoque accedunt ut in nostram religionem recipiantur, quos ut non rejicimus, ita nec admittimus; sed quid quisque valeat considerantes, quos meliores judicaverimus, cum licuerit, cogitamus recipere, satius arbitrati bonis quam multis abundare: qua in re hucusque plurimum nobis Deus favisse videtur, ut neminem adhuc receperimus, quem recepisse quemquam nostrum certe poeniteat. Omnes enim, qui student, in spiritu et litteris proficiunt; reliqui suo quique muneri, Spiritus Sancti gratia, diligenter satisfaciunt. Non scribam P. T. quam hic frequentes sint ad conciones, quae diebus festis et dominicis, et lectiones Evangelii Divi Matthaei, quae singulis diebus veneris in nostro [templo] haberi solent. Quoties autem viros et mulieres videas effusis lachrymis summa cum devotione suscipere Sacramentum! Qua in re quis non gaudeat et laetetur? Vacant orationibus, incumbunt jejuniis, pauperes misericorditer visitant, et eos, si aegrotaverint, amantissime tractant, eleemosynis sublevant; nihil denique refugiunt, quod per eos fieri possit.

De studiis nihil his litteris agam, quae nondum coepta sunt, quamvis semper aliquid in singulis classibus lectum fuerit. Hoc autem anno quando lectiones coeptae fuerint, quod brevi fiet, fore speramus ut multi in hebraeis, graecis et latinis litteris docti evadant. Cumque hoc de aliis pollicemur, si studuerint, maxime de domesticis promittemus, quos diligenter studiis invigilaturos certo scimus.

Sed quid? mauros enim duos praeterii, qui a Prorege ad nos missi, cum in fide quantum oportuit instituti fuissent, baptizati sunt: de quibus ob eam causam maxime bene speramus, quod a Turcis, a quibus capti erant, ad nos ut baptizarentur confugerunt. Idque ita esse, laetitia, quam prae se ferebant, quamdiu apud nos fuerunt, aperte demonstrabat: et nunc quoque in Palatio non minus laeti serviunt. Qui fecit ut converterentur, ita eos corroboret ut usque in finem perseverent.

Sed hic litterarum finis sit, ne prolixitas fastidium pariat. Dominus noster Jesus Christus nobis perpetuo faveat, ut quantum hucusque nostra negligentia defecimus, tantum posthac sua gratia adjuti proficiamus, quod ut fiat, R. T. P. Patrum, Fratrumque omnium, qui istic commorantur, orationibus simul omnes nos commendamus ex toto corde, tuamque in primis, R.de in Christo Pater, benedictionem, P. T. pedibus provoluti, ex animo petimus atque efflagitamus.

Datae Messanae, xx Septembris, A. 1552.

R. P. T. servus inutilis et ingratus filius,

Antonius Vinck.

CLXXV

Onuphrius Cavallerius,
Ex Commissione Patris Joannis Alvarez,
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 22 Septembris 1552 [1].

IHS

Admodum Reverende Pater in X.º

Gratia et pax Domini nri. Ihu. Xi.

Literis, quas elapsis mensibus misimus, te certiorem reddidimus quae hic Patres Societatis, divino afflati numine, in excolenda Domini vinea, et a vitiorum tribulis perpurganda

[1] *Epist. Quadrim., 1547-1552.* Tota autographa in duplici fòlio sub nn. 182 et 183. —Est et apographum in eodem vol., in ea parte quae Codex 1551 appellata est, unico constans folio n. 67; in illo ea desiderantur quae in autographo sunt lineis occlusa, quaeque nos italicis litteris hic describemus.

agant. Quae modo nuntianda sese offerunt (ut obedientiae, *cui morem gerere piis desideriis optamus*, faciamus satis) paucis perstringemus.

Qui in Collegio hoc degunt, suppresso nostro venerando P. Torres [1], duobusque fratribus alibi commorantibus, vigesimum numerum complent, quorum decem intra sex menses Societati se devoverunt; bonaque pars illorum sacram profitetur theologiam; quos ad maxima esse natos dices, inter quos unus annumeratur qui, esto quindecim tantum sit annorum, probitate tamen et acri judicio est cohonestatus; nam et artium liberalium curriculum mira cum dexteritate et omnium applausu peregit, et, antequam se Societati consecraret, per anni spatium octavo quoque die, a sordibus, si quae in illo erant, purgata conscientia, Eucharistiam pia veneratione sumebat. Duo vero alii cum apprime divites arte foeneratoria irretiti essent, in urbeque (cui est nomen inditum *Medina del Campo)* victitarent, et P. Baptista [2], vir rarae probitatis, cum in foro concionem haberet, et firmissimis lateribus in foeneratores inveheretur, metu consternati divino, domum pergentes indicarunt ipsis in votis esse Societatem ingredi, supplicesque postularunt ne aditus eis clauderetur; et exploratis animis factoque periculo an divino agerentur spiritu, ad nos, ne cognatorum *non minus improbis quam blandis* precibus flecterentur, miserunt; et esto ab amicis et consanguineis undique obruentibus, ut aliquid veneni in illorum animos insibilarent, varia passi sumus, ne id fieret non mediocri a nobis adhibita cura effecimus.

Nuperrime vero duo alii ad nos sunt intromissi, quorum unus, cursu juris canonici emenso, ad baccalaureatus gradum fuit promotus. Alium insuper juvenem nostro associavimus gregi, corpore pariter et animo robustissimum, ut rei familiaris curam gereret. Omnes vero virtutis allecti amore, miro cum fructu ac aestuantibus desideriis, munera abjectissima tractant, et ab hominibus, ut stercora conculcari eisdemque

---

[1] P. Michaël de Torres. "In Salmanticensi Collegio bonam partem hujus anni Doctor Turrianus exegit: quàmvis aliis in rebus et in valetudine recuperanda, nam Salmanticae dolore capitis diu vexatus fuerat, *aliquot menses extra Salmanticam fuerit*." POLANCUS, *Chron.*, t. II, pag. 613, an. 1552, n. 455.

[2] P. Joannes Baptista Sanchez.

ludibrio esse pectore anhelo optant; et ne tam pio defraudentur desiderio, nullum non movent lapidem, varia mortificandi genera, cum intra domesticos parietes, tum publice acturi meditantes; quae omnia a Superiore, modo proximo offendiculo non sint, humillimis precibus extorquent. Insuper in rite peragenda obedientia et in abnegatione propriae voluntatis adeo propensi sunt, ut, pia contendentium aemulatione, nullus alteri locum cedat.

Fratres, qui in praesentiarum literis non insudant, singulis diebus per duas horas deprecationi vacant; qui vero studiis incumbunt, per unam tantum; omnes tamen ante prandium et somnum vigilanter in quibus eo die defecerint scrutantur, ut, per displicentiam depuratis animis, ad meliora evehantur. Omnibus eadem praescribitur meditatio ex novo instrumento [1] petita, quam, finito prandio, excutiunt; unusquisque quem ex ea decerpserit fructum patefacit; et, ut ingenue fatear, ludus hic fit miro cum proventu; nam fratres, qui adhuc in hac Christi militia tirocinium agunt, a veteranis instruuntur; et demum nullus est qui, auditis Fratrum ac Patrum meditationibus, ad meliora quasi stimulis aureis non concitetur.

Hactenus, quae domi fiunt, circumscripte indicavimus; quae vero foris a Patribus, ut fideles Christo lucrifaciant, exequuntur *(sic)*, non exigua sunt; nam in dies confitentium ac communicantium accrescit numerus, adeo ut, seclusis his, quibus de more est octavo quoque die communicare, hoc exacto iubilaeo tot poenitentes ad nos confluxerunt, ut vix omnibus satisfieri potuerit. Illorum etiam, qui in vinculis sunt, non obliviscuntur; nam in confessionibus audiendis illorumque negotiis gnaviter peragendis et animis corroborandis *ut adversa quaeque pro Christo sustineant* occupantur, necnon in litibus dirimendis paceque componenda dant operam; et his exactis die bus tam atrox dissensio fuit inter quosdam suborta ut a nullis civitatis huius proceribus potuerit sedari; unus tamen Patrum divino munitus praesidio flammam tanti incendii extinxit, dissidentium animos fraterno conglutinans amore; et non raro

[1] Ita bonus Onuphrius, qui, fortassis adversarium a se vel alio confectum describens, scripsit hic *instrumento* pro *Testamento*. Materies enim illis temporibus, ut et nostris, in meditatione seu consideratione matutina usitatior, erat de mysteriis vitae Christi.

cum plebeii, tum nobiles, ut patres morituris divinas suppetias ferant accersiri rogant, et tam pio videntur nos prosequi amore, ut etsi alii religiosi suspiciendae probitatis adsint, Patres tamen incredibili desiderio precantur, ut agonizanti quidpiam utile impartientes, ejus animum ad viriliter dimicandum corroborent. Noster suspiciendus P. Torres iam duo menses sunt, aut eo amplius, qui hinc profectus, Compostellam versus iter facit diligenter curaturus ea quae ad Collegium ibi Societati dicatum pertinebant, ibique plus aequo coactus est immorari, quoniam patronus illius Collegii, Comes de Monterrei (hoc enim est illi nomen) [1] ad decimum septimum kalendas Septembris cum illuc se perventurum fuisset pollicitus, ut rei extrema imponeretur manus, domesticis tamen praepeditus curis ad praescriptum tempus non affuit. P. vero Torres cum Lusitaniam versus pergeret, Collegium Conimbricae contemplaturus, Regem est allocutus, cui cum cujus rei gratia Compostellam repeteret insinuasset, grato audivit animo et res ut divinis fieret auspiciis Dominum deprecabatur. Inde profectus urbem Sanct Finz [2], ubi nonnulli fratres Conimbricenses degunt, ex quibus duos ad nos legavit: unus presbyter est, alius nobilis, Teutonius nuncupatur, frater Ducis de Vergança [3], ambo vero viri probatae fidei expectataeque probitatis, quibus visis, omnium animi fuerunt laetitia non mediocri perfusi.

Praefecti in urbe Granatae, ubi P. Joannes Alvarez, per annum immoratus, concionibus crebris plebem instruebat, ad nos miserunt epistolas ut illuc aliquot Patres mitterentur precantes et indicantes posse optimam messem ibi Domino colligi: et quantum coniicere possumus, quamprimum Pater Torres Salmanticam repetet, aliquot mittentur; nam quidam Pater Societatis (Sancta Crux nomine), qui Conimbricae nunc degit, a Granata oriundus, ut ibi Collegium erigeretur, bona sua legavit, et huius frater grato ac magnifico animo se idem praestiturum est pollicitus; et si literis credendum est, circiter viginti ibi pacato animo [4] spiritum ducere poterunt. Non alia scribenda sese offerunt: quare finiam, illud modo si adiecero nos omnes te

---

[1] Hieronymus Acebedo Zúñiga et Ulloa, IV Comes de Monterey.

[2] San Fins, seu Sancti Felicis, oppidum.

[3] Rectius *Bragança;* quamvis veteribus saepius erat *Bergança.*

[4] Sic; scilicet, *quieti, tranquilli, commode,* aut quid simile.

oratum velle ut, dum deprecationi vacas, nostri immemor non sis.

Salmanticae, 10 kalendas Octobris, anno a partu Virgineo 1552. Imperio R. Patris Joannis Alvares.

Indignus filius tuus,

† Honophrius Cavallerius. †

Superscriptio.— Admodum reuerendo in X.° Patri M. ignatio de loiola, Praeposito generali Societatis de Ihs.

Romae.

Alia manu: Ex Salmantica. Tpris.

Et alia: Q. Salaman. Oct. 1552.

Extat vestigium cerae rubrae.

CLXXVI

P. Petrus del Pozo
Patri Ignatio de Loyola.
Burgis, 1 Octobris 1552 [1].

Sacado de otra del mismo, tambien de Burgos, 1.° de Octubre.

Prosigue el P. M.° [2] sus sermones en esta iglesia con el concurso, satisfaccion y aprovechamiento acostumbrado. El dia del glorioso P.e Sant Gerónimo hizo el P. M.° un sermon en un monesterio de frailes de su órden, de admirable doctrina y edificacion, porque el Prior de aquella casa vino aquí á pedirlo con grande instancia por dos vezes desde su casa, que es una legua desta ciudad.

---

[1] *Epist. Quadrim.*, fol. 191 v.° Fragmentum apographum.
[2] P. Mag. Franciscus de Estrada (Strada).

Exercítanse tambien los demas en obras de charidad con grande aprovechamiento y edificacion de los próximos: confiéssanse muchos muy á menudo, que no lo usaban hazer, y sienten grande aprovechamiento en sus almas.

CLXXVII

P. Everardus Mercurianus
Patri Ignatio de Loyola.
Perusio, 1 Octobris 1552 [1].

✝
IHS

Gratia et pax Domini nostri Jesuchristi sit semper nobiscum. Amen.

Cum apud me tacitus, inter alia obedientiae officia, hoc quoque persolvendum mihi proponerem, ecquid nimirum in cultu divino proximique aedificatione jam inde a discessu nostro ab Urbe hactenus promovissemus, breviter aperiendo, nescio quo pacto prima facie haereret animus meus, veluti quid magni aggrediendum immineret; maxime cum sub haec initia vix occurrat, quod vel patientem uspiam aurem impetrare posse existimemus, potissimum ab iis qui intellexissent quanta fide agrum Domini excolant alii Patres ejusdem nobiscum professionis, quamque confertos manipulos undique reportent in dies in horreum Domini. Verum enimvero cum operariorum illorum sive in agendo dexteritatem, sive proventuum ubertatem spectes, Domino tandem quicquid est acceptum feratur oportet, qui sua elargiri solet ut vult, aliquanto liberius, quae a

[1] Tota autographa in duplici folio, sub nn. 23 et 24 —Habemus et apographum in Cod. 1551, fol. 95 et 96.

nobis exiguntur, qualia qualia sunt, huc proferemus, etiamsi exiguitate minutulam illius viduae superent, modo ejus liberalitatem quoquomodo imitari gestiant. Tametsi hac ratiocinatione omnino nolim ignaviam nostram sarcire atque eadem opera fidei illorum quicquam detrahere, qua et haec Dei beneficia impetrant exponuntque eadem sancte in usuram.

Dimissi itaque ab Urbe, statim de legationis nostrae officio a fratribus cogitari coeptum est, ac in primo diversorio protinus declamari, proposito themate, satis ut videbatur apposito: *Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus* [1]. Eo vero hoc avidius conveniebant hospites, quo minus se a nobis expectari judicabant, quod studiose fiebat, veluti expectaremus tantum donec aestu paululum remisso pergeremus; atque hac arte non solum audiverunt de justitia servanda, injustitia, avaritia caeterisque id genus, quibus humana studia infici solent, verum etiam et cujusmodi esse debet officium hominis christiani, hoc in mundo peregrini, idque duobus aliis fratribus disserentibus; altero ex his Apostoli verbis; *Didici in quibus sum contentus esse* [2]. Altero vero ex oratione dominica, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Atque simili industria curatum est, ut ubique pro diversis hominum conditionibus, in quos incidebamus, appositus deligeretur cibus, tam in privatis cohortationibus, quam publicis concionibus, idque modo in agris, modo in pagis, oppidulis, atque adeo in ipsis civitatibus; hoc, inquam, studebatur omnibus illis ut a suis erroribus unusquisque ad veritatis asylum rediret, hic a seditionibus meditandis blasphemisque sermonibus, ille vero ab odio a multis jam annis contracto similibusque vitiis; quod Dei beneficio contigit nonnumquam, ut pluribus non dicamus. Etiam de hospitibus nostris, quos pie et sancte, quae nobis illac transeuntibus acceperant, etiam nunc servare retulerunt quidam ex fratribus nostris, qui Roma hac iter fecerunt.

Perusiam itaque tandem appulsis occurrit homo quidam Societatis nostrae peramicus, qui obviis ulnis ac osculo sancto nos excepit, tractat humanissime statimque ad R. D. Vicarium perducit, qui et ipse eodem officio nos amplectitur ac

---

[1] Ovid.

[2] Sic, sensum tamen et non verba, prout hic adhibentur, in Pauli epistolis invenies.

illico praesentat Rmo. D. Cardinali Urbinati, Legato Apostolico [1], et is quoque magna humanitate officium ac operam pollicetur. Jam vero cum ad locum essemus deducendi, qui certo nobis praeparatus ab omnibus credebatur, ut in eumdem multam jam comportassent supellectilem, de quo [2] demum controverti coeptum est; ob idque tandem nobis minime contigit. Quae res D. Vicarium coëgit ut hactenus apud se detinuerit, non absque jactura rerum quidem spiritualium, tum quod multos nondum usque adeo provectos suppudeat toties nos adire, maxime in loco publico, quod initio quidem factitabant magna et frequentia et diligentia, quando alio quam nunc pretextu licebat, tum vero maxime, quod certum templum non habuerimus ubi sacra peragerentur ministrarenturque Sacramenta, sed modo huc, modo illuc itaverimus, quo mittebat nos D. Vicarius, vocabant amici nonnulli.

Caeterum putamus Deo propitio pensandam propediem hanc jacturam non mediocri foenore, si successerit quod admodum sedulo moliuntur duo doctores hujus Academiae ac in primis in ea professores. Contendunt siquidem illi, idque propriis impendiis, apud Rmum. Cardinalem Perusinum [3] ut Societati nostrae designetur locus quidam jam aedificiis abunde ornatus ac in optima civitatis parte situs, quo nimirum facillime concurret populus undique sacrificiorum gratia sive concionum aut lectionum audiendarum; ac optimo denique aëri is expositus est. Hac itaque spe, jacturam quam fecimus, utique non levem, rerum quippe spiritualium, facilius aliquanto perferimus. Siquidem ex tot tamque variis rationibus in excolenda vinea Domini nostrae Societati adeo familiaribus, paucis admodum uti hactenus contigit, iisque generalibus fere, quibus non ita foecundus proventus reportari solet, ut primum ex sacrificiis nostris, quae variis in locis ex insperato celebrabantur, nihil prope accedere videbatur, praeter praesentem illum fructum aedificationis, ut more nostro loquar, quam tamen variis argumentis colligere licebat, veluti ex reverentia, qua longe majori erant homines ob praesentem divinam maje-

---

[1] Julius de la Rovere, Urbini Episcopus et Cardinalis, Perusii Apostolicus Legatus. Vide POLANCO, *Chronic. Soc. Jesu,* tom. II, pag. 433.

[2] *Sic;* rectius fortassis *eo.*

[3] Fulvius de la Corna (Corneus) Cardinalis et Episcopus Perusinus.

statem, majori ac modestiori attentione moribusque magis compositis et desiderio denique, quo illi nostra quaeritare solent. Hisce tamen nunc longe majora polliceri videntur ubi certo loco rebus omnibus, quae tum ad divinum cultum, tum ad animarum promotionem pertinent, suo ordine rite compositis, divinorum sacrificiorum suavitatem gustare dabitur; et non tantum externa observare, quaque in praesentiarum ad pietatem egregie provocantur promoventurque, fratrum religiosa ubique modestia. Sed et plurimum puerorum, quos et instituendos suscepimus, incremento tam in numero, quam moribus praesertim, quod in dies cernitur, dum vident eos coram altari prostratos atque levi labellorum murmure enumerantes recitantesque coronellas B. Virginis, quas circumferunt omnes; et qui inter ipsos jam sunt grandiusculi, praeceptores suos ipsimet sollicitare solent, liceatne peccata saepius confiteri ac sacram synaxim quoque sumere, quod sane vel duriora alioqui pectora emollire possit. Est praeterea concionatum aliquoties in monasteriis, templis parochialibus, plateis, ac in ipso denique foro, ut tempori maxime putabatur servire, quod et multis perplacuisse intelleximus. Confessionibus porro audiendis vacatum est quidem, at in monasteriis tantum fere hactenus. Quamobrem excipiemus (credo) propediem reformationem unius, ubi post confessiones omnium peractas atque crebro etiam repetitas, Sacramenti quoque Eucharistiae sumptionem ac exhortationes, hac de re sedulo meditantur. Lubet et hic pauperes mendicos annumerare, quorum plerique confessi sunt peccata sua idque in summo templo, quo maximus hic solet esse concursus, postquam provocati essent et instituti crebris exhortationibus fratrum, quae omnia hoc majori tum admiratione, tum aedificatione gesta sunt, quo rarius hujusmodi videntur. Tractabantur siquidem haec maxime in loco publico. Nunc vero diebus dominicis nos adeunt doctrinae christianae interpretationem audituri. Vocamur tandem subinde ad confessiones audiendas aegrotantium, quibus invisendis plurimum occupamur jam ab aliquot hebdomadis. Idipsum praestatur a nobis et in carcere, ubi non desunt qui frequenter adducantur, etiam ad Sacramenti poenitentiae periodum. Doctrinae christianae intepretationi non raro interest R. D. Vicarius; item et sacerdotes; sed et subinde etiam nobi-

les cives alii nonnunquam et religiosi, tametsi locus sit multum importunus ob rationes praedictas. Ea est scholae nostrae utilitas ut, praeter puerorum fructum, quo in dies recreamur in Dômino, parentes tantopere afficiantur, ut eorum quidam occurrentes nos per plateam veluti amplexaturi videantur ac veluti adgratulantes filiolos suos modo tantum ab iis distare, quos initio nobis commiserant, quantum a tenebris lucem ipsam. Multi etiam ab illis parentibus parvulorum scholas nostras adeunt observandae methodi gratia, qua in illis instituendis utuntur nostri (imitantur plane Romanam), quae adeo illis placet, cum vident plane animosas digladiatiunculas, ut ad easdem domi etiam irritare delectet. Eorum numerus in centenarium facile excrevit; hoc tamen vindemiarum tempore multi desiderantur. Tametsi nonnulli cives qui, tametsi integram familiam ad praedia abducant, pueros tamen vicinis committant, ne diutius ferientur a studiis ac moribus perdiscendis. Licet tribus classibus distinguantur, omnes tamen jaciundis fundamentis latinae grammaticae incumbunt, ut provectioribus praelegantur Ciceronis Epistolae familiares ac Bucolica Virgilii tantum.

His autem nostris exercitatiunculis animos civium ita pascit sua liberalitate Dominus, ut Societatem nostram hic vicissim illi hactenus alant, absque externa aliqua nostra sollicitudine, quantumcumque nos eo nostra studia non referamus, quod facile advertunt dum munuscula non admittimus ab iis, quibus nostra communicamus, licet ea, nunc quadam importunitate, nunc autem vel ex insidiis, mittitent. Illam autem curam ipsorum ac liberalitatem erga nos inter Dei beneficia non vulgaria reponendam putamus. Qua, in primis tamen Dei beneficio, hactenus et vivimus et valemus, suppeditanturque ea, quae ad supellectilem domus sunt necessaria. Quamquam initio omnes fere nos febriculis quibusdam exercuit Dominus; sed ea providentia aliunde sarciebat ut ab hisce servis ejus nihil eorum omnino omitteretur, quae ad consolationem nostram posse facere judicari potuissent. Adeo impense curabant illi ne quid desideratum esset, ut et ipsi diligentissime nos visitarent, adductis quoque et medicis et pharmacopolis. Hanc opinionem, quam de Societate nostra conceperunt homines hi, summopere ad Domini laudem profuturam confidimus, in rebus potissi-

mum spiritualibus, ut ipse non semel accepi a viris primariis hujus Academiae: hujusce nimirum Societatis viros non haerere in cortice rerum, quae animos ad genuinam puritatem promovent, sed in eis penitius philosophari ac proximo bona fide communicare. Quamobrem et ipsorum aliquot indicarunt parare se ad institutionem exercitiorum spiritualium suscipiendam, peractis vindemiis hisce. Hoc ideo annotavi in hisce nostris, quod plerosque ipsorum veluti remoram quamdam passos subolfecerim quorumdam persuasionibus, sed parum tandem persuadentibus.

Quantum ad studia fratrum attinet, non usque adeo litteris hactenus desudatum est, quod consulto factum est ob rationes jam semel adductas. Interim tandem cessatum est minime ab aliis exercitationibus, quae absque sanitatis detrimento fieri potuerunt, veluti orationibus, contemplationibus, sacrosanctis sacramentis suscipiendis poenitentiae et Eucharistiae, concionibus aliisque id genus, quibus nostri ad divinum cultum proximique aedificationem efformari solent. Jam vero, praeter haec, et studia suscepta diligenter prosequuntur, tametsi ab iis numquam prorsus cessatum sit. Sub initia studiorum, jam in hac Academia propediem resumendorum, publice declamaturi sunt, Deo propitio, aliquot ex nostris; ac septem psalmorum poenitentialium interpretationem, a R.ª V., Vicario ac P. Salmerone nobis decretam, simul aggrediemur.

Atque eo quidem pacto, R.de P., nos hactenus exercet Dominus, isque est rerum ac studiorum nostrorum status, ut praeter paucula, quae huc allata sunt, ad agrum suum illum excolendum, quem nunc primum submonstrare videtur, nos tantum parare hactenus voluerit; videmus siquidem labores nequaquam mediocres nos manere, quos hoc animosius ac (ut spero) felicius aggrediemur, quo, Sancta obedientia ubique praeduce, animo puriore sectari conabimur.

Sacris interim R. P. T. sacrificiis et excitati et continuo provecti, quorum suffragia in primis caeterorumque R. P. ac Fratrum charissimorum importune semper efflagitabimus.

Perusiae, Cal. Octobris 1552.

De V. R.

Servo inutile,

Everardo Marcuriano.

Superscriptio.—† Al molto R.do in X.o P.e il Padre M. Ignatio de Loyola preposito generale della Comp.a de Jesu.

In Roma.

Alia manu in margine: Di Peruggia del 1552 p.o de Ott. et A i Q. V.

Et in medio pagellae: R. 1552. Quad. ex Perusio.

Manet sigilli vestigium.

CLXXVIII

Leo del Giglio
Patri Ignatio de Loyola.
Florentia, 8 Octobris 1552 [1].

JESUS

Gratia et pax, etc.

Hoc oneris mihi imponitur, P. R., ut ad te iterum ea perscribam, quae hoc quadrimestri proxime revoluto, ad animarum salutem proximorumque aedificationem summi Dei largitate ac munere hic inciderunt.

Eadem consuetudo visitandorum in hospitali pauperum, idem studium in his consolandis, qui in custodia habentur, eadem perseverantia qua antea usi sumus ut de more nostro aliqui patrum aut fratrum aegrotos visitent, quorum nonnulli, audito sacro, atque Eucharistiae sacramento, ad daemonis impetus sustinendos ac repellendos, muniti, ex hominibus placide constanterque abiere. Hic in primis quum de aegrotis mentio facta est, duo mihi tacita relinquenda non sunt. Pri-

---

[1] Apographum, in fol. 93.o v.o et 94.o Codicis 1551.

mum est, quidam iniqua valetudine triennium conflictatus, morbique pertinacia animo fractus, coeperat de divina misericordia non solum diffidere, sed etiam ita existimare ut jam nigra inferni caligine modo involvi ac opprimi sibi videretur. Itaque noctem vigil agebat, ad maximam noctem abstinebat parvoque (erat enim pauper) ac semel in die se sustentabat. Hanc vitae rationem quidam religiosi viri corrigere ac emendare voluerunt, sed nullis precibus flecti poterat, ut solus superesse videretur P. Philippus [1], qui hominem, spe divinae gratiae destitutum, ad communem vivendi normam revocaret. Hinc igitur coepit P. Philippus alternis diebus, saepe singulis, hunc hominem invisere, eamque diligentiam ac curam adhibuit, ut parvo negotio ad peccatorum confessionem pellexerit; quod illi cum persuasisset, facilius quodammodo fuit in animum inducere ut certis horis ad communem usum cibum caperet, caeteraque perficere, quae ad pereuntis animae salutem pertinebant. Ut in summa dicam, eo profectum est, ut tam animae quam corporis sanitatem sit a Deo consecutus. Rei difficultas hunc exitum sortita est, ut loco miraculi haberetur. Alius quidam tam inconstanter ac iniquo animo valetudinis ferebat incommoda, ut animum desponderet. Cujus quoque uxor cum Deum saepe precata esset ut se calamitate premente sublevaret suarumque rerum misericordia caperetur; nihil minus tamen irritae preces surdis auribus respui [cum] viderentur, animum abjecit quasi numquam impetratura. Indignataque hujusmodi cogitare ac loqui coepit, ut in hanc erumperet verborum contumeliam, se a Deo incommodis affici, de quo sit benemerita.

Huic simul et marito P. Ludovicus [2] magno fuit adjumento, cum amantissimis verbis eos solaretur moneretque dolores et infirmitates Christi nomine bonoque animo sustinendas, qui nostri amore sauciatus denudari, flagris concidi, mortem atrocissimam perpeti voluit. Ita demum aegrotus fortem animum, vires novas collegit ut morbos fortius toleret et corporis dolor ac infirmitas in mentis atque animi robur redundare videatur Confitentur saepius sacrumque Eucharistiae sacramentum percipiunt, ac mulier praecipue ad vitae perfectionem magno gradu contendit.

---

[1] P. Philippus, belga; vide Polanco, *Chronic. Soc. Jesu*, tom. II, pag. 512.

[2] P. Ludovicus de Coudretto, Collegii Rector.

Quod autem ad confessionem attinet, multi utriusque sexus confiteri solent; utque plures confiterentur, facultatem audiendi confessiones summo in templo canonicorum suffragio consecuti sumus. Itaque loci commoditas praestat ut isthuc frequentes confessuri veniant. Ex confessione porro duo inter caetera his litteris inscribenda occurrunt. Primo mulieres pleraeque nobiles conscientiam, maculis praeteritae vitae denigratam, generalis confessionis nitro candidare voluerunt. Item aliae crebrius suasae ad altaris Sacramentum accedunt. Mirum sane est, quam magnas in dies hae religiosissimae foeminae divini amoris flammas concipere enitantur.

Secundo loco admirantur alii quod hujus Societatis sacerdotes pecunias recusent, si quae in mercedem auditarum confessionum offeruntur, aut pro re divina facienda nullum praemium in laborum compensationem adeo non expectent, ut nec admittant.

R.dus D. Vicarius, qui sacrarum Deo foeminarum saluti incolumitatique animarum consultum voluit, cum R.do P. Alphonso [1] effecit ut aliqui nostrum illis praedicent. Speramus eam rem magnos pietatis fructus secum allaturam. Urbis voluntas in nostra commoda satis propensa visa est; ad voluntatem illud accessit ut quaedam nobiles inter se statuerent Excellentissimam Ducem [2] convenire, nobis certam habitationem precaturae. Templum quoddam in hujus propemodum civitatis umbilico nobis communi voce destinabatur, destinatumque ut consequeremur cura diligentiaque Ducis certe quidem non defuit. Sed novis bellorum motibus cum divi Benedicti Monachi monasterio pellerentur, huc commigrarunt. Quo eventu cives, quorum domus eo in loco sitae sunt, moleste tulisse illud sit argumento quod affirmarent ad Ducem nostra causa se ituros fuisse si rem integram paulo ante cognovissent. Quin etiam audio eos, ad quos illud templum pertinebat, indignos dixisse se qui a Deo tali munere donarentur. Quaedam nobilis matrona [3] ab ipso principio tanto amore nos omnes complexa est, ut nostrae paupertati opem tulerit: atque in dies maior in ea

---

[1] P. Alphonsus Salmeron.

[2] Eleonora de Toledo, Florentiae Ducissa; ejus maritus, de quo jam saepissime fuit sermo, erat Cosmus I de Medicis.

[3] Domina Maria de Gondi. POLANCO, l. c., n. 246.

erga nos nascitur atque adolescit charitas. Domini Joannis medici [1] atque ejus uxoris indeffessam liberalitatem Christi nomine appellabo, qui sedulo pugnant ut quicumque Societatis Jesu hac iter habent apud se divertant. Alii quoque plurimis ex locis nobis, quae ad necessitates hujus vitae inevitabiles faciunt, administrant. Jam vero desiderium urbis ac communem in nos voluntatem proniorem propensioremque effecit adventus R. P. Alphonsi, cujus praeclaris concionibus ac lectionibus mirum in modum capiebantur omnium animi ac delectabantur. Probat ipsa frequentia in tantis caloribus, attentio in audiendo singularis. Nam licet illis mensibus aestas magnis exardesceret caloribus, tanta tamen multitudo ad audiendum conveniebat, ut pauciores in hac quadragesima, huic negotio attributa, coire dicantur. Atque inter eam multitudinem aliqui tam a pietate alieni ut eos dicant numquam quodammodo antea in templo visos fuisse. Attentio porro tanta quanta in mentem venire potest. Nullus strepitus sub ingenti magnitudine templi, nullus excreatus, nulla tussis circumsonabat. Tum, sublato vultu, fixis luminibus intentissimos videres ad audiendum. Intererant saepe quidam Episcopi, Canonici, Aulici Ducis, a quibus profluxit pulcherrimus Societatis rumor. Quidam a Patre petiverunt ut quasdam lectiones per typos evulgaret, communesque multis faceret; is tamen illis numquam obsequi voluit. Verum quo gratior fuit ac nobis fructuosior, plures gravioresque causas reliquisset et desiderii et doloris, nisi R. P. Provincialem [2] expectatissimum optatissimumque reddidisses. Cujus adventus Duci, nobis, urbi, maximae fuit voluptati. Is lectionem a P. Alphonso institutam prosequitur tanto spiritu divinae sapientiae ac efficacia, ut merito dicant, intra 40 annos fuisse concionatorem nullum, qui nostris patribus non facile cedat. Bone Deus, quos fructus, quos proventus, quae egregia incrementa pollicetur.

Superest ut pauca dicam de nostris studiis. Lectiones eaedem interpretantur, quas instituisse nos ad te scripsit P. Ludovicus, idque fit non sine fructu domesticorum ac extraneorum, quos his artibus conamur instruere, quibus eruditione

---

[1] Joannes de Rosis.
[2] P. Jacobus Laynez.

ornatiores, vita meliores evadant. De reliquo Christus Jesus nos sua gratia opituletur atque excitet ad ea cogitanda et praedicanda, quae suae voluntati sunt maxime consentanea. Quod ut tu, R. P. (cujus preces Deo gratas esse et probatas putamus), nobis ab illo suppliciter petas, nos a te diligenter petimus ac postulamus.

Florentiae, die 8.ª Octobris 1552.

T. P. R. indignus filius,

LEO LILIUS.

CLXXIX

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 31 Octobris 1552 [1].

✝
IHS

Gratia et pax X.ⁱ Domini sit semper cum omnibus nobis.

R.ᵈᵉ in X.º P.ʳ Secundum laudabilem nostrae Societatis consuetudinem ad Dei omnipotentis gloriam narrare conabor quae Deus Opt. Max. hoc mense Octobris operari dignatus est.

Primo igitur de studiosis adolescentibus dicemus, qui magno numero hoc mense nos accesserunt causa intelligendi rationem instituti novi Collegii Germanici; huius enim bona fama per totam Coloniam pervulgata est; quare maxima nobis fuit oblata occasio admonendi iuventutem de vita et studiis ordi-

[1] Tota autographa, duplici folio, sub n.º 127; sed prima alterius folii pagina nitida omnino est.

nandis ad debitum finem, nec parvo cum fructu, ut intelligo; plurimi enim vitam in melius corrigere incipiunt, et saepius nos frequentare. Multi hoc mense Romam profecti sunt, quibus literas commendatitias tradidimus; bona spe profecti sunt, in Domino confidentes quia nos nihil ipsis certificavimus (de inferioribus Germanis loquor), quia dubium illud adhuc nos tenet an inferiores recipiantur necne. Si enim ab hoc dubio resoluti essemus, plurimi adolescentes naturalibus bene dispositi, in ianuario romano itineri sese accingerent [1].

Plurimi etiam sacerdotes seniores cum iunioribus nos accedunt corrigendae vitae rationem quaerentibus. Numquam in Domino tantam concepi spem bonam de nostra Colonia sicuti modo; bonus odor Societatis in dies spargitur magis ac magis ita ut adversarii, velint nolint, obmutescere debeant. Benedictus sit Dominus in omnibus.

Egregius adolescens, naturalibus bene dotatus, in politioribus literis bene instructus, Lovanio huc ad nos venit causa faciendi exercitia, cui M. Gerardus [2] dat exercitia. Bene proficit; est enim in prima hebdomada; iam brevi alius quidem venturus est promotus Lovaniensis, de quibus alias plura.

Hisce diebus affuit nobis mulier quaedam peior meretrice aliqua, quae mirabili Dei gratia ita vitam in melius commutavit, ut omnibus sit exemplo et admirationi, Deum laudantes *(sic)* de tam mirabili conversione huius mulieris, quae antea omnia, quae ad corpus pertinebant, in abundantia ac delicatissima habuit, iam aqua et pane, supra stamina per aliquot horas quiescendo, magis confortatur quam antea omni habita abundantia; nocte ac die dies vitae suae in amaritudine cordis sui multis cum lachrymis recogitare incipit, ut intellexi, supra modum mirata Dei erga eam immensam bonitatem et erga omnes peccatores quantumvis magnos, cupientis suo paterno affectu omnes amplecti ulnis charitatis suae ac fovere in gre-

---

[1] "Significatum est tamen nostris ne in posterum Flandros et Ollandos aut Brabantos ad hoc Collegium mitterent, quandoquidem illi Lovanii catholicam et praeclaram habebant Universitatem; immo et Clevenses et Juliacenses, Geldrenses et Frisii, qui per constitutiones hujus Collegii non excludebantur, non esse amplius mittendos scriptum est nisi prius P. Ignatio consulto, ut locus superioris Germaniae adolescentibus major relinqueretur.„ Polancus, *Chron.*, t. ii, pag. 424, an. 1552, n. 14.—Vide etiam n. 398 et not. 1 in pag. 586.

[2] Mag. Gerardus Cools (Brassica), Dordracensis, "theologus, qui hoc anno votum suum Romam misit„. Polancus, ibid., n. 391.

mio suae bonitatis; non possem exprimere fervorem spiritus huius mulieris. Nobiles et alios homines desperatae vitae, qui aliquando ipsi noti fuerunt, ad puriorem pertrahere conatur, nec parvo cum fructu; tantum enim ipsis incutit horrorem divinae iustitiae ut sibi persuadeant, nisi vitam commutent in melius, Deum Opt. Max. illico eos puniturum aut lepra aut alio incurabili morbo. Verba mulieris in admonendo sunt ut gladius ab utraque parte findens. Sed de hac alias plura. Haec sunt quae P. V. scribenda occurrerunt, cui unice nos commendatos cupimus. Bene valeat P. V. in X.°

1552 ultima Octob.

R. V. servus in Domino,

LEONARDUS KESSEL.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in X.° patri dno. Ignatio a Loyola praeposito generali Societatis Iesu.

Romae.

Alia manu: Jesus, 1552, Colonia, di Leonardo Kessel, ultimo d' ottobre.

Exstat et vestigium sigilli.

CLXXX

P. Alphonsus Barreto
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 31 Octobris 1552 [1].

✝
IHS

Muy R.do en X.o Padre.

La gratia y amor de Christo N.ro Señor sea siempre en nuestro contino favor y ayuda. Amen.

Los quatro meses passados escribí algo largo lo que n.ro Señor se dignaba hazer por su bondad, por los Padres y Hermanos, que en este colegio de Ebora están. Todo él por su misericordia lleva adelante. El P. Melchior Carnero trabaja en continuas confessiones, á las quales por ser muchas no puede satisfazer. Da tambien los exercitios, como tengo escrito, en lo que n.ro Señor le ayuda mucho, en tres monasterios, en donde por instancia dellas monjas los ha dado. Hizo nuestro Señor muchas mercedes por su medio á las que los tomaron, que fueron buena parte, y á todo el monasterio; porque, como despues he oydo, entraron en mucha más quietud in Domino. Dos Padres venieron despues del Collegio de Coimbra, y uno dellos predica en la iglesia mayor, con mucho movimiento del pueblo, y en otras partes de la ciudad [2]; el otro confiessa: visita

[1] Tota autographa, unico folio, cui num. est 294.
[2] Hic erat P. Emmanuel Fernandez.

tambien las cárceles. Los hermanos proceden en sus sólitos exercitios de virtudes y letras. El Collegio se va haziendo. Interim estamos en unas casas que el Cardenal tenia comprado; pienso que no passará mucho tiempo que no seamos para él transmudados.

N.ro Señor por su misericordia enderece todo á mayor gloria suia y servicio.

La bendition de V.ra Paternidad humilmente demandamos.

Oy, derradero [1] de Octubre de 1552, inutilis filius tuus,

ALFONSUS BARRETO.

Superscriptio: † Al muy R.do en Christo padre el padre Maestro Ignatio praeposito general de la Compañía de Jesus.

En Roma.

Alia manu: 1552, Euora, Quadrimestre ultimo d' ott.e

---

[1] A lusitano *derradeiro,* quod hispanice est *último, postrero,* latine *ultimus, postremus.*

CLXXXI

Melchior Cotta,
Ex commissione Patris Emmanuelis Godinho,
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 11 Novembris 1552 [1].

IHS

Muy R.do en Chro. P.e

La suma gracia y amor de Jesu Chro. sea siempre en nuestras almas. Amen.

Esta no es ordinaria de las de cada mes ni de quatro meses [2], mas sólo es para dar parte á V. P.d dalgunas cosas particulares que estos dias an socedido acá; plega al Señor que sea para maior gloria suia y augmento spiritual de nuestras almas.

Sintiendo mucho el P.e Manoel godino algunas deseficaçiones que deste Collegio tenia reçebido toda esta ciudad, y pensando por quántas vías él podia auer sido causa dello, propuso hazer alguna satisfaçion; y primero mandó dizir missas y hazer oraçion por esto; y consultando con algunos Padres, determinó ir él por toda la ciudad disciplinándose y pidiendo perdon de lo que pareçia auer faltado. De manera que el mártes, que fué octaua Omnium Sanctorum, despues dauer dicho missa,

---

[1] Tota autographa, duplici in folio, nn. 287 et 288. — Est et apographum duplici item in folio, nn. 285 et 286, in cujus quarta pagina haec leguntur: *Treslado de hũa carta pera o p.e Ignatio das cousas que agora socederão ẽ Coimbra.*

[2] Quamvis haec ita sint, reperitur haec epistola inter quadrimestres et eas complet nec opportuniorem hoc locum, ut edatur, habere videtur.

llamó los hermanos, y díxoles que se fuesen á la capilla y rogasen á Nro. S.r diese fuerças á una persona que lo auia menester, pidiendo tambien perdon á Nro. Señor de los peccados de todos los que estauamos en la Compañía, máxime de Portugal, juntamente con los que se auian salido de casa [1], mandando que no nos saliésemos de la capilla hasta él nos embiar recado. Estando allí juntos oiendo una missa del P.e Tiburçio [2], llegó el P. Godino disciplinándose, que venía de la ciudad. Acabada la missa, nos dixo publice de dónde venia y la causa, con muchas lágrimas, que causó en los hermanos gran sintimiento y deuoçion. Despues pidió el [P.] Tiburçio á todos los hermanos, con muchas lágrimas y sintimiento, le aiudasen á pedir al P. Godino le dexase hazer otro tanto, porque se sentia muy obligado delante de nro. Señor y temia mucho su juizio.

Fueron todos los hermanos con él á pedir al P.e les diese aquella liçençia, y quasi todos pedian tambien por sí mismos hazer lo mismo. El P.e Godino respondió que no se podia determinar en aquello así fácilmente por la cuenta que era obligado á dar á Dios y á los superiores de la Compañía, lo que le ponia mucha dificultad de una parte, y de otra temia que nro. Señor le pidiese muy estrecha cuenta de no se poner en execuçion tan santos deseos, como mostrauan tener, de satishazer á los scándalos y desedificaçiones, que se auian dado á toda la ciudad y aun á todo el reyno los tiempos pasados. Finalmente, resoluióse en que se ajuntasen y lo consultasen, mirando si era expediente. Juntos los hermanos, tomó sus pareceres; y, miradas las circunstancias, pareció que V. P. lo auria por bien, sabiendo en particular todo lo que ha pasado; y, como los scándalos eran públicos, era menester que tambien la penitençia fuese pública. Así que, mirando esto, se ordenó que con toda honestidad fuesen aquellos á quien nro. S.or diese os y spiritum para ello; y los que quisiesen dixo el P.e que pidiesen liçençia. Concedió á LX y tantos [3] para ir todos en procesion disciplinándose á la Misericordia [4] de la ciudad, donde él diria la

---

1 Sensus est, *etiam veniam petendo pro peccatis eorum, qui domum nostram reliquerant, e Societate egredientes.*

2 Tiburtius de Quadros, postea dictus Antonius. Vide supra, t. I, pag. 70, not. 2, et POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 697.

3 LX y tantos, *plures sexaginta.*

4 Ad templum *Misericordiae* dictum.

caussa daquello. Todo esto pasó antes de comer. A la mesa dixo hun hermano sus faltas, con liçençia, para su confusion. Despues llamó el P.e los hermanos y fueron á la capilla á pensar una hora en aquel paso de la Passion, scilicet, *Hecce (sic) homo,* y de cómo nro. Señor lleuara la cruz por las plaças de Hierusalen. Acabando esto, amonestó el P.e que ninguno lleuase rosetas [1] en las disciplinas para que no se hiziesen daño notable, declarando cómo el intento no era tratar mal el cuerpo de manera que quedasen dibilitados, sino que tuuiese cada uno moderaçion y interiormente trabajase de sentir lo que haçia. Encomendó que por el camino fuesen como que aiudauan á lleuar la cruz á Jesu X.º Salimos todos en procesion, con hun Crucifixo delante y dos hermanos pequeños en el medio diziendo las letanías alta uoce de manera que pudiesen los otros oir para responder. Llegados á la Misericordia, donde ya nos seguia mucha gente, despues de hazer oracion dentro en la iglesia, nos acercamos con el P.e á la puerta, y él con gran sentimiento pidió perdon á la gente de las desedificaciones que auian recebido del Collegio de Jesus, atribuiéndolo todo á sus peccados, pidiendo á todos que nos aiudasen á pedir misericordia y perdon á nuestro Señor. Esto causó en todos grandes llantos. Tornando otra vez para dentro de la iglesia, dixo el P.e delante del altar algunas oraçiones, y despues con grandes lágrimas y clamores pidimos misericordia á nro. Señor. Plega tenga por bien de nos oir. Despues boluimos de la misma manera á nro. Collegio. La gente pienso que se edifiquó de todo; pero no creo que faltaria á quien no le pareciese bien. Aquella noche nos aiuntamos y encomendó el P.e Godino que nos confesásemos y comulgásemos el dia siguiente, dando gracias á nro. Señor, como se hizo.

Al otro dia despues de comer llamó el P.e los hermanos para les auisar dalgunas cosas que podian aconteçer, y estando juntos, algunos de los hermanos se acusaron de muchas faltas, en las quales quasi todos auiamos caido, en lo que se trató, quedando con propósito de emmendar todo con la aiuda de nuestro Señor.

---

[1] *Roseta,* echinatus globulus seu parva rota, quibusdam quasi aculeis hispida, quae pars esse solet extrema in calcaribus.

Tratosse tambien de hun cierto auiso spiritual que tenemos acá, de cuia mala intelligentia nos han venido grandes males, pues jusgáuamos el negro por blanco y el blanco por negro. El auiso es: todas las cosas que se vieren se interpretarán siempre á la mejor parte, escusando, quanto con buena razon pudiere ser, el acusado y reprendido. Y fué tanto nuestro mal, permitiéndolo nuestro Señor por nuestros peccados, que no uíamos ni creíamos ser malo cosas que los Príncipes virtuosos y santos nos estauan notando compadeciéndose de nosotros, como al presente lo han dicho, scilicet que veiā sermos muy regalados. No me alargo en esto, porque creo avisará a V. P.d de todo por otra uia largamente.

Algunos hermanos an pedido liçençia para descobrir sus defectos pasados, de que no solían hazer cuenta, y lo hizieron publice en el refitorio. Ellos reciben confusion, y á nosotros auísanos el Señor por aquel modo para que nos guardemos; de los quales yo podia tambien dezir mi culpa y de muchos otros, de que no tengo verdadero sintimiento, siendo ellos harto graues. Nesta plática propuso el P. Godino si seria bueno que se derribase un cierto miradero, que él, teniendo cargo en casa, auia mandado hazer para recreaçion de los hermanos, acusándose dello y de otras cosas, en que él se sentia muy culpado. Algunos fueron de pareçer que no, por buenos respectos: fueron tamen muchos de parecer que sy, y que tambien se deshiziese una torre, de donde nasció mucha desedificacion y scándalo; pero, por no parecer que se mostraua ir contra el que la mandara edifiquar [1], no se hizo. Aunque çierto todos eran de pareçer que era necesario hazerse para cumplir á lo que se deue á la edificaçion y prouecho spiritual, no solo de la ciudad, pero aun de todo el Reyno, praesertim para memoria y exemplo de los que soccedieren; porque es ella tal, que los que la miran se espantan de nosotros. Sobre esta fueron las excomuniones y censuras, etc., como V. P. aurá entendido [2]. Seria tanto el prouecho spiritual y edificacion de toda la Compañía quitar estas cosas, que dezian muchos no se deuia tener cuenta con lo temporal, aunque fuera mucho más, ni con otro ningun respecto humano; quánto más que todo esto importa poco, ni es necessario, immo superfluo.

---

[1] "ipse scilicet Provincialis.„ POLANCO, l. c., n. 700.

[2] Vide sequentes Patris Godinho litteras, pag. 56.

No creo yo fué esta la causa de no se hazer, mas, como dixe, dudarse si era tocar en terçero.

Están al presente los hermanos, á lo que se puede jusgar de lo que muestran, aptos y aparejados para se imprimir en sus almas todo lo bueno; porque hasta hora se trabaja lo possible por quitar yerros y faltas, que auia, no sólo en la voluntad, mas aun en el entendimiento, cerca las cosas de perfection y perfecta abnegaçion de sí mismo. Quando algunas uezes veo este Collegio ahora, y considero cómo lo he visto en otro tiempo, no puedo dexar de creer que fué esto *mutatio dexterae excelsi.* El *qui incoepit in nobis opus bonum, perficiat usque in diem Christi Jesu.*

En los sanctos sacrificios de V. P.ᵈ nos enconmendamos, por los quales tenemos por çierto hazernos nuestro Señor tan espeçiales merçedes, y esperamos in dies reçibirlas maiores, máxime viendo ahora que espeçialmente nos toma V. P.ᵈ á su cargo, por lo qual damos infinitas graçias á nuestro Señor.

De Coimbra, XI de Nouiembre de 1552.

Por comision del P.ᵉ Manuel Godino,
innútil sieruo y hijo indigno de V. P.,

COTTA.

Superscriptio. ✝IHS. Patri Ignatio.
Alia manu. ✝ 1552, Coynbra, de Cotta, 11 de Nouiembre.

CLXXXII

P. Emmanuel Godinho
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 14 Novembris 1552 [1].

IHS

Muy R.do em Chro. padre.

A graça e amor de X.o N. S.or seia sempre en nosso continuo favor e ajuda. Amen.

Porque o q. escreve o Irmão cota [2] da disciplina no podera deixar de parecer cousa nova e estranha, e principalm.te por quã postos estamos em communicar a V. R. ainda as cousas muy meudas e particulares, me parecio cōveniēte dar disso algũa mais informação a V. R., peraque entendendo o principio e causas possa melhor julgar o q. lhe pareçe.

A sete deste Novēbro, vespora da octava de todos os sctos. a tarde estandome encomendando a Ds., ainda q. asaz friamēte, se me offereçeo a o pensam.to quãta razão avia de satisfacermos aa çidade p. algũa manr.a os escandalos e desedificações que de nosoutros tem reçebido maxime p. las q. causarão as excomunhões entre nos e o mōst.o de S.ta ✠ :, e algũs edifiçios superfluos e pouco necessarios. E porque en tudo isto me achava notabelm.te encarregado e cō muita culpa, mais q. outro algũ devia eu satisfacer indo per la cidade disciplinandome e ē algũs lugares mais publicos declarando alta voce como eu

[1] *Epist. Mixtae,* folio duplici, nn. 279 et 280. Apographum.
[2] Melchior Cotta. Ejus litteras habes sub n. praecedenti.

e meus pecados fomos causa e occasião de tudo, e q. toda a culpa eu a tinha; e per tãto a toda a cidade pedia disso perdão. E sentindo nisto algũ fervor e facilidade em o fazer, por outra parte represẽtandoseme algũ horror, me sentia fraco e com poucas forças e offereçindoseme como ja outra vez avia sẽtido em my esta mesma võtade e deseio, por q. ẽ dez.ro de 50, vindo eu de S. Fins pera Cuimbra, encõtrando no caminho hũ mẽsageiro cõ cartas do p.e Urbano [1] pera my, ẽ que me dava cõta e parte das ditas excomunhões e censuras, desordẽs, que nisso ouve sẽ o elle poder impedir, achandome cõ asaz sẽtim.to disso p. quã culpado me achaba por diversas vias, me veo, como digo, grande võtade e deseio cõ conhecim.to de minhas culpas de entrar polha çidade disçiplinandome e dando vozes ser eu o culpado ẽ tudo e a principal occasião de tudo, pera q. asi ẽ algũa man.ra entendesse a gẽte nõ dever imputar ao Collegio o escandalo e desedificação que recibião. Mas asi per algũas razões q. então me occorrerão, como por me achar demasiadm.te fraco e cheo de spirito de posilanimidade, nõ ousey fazelo. De man.ra q. cõ esta lembrãça de aver ja sẽtido isto outra vez, se me tornou a accender a voutade e pareciome bem fazelo visitandome N. S.or per sua bondade con forças pera ysso. E nisto me começarão a vir por outra pte. temores se o averia asi per bem a obediencia, e achandome cõ isto angustiado por q. tãbem, se deixara de o fazer, me pareçia q. nõ perderia tan asinha a tristeza e escrupulo disso, començey a offereçer a N. S.or minha ambiguidade, e sendo sua vontade, me desse a entender como poderia vir a fazelo. E offereçendoseme a via comũ da obediẽçia, me occorreo cõmunicalo cõ o cõfessor e cõ algũs, q. o p.e Doctor Torres [2] me deixou nomeados cõ quẽ cõmunicasse as cousas q. soçedessẽ e cõ seu pareçer as determinasse. E nisto tangerão a a mesa e em toda ella e asi acabada estando esperando bom espaço p'o cõfessor pera me cõfessar, me achey visitado de N. S.or cõ me ocorrir asi mesmo q. devião de ir tãbem os irmãos disciplinandose para satisfação de muitas cousas e causas q. se me represẽtavão asi de nossos peccados como pera satisfazer a os escandalos e desedificações

[1] P. Urbanus Fernandez.
[2] P. Dr. Michaël de Torres.

que a cidade tinha reçebido de nos, e pollos males e culpas dos expedidos e saidos de casa, como por muytos outros resp.^{tos} particulares para os quaes vemos ja quãto isto tem aproveitado; o que tudo sẽtia cõ asaz conhecim.^{to} e affeito de võtade e devoção; vindo o confissor, me cõfessei, sẽtindome por bondade de N. S.^{or} na cõfessão como nũqua ẽ outra me achei e dando nella parte do q. se me avia offereçido e esperando a reposta della da qual dubidava m.^{to} ser cõforme ao que eu estava deseiando per o confessor ser dos mais timidos e escrupulosos na obedienҫia de quãtos creo ay ẽ casa. Elle responde que nõ via por que o deixase de fazer, antes lhe pareçia neçessario pollos escandalos q. havian preçedido, e que todavia podia cõmunicalo aos mais para que eu ficase nisso mais seguro. Day a un pouco chamando os q. o Doctor me deixou nomeados, lhes propus a cousa, e finalm.^{te} concluirão que o podia fazer e afora as causas q. avia pera isso dizião q. pois a obra nõ era maa de si, antes boa, q. N. S.^{or} tiraria pveito. della, e sẽtindo en mi grande gozo ẽ o S.^{or} por ver que ordenaba nõ se impedir isto que tam de verdade sẽtia ser obrigado far', depois de deitados os irmãos, nos cinquo asi como estavamos nos fomos a a capella e diãte do sãcto Sacramẽto lhe estuvimos encomendando o negoçio ate a m.^{a} noite tomando no fine da oração hũa disciplina. A o outro dia m.^{to} p. la manhã torney a dizir missa pedindo a algũs irmãos me encomendassẽ a Ds. por q. tinha disso muyta neçessidade e como elles saõ taes N. S.^{or} os quisou ouir por q. quasi toda a missa me deu N. S.^{or} tanta consolação e tanto sẽtim.^{to} de lagrimas que na epistola, evangelho, orações e outros passos da missa nõ podia ir per diãte e pedia a N. S.^{or} me desse lugar para acabar. Despois as 8 horas ajuntei os irmãos na capella e lhes faley; e aqui entra a carta de Cota. Como se forão a a capella eu me parto con minhas disciplinas pẽla çidade, e creo que ẽ doze lugares della me pus ẽ gĩolhos pedindo perdão e diz.^{do} alta voce: "gẽte nobre e povo de Coimbra, per las chagas, morte e paixaõ de X.^{o} redemptor nosso vos peço me perdoeis todos os escandalos e desidificações que recevistes do Colegio de Jesu que diãte de Ds. confeço ser minha a culpa por q. eu e meus pecados forão a causa de todos elles;„ e quasi todas as vezes que dezia isto me dava N. S.^{or} tantas lagrimas q. nõ o podia lo dizir; e nõ he m.^{to} por q. por mui-

tas vias concorrião ē my diversas causas de cōpunção e sētim.to e asi me torney a casa. E ao sabbado seguīte levey hū irmão cōmigo e me fuy aos da cam.ra e lhes pedi perdão de todos os agravos que de nosoutros tinhão recebido q. erão muytos declarandolhes como daqui pē diāte se nō faria cousa ē q. lhe dessemos descōtentam.to; e se algūa cousa nos fosse neçessario fazerse q. tocase a a cidade se nō faria sē seu cōtentam.to Creo q. nō podia dānar isto, principalm.te tendoo eu prim.ro consultado cō os nomeados p. lo p.e doctor.

Entre outros m.tos effeitos bōos de tudo isto tirou N. S.or hū nō pouco essençial qual he andarmos lheos de hū bom spirito de paz na consciētia e de apartarmos de nos todos os escandalos e desedificações, o q. m.to sinto ser neçessario ainda q. nos custasse a metade da renda q. o collegio tem, e ainda que custasse toda, sendo Ds. disso servido. Nesta materia estive m.to tēpo engānado e a vōtad demasiadam.te ligada a o tporal. con pretexto de acreçentar cō que podessē ser sustentados mais irmãos que tanto proveito am de fazer as almas; mas agora veio que isto era engāno por q. ainda q. seia grande serviçio de Ds. aver m.tos na Cōp.a, como seia pera pveito. das almas, quando o terem renda vay cōtra este pveito. pareçe que a nō devemos querer senaō a que sē este dāno se pode sustentar; e pola bondade do S.r me alho vazio deste veneno e sinto q. devemos dar corte a tantos negoçios e embarazos cō que tāto tēpo ha andamos implicados sē aver quē se posesse a darlhes remedio, ainda que muytos o deseiavão e lho derão se estivera ē suas mãos, *sed non erat eis potestas*. Tudo isto me atrevi escrevir a V. R. tam meudam.te p. la consciētia asi me ditar e a obediētia me obrigar a ysso, p. que havendose de escrevir a obra e novidade da nossa disciplina, pareçeo que convinha declarar os pñcipios e motivos della, pera que tendo V. R. int.ra notitia de tudo, nos mōstre e faça escrevir todo o mao q. nisto ouve e ha, pera o chorarmos et fazermos penitentia. Nosso Senhor nos de graça pera que inteiramente a façamos de todos nossos peccados, a qual esperamos ver por meio dos sāctos sacrifiçios de V. R., ē os quaes m.to ē o S.or nos encomendamos.

De Coimbra a xiii de N.ro 1552.

Alia manu in superiori paginae primae ora: Emm.el Godigno.

Alia in quarta pagina: Treslado de hũa carta do p.e M.el go. R.tor do collegio de Jesu de Coimbra pera o p.e Ignatio.—14 de octubro *(sic).*

CLXXXIII

P. Petrus Sevillano
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 28 Novembris 1552 [1].

IHS

La gra. y paz de Jesu X.o nro. S.r sea siempre en el continuo favor y ayuda de V. P.

En la del mes pasado mucho á la larga dimos aviso á V. P. de todo lo que el S.or por acá se digna obrar por medio destos instrumentos y hijos mínimos de V. P. Despues acá muy mucho más el S.or nos ha consolado con la muestra que nos ha dado de quererse mucho servir de los Padres de la Compañía en esta villa, porque el dia de S. Martin por la mañana envió aquí á nuestra casa el abbad [2] desta villa con un su notario un mandamiento, que ninguno de nosotros fuese osado á confesar ni predicar en las iglesias ni plazas ni otro lugar alguno sin primero ser por él examinados. El notario se entró en nuestra capilla y

[1] Tota autographa, duplici constans folio, sub nn. 199 et 200.

[2] Hic ille est Dominus Didacus Ruiz de la Cámara, de quo CIENFUEGOS, *Vida del Grande San Francisco de Borja,* lib. IV, cap. VIII, § 1.—Unde corrige id quod in POLANCI *Chron.*, t. III, pag. 308, annot. 3, asseruimus. Ille enim postremus quidem, ut ibi dicitur, Abbas fuit; sed nonnisi multis post hunc (1552) annis illa dignitate potiri coepit.

leyó el mandamiento á un padre que se estaba desnudando despues de haber dicho misa, y luego fuese y dióme el portero aviso dello, y fuimos el P.e Doctor Castillo [1] y yo á ver lo que el S.or abbad mandaba. Luego como llegamos, sin querernos oir otra palabra, empezó á llamarnos ladrones, robadores, engañadores (y desto mucho), mandando juntamente á los suyos que nos llevasen al cepo. Yo le dixe que me oyese su Señoría, pues habia visto nuestras bulas, y sabia era confirmada por nro. muy S.to P.e Jullio tercio nra. Compañía. Respondióme: esas bulas son burleria y vellaqueria, que no bulas. Y con esto tiróme con entrambos brazos un palo, que á darme, como faltó por mis pecados poco, hubiérase mi alma mucho más consolado, entendiendo que el S.or ya se servia de que empezase este peccador á pagar lo que debo; mas todavia el S.or nos envió de allí consolados, porque echaron mano de nosotros sus criados y llevironnos á la cárcel á donde estuvimos hasta la tarde; y un devoto nuestro lo supo y se fué á hablar y á pedir nos soltase. El nos soltó y dixo juntamente que no confesase ni predicase ninguno sin que él primero le examinase. Yo viendo que todavia estaba apasionado, por entonces no le respondí, aunque despues acá he tomado otros medios de hablarle por terceros para que nos oiga; y no se puede acabar con él otra cosa sino que ha de trabajar quanto pudiere por echarnos de Medina. No obstante nada de lo dicho, hemos tomado por medio intimarle las bulas, y tampoco ha aprovechado, antes trató muy mal de palabras semejantes á las dichas al escribano y á un Padre de casa, que juntamente fué con él á intimárselas [2]; de manera que, no queriéndolas oir, el escribano tomó por testimonio cómo no las queria oir y que respondia que ya él las habia visto y todo lo demas que allí pasó. Acaeciónos que teniendo determinado de intimarle las bulas, no las teníamos, porque las auténticas que en Salamanca tenian, pienso que el P. Doctor Torres [3] se las ha llevado en este camino que ha hecho á Portugal, porque enviamos por ellas y no las pudieron hallar. Fué N. Señor servido que un dia ántes que llegase el mensajero, llegasen las que V. P. nos

---

[1] P. Dr. Didacus Castillo.

[2] Hic erat ipse P. Petrus Sevillano, qui has litteras scribit, quique Rectoris munus obibat. Vide Polanco, *Chronic. Societ. Jesu*, tom. II, pag. 626.

[3] P. Dr. Michaël de Torres.

mandó, junto con los exercicios [1] y con diez reales de porte, lo cual echó el sello á nuestra determinacion. El Señor sea por todo mil vezes bendicto por el cuidado que á V. P. da en el ministerio y necesidades de todos sus hijos. Una cosa se echó mucho de ver en estas contradicciones, y es que, miéntras ellas más crecen, crece mucho más la devocion en los sermones y confesiones, y aun el número de Padres y Hermanos nuestros, porque estamos aquí ahora de asiento 22 Padres y Hermanos, como V. P. más largo verá por la lista que con esta va de las partes de cada uno; y todos de cada dia van más aprovechando y creciendo in utroque homine. Plega á Dios nro. guardarnos muchos años á V. P. para que á sus migajas se crien muchos hijos tales que parezcan y respondan al instituto de tal Padre, y á las muchas y grandes necesidades que hay en el mundo todo y en Medina del Campo. 28 de Noviembre 1552.

El inútil y mínimo hijo y siervo.

De V. P.,

† PEDRO SEVILLANO.

Superscriptio in quarta pagina. IHS. Al muy R.do en Xpo. p.e nro. el p.e M. Ignatio preposito general de la Comp.a de Jesus en S.ta Maria del estrada.

En Roma.

Alia manu: IHS, 1552, Medina del Campo, di Pietro Sevillano, de 28 de novenbre.

Extat vestigium cerae rubrae.

---

[1] Clarius in POLANCO, *Chronic. Societ. Jesu,* tom. II, pag. 627, hisce verbis: "curavit (P. Sevillano) ut nostrarum bullarum rationem haberet, quas eodem tempore, scilicet, pridie quam intimarentur, *simul cum exercitiis spiritualibus excussis et approbatis,* Roma missas acceperat.. .„

CLXXXIV

Gerardus Cools,
Ex commissione Patris Leonardi Kessel,
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 1 Decembris 1552 [1].

IHS

Gra. et pax Domini Nostri Iesu Christi sit in cordibus nostris. Amen.

Pulcherrimum sane et laudabile institutum est, Reverendissime in Christo Iesu Pater, sanctissimae Societatis nostrae, quo admonentur filii singulis mensibus, aut saltem quadrimestribus, omnia, quae apud se gesta sunt, fideliter perscribere: cui ut satisfaceret R.dus Pater Leonardus, ipse, serioribus occupatus, id mihi negotii iniunxit, meis humeris etsi impar, tamen pio desiderio eum onere aliqua ex parte levandi incitatus, pro nostrae parvitatis modulo id ipsum aggrediar.

In solito habitaculo pacifice et tranquille permanemus. Sumus autem quatuor numero fratres. P. Leonardus, tamquam fortissimus Atlas, solus curas domus et varios labores indefesse sustinet. Nam singulis diebus multi, tum scholastici baccaulerei *(sic)* magistri, tum religiosi, patriarchae vestalium [2] eum frequentant, quorum alii consilia salubria petunt, alii ad confessionis remedia confugiunt; accersitur etiam nonnumquam ad aegrotos in spiritualem medicum ad medendum animae morbis. Ipse autem Pater hac messe Domini magis gaudet quam agricola opimis et gravibus aristis segetibus; paratissi-

---

[1] Tota autographa, duplici folio, n. 128.
[2] Sacerdotes monialium monasteriis praefecti.

mus quippe est omnibus se in omnibus impartire nullosque gravatur labores subire pro amantissimo Iesu nomine; saepenumero doleo tam gnavo operario non abundantiores messes offeri. Supplicandus autem nobis potius ille seminator evangelicus ut et hunc agrum nostrum ita subigere, sarrire ac stercorare dignetur ut aptus sit semina suo gremio suscipere, suscepta calore suo confovere, ut demum, firmiter actis radicibus, laetas atque uberes segetes, eodem incrementum dante, producat. Nunc autem gravibus distinetur negotiis; sollicitat enim apud Reverendissimum Episcopum Coloniensem [1] ut nostram Societatem in tutelam suam suscipiat, libertatemque concedat libere sua negotia insequendi; et iam bona affulget spes.

Nunc autem ipse ordo postulare videtur ut de studiis fratrum nonnihil attingat. Quomodo autem sese nostra habeant, ultimis litteris satis Tuae Paternitati explicui; quare nunc praeterire statui. Magister Ioannes Ried, coloniensis, antiquam non commutavit habitationem, ut latius T. R. ex ipsius litteris discet. Illud tamen minime silentio involvendum sentio quod ipsius infantes, quos summa dexteritate et vigilanti industria in Bursa nova [2] Christo Iesu parturit, iam etiam P. Leonardum accedunt crebrius ei confessuri, inter quos quidam stemmate nobilis ac naturae dotibus nobilior, qui bonam spem Patri de se excitavit. Adolescens ille (de quo in superioribus litteris P. Leonardus mentionem fecit), qui, nobis minime spectantibus, gratissimus tamen et acceptissimus sese huc ad nos contulerat, feliciter exercitiis colophonem imposuit, tantoque animi fervore, nobis insciis, se totum Deo obtulit in holocaustum suavissimi odoris, ut omnis illi mora longa visa fuerit, nec flammas urentes ferre potuerit. In prima hebdomada sic satis magnam (ut speramus) habuit contritionem, quod et lacrymae interdum fusae testabantur. Nunc animo tranquillo et optimo est magnaque alacritate culinae res procurat, quem P. Leonardus tamquam sollicita nutrix ablactatum a lacte, enutriendum tuae paternae curae offert. Est iuvenis bonae indolis, bene versatus in litteris graecis et politioris litteraturae. Lovanii operam navavit Logicae, iam iam ad Physicam gradum facturus; quare et hic apud nos ei studet, unamque lectio-

---

[1] Adolphus von Schauenburg, Coloniensis Archiepiscopus.

[2] Vide REIFFENBERG, *Historia Soc. Jes. ad Rhenum inferiorem,* lib. III, cap. I.

nem a nobis habet; flagrat enim desiderio principio huius anni tuam paternitatem et fratres ac patres romanos invisendi.

Addixit et se totum nostrae societati alumnus quidam adolescens, magister artium nobiscum eo honoris gradu insignitus, quondam studiorum nostrorum intimus socius, cuius conversionem et tractum utpote qui mirabilis fuerit, latius persequi charitas instigat non studio alicuius iactantiae, sed glorificandi et quodammodo gratificandi tam benigno et liberali Domino, qui nos tantis bonorum cumulis onerat, ut simul R. V. maioribus gaudiis delibutam reddant. Erat hic animo totus aversus a nostra Societate, ne dicam contrarius, cum ei me darem, verum meo exemplo commotus, subito totus commutatus: quid multa? totus deinceps in flammas conversus, insalutatis omnibus, insciis parentibus, incomitatus et in magna aëris intemperie, quippe impatiens morae, 7 iduum Novem. incolumis ad nos ad vexillum Christi advolavit, cuius iter mirum in modum clementissimus Iesus fecundavit. Postridie eius diei exercitia aggreditur. Quid multis moror? In prima dominica Adventus Domini vere benignus Iesus frequentavit eum, siquidem tantum lumen gratiae illum circumfulsit, ut quasi apertis oculis clarissime cerneret miseriam suam, in qua consepultus iacuisset. Et exuto veteri homine, Iesum Christum induit dedicans se totum ei in nostra Societate. O stupendam metamorphosim! O inexhaustam Dei Opt. Max. bonitatem! Venit ad me, o in quanta humilitate! Iucundum sane spectaculum Deo et toti hierarchiae coelesti! expansis brachiis, o quoties me amplectitur, o quanto fervore stringebat pectus meum, o quanta aviditate sancta imprimebat oscula indignis maxillis meis, illud saepius congeminans: o, mi Gerarde, quid referam tibi pro tantis beneficiis, qui mihi occasio fuisti perveniendi ad hanc sanctam Societatem; oh, oh, nunc demum intueor miseriam; donec in gratiarum actionem erupimus simul optimo Iesu *Te Deum laudamus* canentes. Iam vero in incoepto proposito strenue pergit, nihil prius habens quam in omnibus sese submittere, nihilque ardentius desiderans quam humilia officia culinae exercere. Parentes eum per nuntios et blandis technis eum retrahere ac revocare conati sunt. Verum obturatis auribus istas syrenas praeternavigavit, illicoque suboluit dolos quantumvis fucatos.

Brevi quidam Phrysius ad exercitia se venturum certissime constituit de quo et nonnullis aliis optima nos habet spes. Sit nomen dulcissimi Iesu benedictum.

Cum vicinis nostris magna pace fruimur. Omnes nobis multum favent, praesertim D. Abbatissa S. Ursulae, quae non cessat nostras partes tueri, cuius vel hoc argumentum est, quod multum gaudeat venerabile Corpus Domini ex manibus R.di Patris Leonardi accipere, eiusque missam audire. Dominica prima adventus simul cum fratribus in aurea camera [1] communicavit in admiranda humilitate, nullis pedissequis stipata, humi instar pauperculae prostrata. Dignetur humilis Iesus hacce celebri solemnitate in ulnas suas amplecti.

Pestis multum coepit hic Coloniae grassari, praesertim in nostra parochia. Tueatur nos Dominus Christus pro sua bonitate. Interim nos totis praecordiis commendamus flagrantissimis T. P. precibus et purissimis sacrificiis.

Coloniae ipsis calendis Decembris 1552.

Ex commissione R.di patris Leonardi, tuus indignus filius,

GERARDUS BRASSICA DORDRACENSIS.

His addidit manu propria Leonardus Kessel:

R.de Pater: nuncius expectabat et tempus erat ut amicos R.dissimi Epis. nri. accederem; sic non scribo, sed brevi omnia, quomodo successerint scribat *(sic)* ad p. v.

Superscriptio, Gerardi manu, in quarta pagina: R.do patri Ignatio a Loiola, Societatis Iesu antistiti vigilantissimo, Romae.

Alia manu: Colonia 1552, de Gerardo Brassica, primo de decembre.

Est et vestigium sigilli.

---

1 Aurea camera *(Golden Kammer)*. Sic vocatur locus sacris reliquiis destinatus, aliis in locis *Thesaurus* dicitur, in quo reliquiae S. Ursulae Coloniae asservantur. Innumera sociarum ejus ossa, praecipue in superiori chori parte, in parvis aureis capsulis sunt collocata.

CLXXXV

Fr. Antonius Gou
Patri Ignatio de Loyola.
Complutum, 21 Decembris 1552 [1].

IHS

Sacado de una de Ant.º Gou de Alcalá 21 de Diciembre 1552.

Lo que de acá hay que escrebir, despues de la última que escrebí de Medina, es como despues de haber el P.e Doctor [2] predicado algunos sermones en Medina y visitado aquellos Padres y Hermanos nuestros, que allá estan con mucha edificacion de todos y particularmente de todos los Padres y Hermanos, nos partimos para Salamanca, donde llegamos á 27 de Noviembre. Todos aquellos Padres y Hermanos se consolaron en extremo con la vista del P.e, y mucho más con las pláticas spirituales que hizo en casa. Predicó tres sermones en la Iglesia de S.t Martin de mucha doctrina y edificacion, y con muy buen auditorio, y specialmente de studiantes y gente docta; y iba cresciendo tanto el auditorio, que creo que si perseverara más el predicar no habian de caber más en la iglesia. Los Doctores de la Universidad le enviaron á rogar que les predicasse en la Universidad, y por tener determinada su partida para acá no pudo hazerlo. Sperábase muy gran fructo si allí estuviera por algunos dias. El S.or Don Antonio de Córdoba, her-

[1] *Epist. quadrim., 1547-1552.* Apographum, unico folio, n. 200, olim 443.
[2] P. Dr. Antonius de Araoz, Hispaniae Provincialis, quem comitabatur coadjutor frater, Antonius Gou. De hoc vide *Cartas de San Ignacio,* t. v, pag. 40.

mano del Conde de Feria [1], le vino luego á visitar, y continuó despues el visitarle casi cada dia, y se confessó y comulgó dos vezes con el P., y le convidó algunas vezes á comer en su casa: es devotíssimo á la Compañía y tuvo muy particulares pláticas con el Padre. El Doctor Sanxo [2], que tiene lugar de inquisidor, vino tambien á visitar algunas vezes al P., y le convidó á comer en su casa, y trataron muy extensamente las cosas de la Compañía; y con lo que el P. le platicó, quedó muy satisfecho de todo, y vió los exercicios, y quedó muy affectado y con propósito de hazerlos, viniendo el P. Dr. Torres [3], y de escribirse con el P. como á muy familiar amigo.

El fructo que en aquella ciudad se haze por ministerio de los nuestros es mucho, y particularmente en los studiantes, los quales vienen á confessar y comulgarse cada domingo y en las fiestas, tantos que no caben en la capilla, ni bastan todos aquellos Padres, aunque todos se occupen en ello, á confessar todos los que vienen, que muchos, por no poder haber recado, se van á otras partes ó lo dexan. Su modestia y mutacion de vida muestran y dan gran testimonio de lo que el Señor obra en sus almas. Todos parecen unos religiosos; muchos piden la Compañía; empero no se pueden recebir todos por ser el lugar estrecho. De Salamanca partimos á 10 deste para esta villa, y pasamos por Villacastin, y dixeronnos que los regidores del lugar (no obstante que habia venido para predicar aquel dia un Prior de Dominicos) querian venir á rogar al P. que les predicasse; empero por no hazer agravio al Prior, se dexó. Todavia un hombre principal y rico del lugar quiso confessarse con el P.; y aunque no le pudo el P. tratar más del tiempo de la confession, obró el Señor por su bondad mucho en breve tiempo, porque habiendo mucho tiempo que el penitente estaba reñido con un hijo suyo, y le tenia echado de casa, y no bastaban intercessores ni medios para ponerles en paz, que pocos dias habia que dizen habia venido á ese effecto un P. Dominico, y que estudió ocho dias en ello y no pudo acabar con ellos, acabó

---

1 Vide POLANCO, *Chron.*, t. III, pag. 349.

2 Sic; sed sermo est de Doctore Dno. Francisco Sancho, qui anno 1577 ad episcopalem Ercavicae *(Segorbe)* sedem promotus est postquam Inquisitoris officio annis plus triginta Salmanticae functus fuerat. *Biografia eclesiástica,* t. XXV, pag. 872.

3 P. Dr. Michaël de Torres, Salmanticensis Collegii Rector, qui hoc tempore Compostellam et inde in Portugalliam abierat.

el P. con el penitente la reconciliacion con el hijo, y fue contento de le recibir en casa, y assí el P. Doctor imbió el hijo á casa de su padre. Gloria á Dios por todo.

El Sr. D. Hurtimo [1] de Çarauz [2], que sirvió al P. Francisco [3] de diácono ó subdiácono en la missa solemne que dixo en Vergara, nos dixo en Salamanca que el concurso de la gente, que fué presente á la missa, fué tanto, que no la pudo dezir en la iglesia, sino en el campo; y que subian por los árboles y tejados y por las heredades, y que habia más de doze mil personas, y que el P. Francisco solo comulgó de su mano mil y doscientas y cuarenta y tantas almas, estas contadas, y predicó, y despues se fué á comer al hospital, no queriendo posar en casa de ninguno, aunque se le offrescian hartas; sperase muy grandíssimo fructo por toda aquella tierra por su doctrina y exemplo.

De Granada escribieron al P. Doctor Araoz el Obispo de Avila [4], presidente de aquel Reino, y otros rogándole que por el gran fructo que en aquella ciudad se haze por los sermones y exercicios del P. M.e Juan Alvarez y del P. Gonçales, que en ninguna manera les saque de allí [5].

El P. ha mandado ir á Burgos al P. Hernandálvarez [6] de Salamanca, y al Hermano Pozo [7] de Valladolid, para ayudar al P. Estrada.

El Señor nos de á todos su gracia. Amen.

---

1 Sic; et suspicamur esse non nomen sed cognomen.
2 Oppidum in provincia Guipuzcoae.
3 P. Franciscus Borgia.
4 Vide Polanco, *Chron.*, t. ii, pag. 327, an. 1551, n. 331.
5 Vide Polanco, *Chron.*, t. ii, pag. 621, an. 1552, n. 473.
6 Ferdinandus Alvarez del Aguila. Vide supra, t. i, pag. 540, not. 1.
7 Petrus del Pozo, nondum sacerdos. Vide *Cartas de San Ignacio,* t. v, pag. 544, et Polanco, *Chron.*, t. iii, pag. 320.

CLXXXVI

P. Michaël Govierno,
Ex commissione Patris Joannis Baptistae de Barma,
Patri Ignatio Loyola.
Gandia, 29 Decembris 1552 [1].

✝
IHS

Muy Reverendo P.e n.ro en Christo.

La gracia del Señor sea siempre con todos. Amen.

Desde la otra que escribí á V. P. al fin de Agosto [2] hasta esta no habido mudanza notable en la salud corporal de los hermanos, ni ha crescido el número, aunque hartos han desseado y pedido á nuestro Padre que los admitiesse y entre ellos personas nobles y de hartas letras, y no las ha recibido ó ha diferido de recibirlas por no tener todas las partes que eran menester para ser admittidos, conforme al rigor de que ahora usa en examinar y probar los que ha de admittir.

Un solo hermano ha recibido en este tiempo vencido de su mucha humildad y perseverancia, porque habiéndole despedido Nuestro Padre dos veces y habiendo él puesto rogadores para ser admitido, al fin se echó á los pies de nuestro P.e perseverando en pedir hasta que le fué otorgado. Llámase Antiquo Roca [3]; será de hasta 24 años, muy buen subjecto y muy exer-

---

[1] Autographum in vol. *Epist. quadrim., 1547-1552,* duplici in folio, nn. 210 et 211.— Est et in vol. *Epist. quadrim. 1553-54,* latina versio, quam infra dabimus.

[2] Vide supra, t. I, pag. 741, n. CLXVII.

[3] Nomen hoc *Antiquo,* quod in harum litterarum latina versione, quam mox subjiciemus, scriptum est *Antichius* et a POLANCO, *Chron.,* t. II, pag. 661 *antiquus,* opinamur esse debere *Antioco, Antiochus,* quod in insulis Corsica et Sardinia, eo tempore quo hae litterae exarabantur, dicebatur *Antiogo.* Vide in NIEREMBERG, *Varones ilustres de la Compañía de Jesús,* vitam Patris Sylvestri Landini et Patris Petri Spiga.

citado latino y algo griego y muy buen philósopho y mathemático.

Entre otros despidió nuestro Padre dos caballeros principales de Cuenca, que habian venido á hazer los exercicios spirituales, y despues de recebidos [1], el mayor de ellos (que eran hermanos carnales) pidió con mucha instancia y lágrimas que le rescibiesse para los más viles y trabajosos officios que hubiese; y viendo N. P.e por una parte sus grandes desseos y su nobleza, y por otra que, aunque era de perfecta edad, era delicado para passar trabajos y no tenia letras, le despidió por entónces, dándole esperanza de recibirle despues y consolándole con esto.

El Vicario tambien desta villa, que es un doctor theólogo muy buen letrado y predicador, se ha exercitado y salió (segun creemos) con propósito de descargarse poco á poco de los impedimentos y venirse á nuestra Compañía. Quando viniere y le recibieren, daremos á V. P. cuenta.

El dia del S.or San Lucas dixo un hermano nuestro, el de ménos edad, una oracion para incitar los ánimos de los estudiantes al amor y exercicios de las letras, como suele hazerse cada año, y los dos dias siguientes se tuvieron conclusiones generales de lógica, philosophía y theología, y vinieron á ellas el S.or Duque [2] y el S.or Maestre de la Caballería de N.a S.a de Montessa [3] con muchos de sus Comendadores y caballeros, y graduáronse entónces cinco bachilleres y un maestro, y despues comenzaron las liciones de latinidad y artes y theología y griego con el mismo órden y diligencia que hasta allí; y, passado algun tiempo, vino el S.or Maestre de Montessa á N.ro Padre D.or Baptista [4] con desseo de oir artes; y nuestro P.e, concibiendo buena esperanza de aquellos desseos, dió el cargo á un hermano, y les comenzó á leer lógica á él y á sus hermanos, y á algunos de sus comendadores; y, cebado Su Señoría con aquel estudio, pidió á nuestro P. una celda en el dormitorio, y con estos principios se ha estado en nuestro Collegio recogido hasta ahora, quasi sin salir de él, sino es á comer, y á la noche muy

---

1 *despues de recebidos,* hoc est, postquam acceperunt seu fecerunt exercitia.

2 Carolus, V Gandiae Dux et Sancti Francisci Borgia filius.

3 Petrus Ludovicus Galceran de Borja, Sancti Francisci Borgia frater. Vide *Monum. histor. Soc. Jesu,* S. Franciscus Borgia, t. i, pag. 432.

4 P. Joannes Baptista de Barma, Rector Universitatis Gandiensis.

tarde á dormir. Comenzóle luego á agradar el silentio y la quietud del Collegio y dessear y procurar la conversacion con los hermanos, especialmente la de n.ro Padre, cuyas pláticas y sermones lo traen muy suspenso, y se va muchas vezes entre dia y de noche á la celda de n.ro Padre á comunicarle sus negocios. Anda pidiendo á los hermanos la palabra que han de rogar por él al Señor, y hácenlo así los hermanos. Entrasenos algunas vezes en la cozina, edificándose y confundiéndose de ver á n.ro Padre y á los otros, á quien él tiene en mucho, servir á la mesa y fregar y entender en otros officios de humildad; desecha ya aquellas blanduras de almohadas que le traen á la iglesia, y al fin muestra por muchas señales que el Señor va plantando en él de cada dia nuevos y mejores propósitos, especialmente desde este otro dia que le dió el Señor por experiencia á sentir el peligro en que vivimos y quan incierta nos es la hora de la muerte; porque, yéndose él con toda su gente y caballeros en compañía del S.or Duque á una villa de esta comarca (dándonos primero cuenta de su ida y diziendo que luego volveria), estando en la fortaleza de aquella villa, se cayó súbitamente en el suelo como muerto, perdida totalmente la figura de vivo, quedándose tan hecho tierra, que no bastaban siete hombres á levantarlo, con grande terror y dolor del S.or Duque y todos los caballeros y de los criados, que ya comenzaban á cortar las barbas para vestirse de luto; y estuvo allí por muy grande espacio hasta que el S.or, que por su gran misericordia le puso en aquel trance, con la misma misericordia le volvió luego vida, y le restituyó á la sanidad y buen color que ántes tenia. Y ya desde entónces ha comenzado á tener más cuenta con la oracion que con el estudio, y dura en la meditacion de rodillas por espacio de un hora, que no es poca mortificacion para su cuerpo, que no es acostumbrado; y despues de su meditacion se va á n.ro Padre á darle cuenta de lo que ha meditado, y persevera en estos exercicios quedándosenos en casa hasta comer con nosotros en el refitorio, y muéstrase tan humilde con qualquier hermano que paresce el menor de todos. Por lo ménos se ha sacado este fructo de su buena mudanza, que los comendadores y todos sus pajes y criados se han confessado para esta Pascua, que son mucho número, aunque ha ya despedido todos los cantores y menestrilles, que de solos estos nos dizen que tenia diez y ocho.

Espérase tambien otro grandíssimo fructo; que cessarán por su parte unos grandes bandos, que al presente hay en este reino, que tienen divididos los condes y señores y caballeros de este reino en dos partes, y de la una dellas es él el más principal, despues de la cabeza del bando, la qual está tambien muy marchita, viendo lo que el Señor obra, y cómo muda las cosas segun su sancta voluntad mortificando los vivos y vivificando los muertos [1]. Gloria al Señor de todo.

N.ro P. Doctor Baptista ha predicado comunmente todos los domingos y fiestas algunos sermones en el Collegio; pero los más en la Seu [2], siguiéndole con mucha devocion, y de cada dia con mayor, todos del pueblo, y los señores, y tambien todos los ecclesiásticos; porque cierto, de poco tiempo aquá, parece que ha recebido del Señor un tan grande don para predicar entre españoles, que, diziendo muy claramente á todos las verdades, las dice con tal gracia y efficacia y con tanto sabor de los oyentes que, no dexándolos airados, sino contentos, los dexa sentidos en el corazon; y con esto se siguen en todos los estados tanta reformacion y conformidad entre todos, y tan gran frequencia en recebir los Sacramentos y apartarse de los vicios, especialmente de juegos y murmuraciones, que tenian destruido este pueblo, que ellos mismos se maravillan de ver la gran mudanza que hay en tan poco tiempo, viendo que los que más nos perseguian y ménos caso hazian de los sermones de N.ro P., aquellos nos muestran ahora más amor y le oyen con mejor gana, lo qual todo ha ido siempre en augmento desde que el Señor Obispo [3], que vino á visitar esta villa, nos mostró el amor que nos tiene en el Señor, viniéndose al Collegio á visitarnos y confirmar en nuestra iglesia, y pidiendo á nuestro P. predicase en la Seu el domingo, que dezia missa de Pontifical; y assí, desde aquel sermon, comenzaron todos á cobrarle affición, y cessaron las murmuraciones, y se convirtieron en grandes alabanzas, y de cada dia en mayores gracias al Señor por mercedes tan grandes; porque, aunque para nosotros era mejor estado ser murmurados, pero era con grande detrimento de la salud espiritual de nues-

---

[1] De his vide opus supra cit. *S. Franciscus Borgia*, t. I, part. I, pag. 432 et seq.

[2] Vide supra, t. I, pag. 742, not. 1.

[3] Hunc opinamur fuisse Joannem Segrian, Valentini Archiepiscopi suffraganeum seu potius coadjutorem. Vide supra, t. I, pag. 664.

tros próximos, y aun de la corporal segun paresce; porque ántes la adversidad del tiempo que les hazia les destruia las haciendas, y ahora tienen el tiempo tan concertado de agua y sol y frio y templanza, todo á sus tiempos, que no lo saben pedir mejor, y les es assí bien necessario por haber mucha gente pobre. El Señor augmente de cada dia las mercedes segun su bondad y poder.

Para estas fiestas de Navidad escribió la Condessa de Cocentayna [1] á nuestro P. fuesse á predicar en aquella villa y por haberle ya tomado la palabra los de aquí de Gandía, no pudo ir. Hay allí muchos que perseveran en la frequentacion de los Sacramentos, desde que N.ro P. passó por allí y predicó en una peregrinacion, y dexó allí á un buen sacerdote el cargo de sollicitarlos; y la Sra. Condessa haze lo mismo con palabra y exemplo, y N.ro P. les ayuda con cartas, que los animan mucho por serles muy acceptas.

Ya comienzan en esta villa á sentir la falta que les hará N.ro Padre esta quaresma, porque ha de ir á predicar á un gran pueblo, que está aquí cerca, como en la otra escribimos; y, pesándoles mucho, proponen que no le dexarán ir otra quaresma, procurando tomarle con tiempo.

Allende de los comunes exercicios del estudio, oracion, exámenes y capelos, procura siempre N.ro Padre de mezclar entre nuestros exercicios algunos actos de mortificacion de propia voluntad y juizio, proponiéndonos un mes una cosa ó otra, en que nos exercitemos cada dia; y el domingo primero del Adviento, ayuntados todos los hermanos, diziendo cada uno un aparejo, que le parescia debiamos hazer por todo el Adviento para que nasciesse el Señor en nuestras ánimas, colligió nuestro Padre de lo que todos dixeron, que hiziésemos cada dia cinco mortificationes de voluntad y cinco genuflexiones, procurássemos con mayor diligencia andar siempre en la presencia del Señor, sospirando por él algunas vezes, y que diessen la obediencia un hermano á otro, cada uno al que le fuesse assignado, por tres dias, y por otros tres hiziessen lo mismo la

---

[1] Domina Beatrix de Mendoza, illius Bernardini de Mendoza filia, qui apud Imperatorem et Neapoli et in Sicilia Societatis partes strenue egit. Vide *Cartas de San Ignacio,* passim, sed praesertim t. v et vi.

otra mitad que habian sido superiores. Esto es lo que hallo de nuestra salud y exercicios para escribir á V. P.

El Señor nos dé á todos su sanctíssimo amor y temor. Amen.

De Gandía á 29 de Deziembre de 1552.

De V. P. indigníssimo siervo en el S.or

Por mandado de N.ro Padre D.or Baptista,

Govierno. †

Superscriptio. IHS. Al muy R.do Padre N.ro en Christo el P.e M. Ignacio de Loyola Prepósito General de la Compañía de Jesus en Roma.

Alia manu: Q. Gandía. 52. 29 Diciembre.

Praecedentium Michaëlis Govierno litterarum latina versio [1].

Gratia et pax etc.

Ex eo tempore, quo pridie calendarum Septembris scripsimus de fratrum salute, eorum numerus non crevit; permulti tamen extitere, qui anxie desiderarunt et a nostro P. petierunt ut in nostram religionem reciperentur. Taceo insignes viros et variae eruditionis, qui quod dotibus omnibus necessariis non essent insigniti, nostri Patris judicio nunquam fuere admissi. Solum quemdam fratrem P.r admisit victus quidem illius simplicitate et constantia; nam cum bis P.r ab eo se expedivisset et multis pro eo laborantibus se excusavisset, ad

[1] In vol. *Epist. quadrim.*, *1553-54*, folio duplici, nn. 495 et 496.—Vide etiam supra, t. I, pág. 6, quae de his latinis versionibus lectorem monuimus.

genua tandem Patris supplex devenit, cujus importunitati resisti non potuit; vocatur Antichius Rocha, firmissima corporis habitudine, vigesimum quartum annum attingens, in latina lingua non parum, in graecis nonnihil, in philosophicis et mathematicis satis exercitatus.

Duo equites Conchenses et quidem claro sanguine nati, germani fratres, ad hoc nostrum Gandiense oppidum se contulerant, ut possent in spiritualibus meditationibus sub P.e exerceri; majorem natu movit desiderium ingrediendi Religionem et sollicite cum lachrymis petivit ut admitteretur: non sibi quietum in religione optabat otium sed in duris et laboriosis operibus vitam agere exoptabat: et quamvis ad perfectam devenisset aetatem, erat tamen teneris ac delicatis membris et minime labori aptis, quodque majus est, litteras ne viderat quidem. Hinc nata est occasio Patri repudiandi eum, injecta tamen in futurum spe aliqua; sic tristis et lachrymabundus abiit, adeo ut nos etiam in lachrymas commoverit. Vicarius hujus oppidi, Doctor in theologicis disciplinis, inter litteratos minime contemnendus, concionator perelegans, etiam sub P. se exercuit, qui (ut credimus) decrevit pedetentim a curis, in quibus est involutus, se explicare et postea nostrae se mancipare religioni; quicquid contigerit, per meas litteras scies.

Habuit latinam orationem ad populum in festo Divi Lucae (ut solet singulis annis fieri) unus ex nostris fratribus natu minimus cum summo omnium, qui aderant, applausu, ad excitanda adolescentum ingenia in otio marcescentia. Oppugnatae deinde sunt Logicae, Philosophicae ac Theologicae Theses publice, praesente quidem illustri virorum corona. Illustrissimus namque Dux aderat et perquam venerandus militaris Religionis Monteziae praefectus, Ducis patruus; aderant et ejus ordinis milites *(Commendatores* vocant) permulti equitesque alii et viri nobiles: accesserant et consules et de plebe plurimi. Ad gradus Bacchalaureatus vel magisterii aliqui ex fratribus promoti sunt. Deinceps coeptum est in scholis latine graeceque interpretari atque artium et theologiae studia, ut solebant antea, tractari. Venit post aliquot dies Illustrissimus ille praefectus, cujus memini superius, venit (inquam) ad nostrum Patrem Baptistam cum summo audiendi liberales artes desiderio:

concepit quidem magnam Pater tanti desiderii expectationem, delegavitque curam uni ex fratribus, qui canones et rudimenta logices praefecto, ac ejus fratribus, necnon aliquibus Religionis commendatoribus explicat. Quam magna et mirabilia sunt opera Dei! allectus paulatim spiritualis pacis dulcedine vir Illustrissimus, in dormitorio cubiculum a Patre petivit, in quo posset se interdiu recipere illicque diligenter literis dare operam. Bone Deus, quam elegans occasio colendi Christum! semper in cubiculo se continet: ad prandium et ad coenam solum proficiscitur domum. Illi silentium placet, Collegii quies est jucunda, grata omnium fratrum consuetudo et praecipue P. nostri, cujus quidem consuetudine delectatur et concionibus veluti suspensus tenetur. Saepenumero nocte ac die ad Patrem venit, ei sua negotia aperit, fratres vocat ac orat ut sui in orationibus recordentur. Jam pulvinos in templo sericos repudiat, jam gemmas et clavos aureos contemnit, jam venationes et concursus equorum parvipendit, multaque alia signa ostendit, ex quibus quid interius Deus in eo operetur licet colligere. Audi jam (quaeso) quid illi superioribus diebus contigerit. Cum fuisset profectus simul cum Duce ac magno equitum agmine ad quoddam confine oppidum, animi (ut arbitror) [relaxandi] gratia, in arce illius oppidi in terram subito cecidit: quid dixi subito? imo fere mortuus a nativoque colore mutatus et pallidus sine sanguine jacuit; cadaveris illi facies, corpus proprii elementi erat mutatum, vix septem homines ad stratas culcitras asportare potuerunt: ululabant intus clamoribus palatia, Dux lugebat, fratres illius sibi comam ac barbam evellebant, haerebant columnis ac postibus famuli, cognati ultro citroque exangues et perturbati currebant, lugubres jam parabantur vestes, sed tandem misericordia Domini pristinum colorem et corporis eamdem quam prius habitudinem recuperavit. Ex eo tempore contemplationi se dedit magis quam studio et meditatur ac orat flexis genibus reverenter: quid meditatus fuerit, quid senserit, quidve eum agitaverit, postea aperit P.i: coenationem ingreditur et nobiscum gaudet discumbere. Demum haec anima, sine lege antea vivens, est recuperata.

Festis Natalitiis commendatores omnes ac ejus famuli (turba quidem satis copiosa) confessi sunt de peccatis, missos fecit choraulas et musicos, qui illius animum cantu et dulci armo-

nia prius oblectabant, quos numero decem et octo extitisse nobis fuit relatum. Speramus sedanda etiam esse bella intestina, quae totum hoc regnum divisum tenebant in duas factiones; hic caput hujus orti erat dissidii cum alio Illustrissimo viro, qui etiam quam sit mutatus mirare, et quantum de ira abjecerit. Quam potens est Dominus, qui vivos mortem facit sentire et mortuos reviviscere!

Noster P. Baptista saepius in Collegio diebus dominicis ac festis ad populum concionatur et aliquando in summo templo cum tanta hominum et virorum illustrium ac sacerdotum admiratione ut plenis undique viis ad eum eatur. Hunc solem lunamque faciunt summisque laudibus (quamvis in pulpito eos acriter reprehendat) super astra ferunt. Mirarere si hominum frequentiam in sumendo Divinissimo corporis Christi Sacramento cerneres, si a ludo hominum semotos animos, si sopitas detractiones, si totum hujus reipublicae statum quietum, si nostrae religionis persecutores, jam tandem fautores factos. Unde quaeso haec metamorphosis et tam magna mutatio? Audies. P. Baptista rogatus ab Episcopo in templo maximo est concionatus, cum Episcopus cum summa pompa sacrum faceret; hinc coeptum est hominum odium deponi, hinc detractores proclive ingenium ad maledicendum mutarunt, hinc ludi propter Christum odio sunt habiti; coeli ac temporis injuria, quae antea hominum mentes perturbatas tenebat, in tranquillissimam aëris temperiem est mutata; mirantur plebeji homines, mirantur orphani, mirantur denique pauperes tantam gratiam tam subito de coelo delapsam.

Sed ad alia pergamus. Mulier, Concentaynae Comes, ad P. Baptistam epistolam festis Natalitiis scripsit ut eo concionatum se conferret, verum maluit Gandiensi populo stare promissis. Sunt etiam et Concentaynae permulti qui alacri animo ad divinissimum corporis Christi Sacramentum accedunt. Pater noster cum eo peregrinus se contulisset, concionibus suspensas illorum mentes reliquit. Sentiunt jam Gandienses Patris discessum tempore proximae quadragesimae, qui ad quoddam vicinum oppidum, frequens quidem et numerosum, concionari decrevit.

Vale in Christo, nostrae religionis praeses et auctor, et, ut consuevisti, filios hos indignos Deo commenda.

Ex nostro Gandiensi Collegio, 4 Calendas Januarias 1553.
Paternitatis tuae servus in Christo indignissimus.
Ex commissione P. nostri Doctoris Baptistae,

Govierno.

Abscissa maxima parte postremi folii, desideratur superscriptio. Inveniuntur tamen haec pauca alia manu scripta: 1553, quad. Gandia, Januar.

Et paulo inferius: Januarii.

CLXXXVII

P. Joannes Gamero
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 29 Decembris 1552 [1].

†
IHS

Muy R.do padre en Christo. Pax Christi sit in cordibus nostris perpetuo.

Por la carta de los quatro meses pasados [2] hezimos saber á Vra. paternidad cómo el padre maestro Jerónimo Domenech se partió de aquí para Barcelona (segun que la obediencia se lo mandaba) á veinte y quatro del mes de agosto; y dexó el cargo á mí hasta que ntro. padre el doctor Araoz proveiese. Hízome ordenar de misa (porque de evangelio yo me avia or-

---

[1] Autographum in vol. *Epist. mixtae, 1551-52,* duplici in folio, n. 231.
[2] Vide supra, t. I, pag. 736, n. CLXVI.

denado en el mundo, en el tiempo de mi desórden) el dia de San Bartolomé. Dixe misa el primero domingo de setiembre en nuestra yglesia, y predicó el padre Baptista [1], rector del collegio de Gandía. Ubo gran auditorio y muy honrrado, y creo que se aprovecharon del sermon. Gloria al Señor de todo. Pocos dias despues de la ida del p.e Domenech (cuya absencia sintieron mucho sus hijos y hijas en Christo) llegó nuestro padre maestro Simon [2] á Barcelona y estuvo allí hasta el segundo dia de noviembre, que se partió para aquí, do llegó á nueve del dicho: y estuvo hasta dezisiete de diziembre, que se partió para tener la navidad en Alcalá de Henares. El tiempo que estuvo le fatigaron mucho sus enfermedades, de manera que aun visitar no podia: y por esto se determinó en nos dexar huérfanos y se ir. El alegría y consolacion, que su venida causó en los de casa y los de fuera, parézeme que seria superfluo explicarla, pues fácilmente la podrá cada uno conoscer: y ansí mesmo la tristeza y desconsolacion de su ausencia. Estas mudanzas, muy reverendo padre, an sido causa que estas ovejas de V. p.ad hayan tenido, en lugar de buen pastor, muy ruin mercenario [3]. El Señor por su bondad se le envie tal, qual les conviene. Amen. Amen.

El número de los que frequentan la confesion y comunion, así en casa como en otras yglesias y monesterios, crece siempre y se aprovechan en el espíritu. En el monesterio de los padres de Santo Domingo ha predicado uno dellos, docto y de buen exemplo, las fiestas despues de comer, con gran auditorio: y en casa se ha hecho lo mismo, donde viene tambien mucha gente. El Señor sea en todo glorificado.

Un mancebo de hasta 23 años, que a ya acabado el curso de artes y philosophía, á quien el señor arzobispo [4] queria dar el cargo del collegio que ha hecho, se a determinado para la Compañía. Es docto y de buen juizio. Otros creo avrian entrado si ubiese disposicion para los admitir. De otro, que se partió para Portugal, no scrivo por no saber cosa cierta dél

---

1 P. Joannes Baptista de Barma.
2 P. Simon Rodriguez.
3 Fuerat his mensibus domus Valentinae Superior, dum aberat, Gandiam profectus, P. Barma, ipse harum litterarum scriptor, Joannes Gamero.
4 S. Thomas de Villanueva.

despues que se fué. El padre Lozano [1] y el hermano Marcelo [2] an acabado agora la philosophía: pienso que entrarán presto en la theología.

No tengo al presente otra cosa que hazer saber á V. p.ad Todos estamos buenos de salud corporal, con gran deseo que V. paternidad pida al Señor nos dé la del ánima. Yo me desocupo lo que puedo para oir mis liciones de theología. El Señor dé á V. p.ad muchas y muy buenas pascuas, segun los hijos y siervos de V. p.ad lo an menester.

De Valencia 29 de Deciembre: año 1552.

De Vra. P.ad indigníssimo siervo en Christo.

† Gamero. †

Superscriptio. IHS. Al muy R.do en X.o padre el p.e maestro Ignacio de Loyola, prepósito general de la Compañía de IHS. en Roma.

Alia manu: 1552. Valencia. De Gamero 29 di Xbre.

---

[1] P. Alphonsus Lozano.
[2] Marcellus de Salazar.

CLXXXVIII

P. Petrus Sevillano
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 30 Decembris 1552 [1].

IHS

La gra. y paz de Jesu X.° nro. S.or sea siempre en el continuo favor y aiuda de V. P.

Pues en la pasada di más larga quenta acerca de las particulares, en esta diré lo que Dios nro. S.or se a dignado obrar por estos sus hijos despues de la larga que á V. P. se escrevió estando yo en portugal, de donde, quando di la vuelta, hallé muy movida esta villa con los nuevamente recibidos en esta casa, así por ser tantos en número, como por ser hijos de mercaderes ricos y tan grandemente mudados en tan poco tiempo; y es así que no sólo á los de fuera tienen edificados, mas á los de casa nos tienen muy confundidos con verlos tan aprovechados en todo género de mortificacion. Asimesmo ay mercaderes muy aprovechados en los trages, juegos y juramentos; y en todo esto y en sus tratos tan enmendados, que admira mucho á los que los an visto en sus tratos y en los demas vicios tan sin freno, verlos aora tan corregidos en todo y ocupados en muchas obras de misericordia, tiniendo tanta quenta con sus conciencias, edifícanse mucho. Hablávase al principio desta

[1] In vol. *Epist. Mixtae, 1551-52,* tota autographa, duplici fol. sub nn. 200 et 201.— Eadem fere continent ac eae ejusdem Sevillano, quas supra dedimus in hoc t. II, pag. 60, n. CLXXXIII.

feria de Otubre en el provecho que avia en esto, y dezian los que venian á la feria unos con otros: Mudada está Medina.

Atendemos tambien á confessar en los ospitales y cárceles y ayudar á morir y á las demas obras á que nos llaman en la villa, y aun en los lugares á ella cercanos, en los quales an predicado algunos sermones, los quales, juntamente con la cofradía de los juramentos [1], an recevido con mucha devocion, y muéstranla bien los que aquí se vienen á confesar desde sus lugares, movidos por los sermones que han oido de los padres de casa. Mas tenemos por cierto que al demonio nuestro adversario le aya esto mucho enojado, pues tanto a procurado impedirnos por diversas vías, y en especial porque en medio deste fruto y edificacion a tratado el S.^{or} abbad de Medina de impedir que ninguno desta nuestra casa fuese osado á confesar ni predicar sin que primero le examinase él y le diese para ello licencia. Y fué así que el dia de Sant Martin deste mes pasado fueron dos padres de casa á informar al S.^{or} abbad de cómo despues que aquí estábamos, siempre hemos querido informar á su Señoría de nuestro instituto y bulas de su Santidad, las quales avia ya él visto, y nosotros usado dellas con su bendicion; mas el señor abbad no quiso oir nada desto. Mas á toda furia empezó á llamallos de ladrones, engañadores y otros vocablos semejantes á estos. A lo qual todo solamente le respondió uno de los padres nuestros, que fuese servido su S.^{ría} de oyllos. Sólo por esta palabra, si el Señor no le tuviera un palo con que á toda furia descargaria sobre el padre que le habló, uvieran más padecido; aunque todavia mandó llamar á sus criados que asiesen dellos y los metiesen en la cárcel y cepo. Estuvieron en la cárcel desde la mañana hasta la tarde que los soltó, sin corregirles de otra cosa alguna más de que no predicasen y confesasen sin su licencia; y que no habia de parar hasta echarnos á todos de Medina. Con permanecer, segun entendemos, en este parecer, no parece que el Señor le da licencia para impedirnos, pues predican y confiesan todos los de casa con su beneplácito y con muy mayor fruto de cada dia. Dízennos que el Señor abbad está yrritado de algunas perso-

---

[1] Id est, confraternitas, quam *nominis Dei* vocabant, ad juramenta coërcenda. Sic Polancus, *Chronic. Societ Jesu*, tom. II, pag. 628.

nas, las quales nos señalan; mas no damos crédito á ello, por ser tales, que su profesion va muy lexos de sospechar tal cosa dellas, ni creello, aunque tanto nos lo afirmen los que dizen que lo saben cierto.

Assimismo esta pasqua de navidad hablando un Padre de la orden de S. Francisco, que se dice Valderrábano, sobre el perseguir Herodes al niño Jesus, dixo que, aunque havia muchos que le perseguian aora por diversas vias, mas que unos andavan aquí aora con las caras amarillas que interiormente le perseguian; y que así lo sentia él; y otras cosas sentia tambien que no las queria dezir. Mas díxoles, procediendo en su sermon con muy grande fervor, que se guardasen por amor de Dios destas cosas nuevas y se llegasen á las Religiones antiguas y aprobadas. Es mucho para alabar al Señor ver tanto animados á todos los padres y hermanos (con estas cosas), que no parece sino que se hacen alarde y se ofrecen á dar muy de corazon diez mil vidas, si las tuviesen, en servicio del niño Jesús; y en señal desto dieron aquel dia muchas misas y otras devociones. El Señor por su gran bondad las acepte, y por su pasion sacratíssima se compadezca de las murmuraciones y amaritud, que en las almas de muchos resulta de estas cosas, y á V. P. nos guarde muchos años para que, debaxo de la vandera de la cruz, que V. P. lleva aora tan levantada por la misericordia del Señor, crie muchos hijos, tales, que respondan á los deseos de de V. P., pues son á mayor gloria divina.

Todos los padres y hermanos, gloria sea al Señor, están buenos y van mucho aprovechando *in utroque homine*.

De Medina del Campo 30 de Diziembre 1552.

El inútil y menor hijo y siervo de V. P.

† PEDRO SEVILLANO.

Superscriptio.—IHS. Al muy R.do en X.o padre el padre M.o Ignacio prepósito general de la compañía de Jesús en sancta María del estrada, en Roma.

Alia manu: 1552. Medina del campo, del P.e Sevillano.

CLXXXIX

Theodorus Peltanus,
Ex commissione Patris Andreae de Oviedo,
Patri Ignatio de Loyola.
Neapoli, 31 Decembris 1552 [1].

Neapolis [2].

Gratia et pax Domini Nostri Iesu Christi sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Superiorum mensium rationem reddituri, R.de in C.to P. illud in primis memorandum venit, quamdam mulierem, quae salutis suae diffidentia ex edito quodam loco praecipitem sese dederat ac vultum suis sibi unguibus conciderat, denique quae omnibus modis suam sibi vitam abrumpere furiose ardebat, ab immanibus istis furiis opera Dei ac R.di P. nostri Andreae [3] sedatam esse adeoque mutatam, ut non modo cibum sumeret, sed et peccatorum suorum sarcinam per confessionis Sacramentum deponere ardentissime desideraret, quod consequuta usque adeo efficaciter ignitis illis Spiritus sancti telis sauciata fuit, ut in singulas hebdomadas confiteri firmissime statueret. Praeterea ab eodem P. Andrea cuiusdam haeretici confessione audita, Dominus eum non solum ad sanam mentem, sed etiam ad summam errorum suorum detestationem reduxit. Ad haec uterque [4] Pater quorumdam infirmorum confessiones foris audiverunt; eosdem sacrosancto Eucharistiae Sacra-

---

[1] *Epist. quadrim., 1553-1554.* Apographum unico, fol. 123.
[2] Verbum hoc superscripsit Polancus.
[3] P. Andreas de Oviedo.
[4] Scil. P. Nicolaus Bobadilla et P. Andreas de Oviedo.

mento corroborarunt. Nonnulli etiam ex fratribus morienti mulieri non sine multo fructu adfuerunt. Plurimi item, pietati et christianae religioni caeteris plus dediti, diebus dominicis et praecipue feriis solemnioribus sacratissimam, ante peccata sua confessi, Domini mensam accedunt. Plures etiam generalem totius vitae suae confessionem protulerunt. Aliqui item exercitiorum nostrorum palaestra sese exercuerunt. Insuper praeter tres nuper Romam missos adolescentes [1], quartus adhuc quidem bonae spei iuvenis hic nobis adiunctus est; de nonnullis etiam aliis non exiguam spem concepimus. P. Andreas foeminis, quas vulgo conversas vocant, aliquoties concionatus est: idem in hospitali incurabilium sigillatim viros ac mulieres ibidem decumbentes, saepiuscule habita concione, ad patientiam fortiter animavit. Praeterea in Adventu in sacello nostro concionatus est: diebus veneris more solito doctrinam christianam legit. Lectionem psalmorum, quam in aestate incoeperat, prosecutus est usque dum R.us P. noster Salmeron [2] huc appelleret, qui huic succedens incoepit sermonem Domini in Monte interpretari. Porro, quanto auditorum applausu ac frequentia quantaque authoritate atque gratia in ea lectione versetur, multis hic persequi non attinet; hoc unum tamen dico universos a minimo usque ad maximum legentem admirari, et sane, quod mirum est, dexteritate, qua in suggestu apud populum versatur, eadem aut etiam maiori inter nos agit, omnia mira quadam industria ac sapientia ponderans, disponens moderansque; sed aut mea me fallit opinio, aut non indiget nostra commendatione: nam qualis vir in rebus gerendis sit, satis compertum est. Lectiones nostras ad calendas Novembris resumpsimus, quibus tres orationes praemissae sunt, quarum unam Mag. Nicolaus [3], alteram Mag. Leonardus [4], ultimam quidam e discipulis Nicolai pronunciarunt. In his, copioso satis discipulorum numero, verum fructu, ut spero, uberiori, versamur. Patres et fratres, omnes quindecim numero, bene valent, quorum nomina haec sunt: P. Salmeron,

---

[1] Horum unus fuit Michaël Vignes, Hieronymi frater. POLANCO, *Chron.*, t. II, pag. 524, ann. 1552, n. 267.

[2] P. Alphonsus Salmeron, qui Neapolim Roma juxta medium Octobrem venerat. *Ibid.*, pag. 526, n. 272.

[3] Paradensis.

[4] Parmensis.

P. Andreas, Nicolaus Paredensis, Leonardus Parmensis, Ioannes Franciscus Heraldus, Ioannes Antonius Bononiensis, Laurentius Florentinus, Nicolaus Flander, Hieronymus Senensis, Hieronymus Siculus, Alvarus Hispanus et Mag. Theodorus Peltanus.

Praeter hos adhuc duo alii nobiscum degunt, quorum unus Procurator domesticus est [1], alter vero in probatione, nomine Ioannes Antonius di Mauro, Neapolitanus, qui se Societati dedit.

Mag. Bobadilla in ditione ducis Montis Leonis agit, et, ut intelligimus, magna cum aedificatione et animarum profectu loca illa perlustravit, ac bene valet.

Nihil aliud quam quod omnes orationibus Paternitatis Vestrae nos plurimum commendatos cupimus.

Vale. Neapoli, pridie cal. Ianuarii 1553.

R.dae P.tis V.rae

Ex commissione Superioris
filius in C.to,

THEODORUS PELTANUS.

---

[1] Joannes Nicolaus (Giannicolò) Petrella. Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pagina 169.

CXC

P. Joannes de Valderrábano
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 1 Januarii 1553 [1].

IESUS

Reverende P. in Iesu Christo Domino nostro.

Gratia et pax Christi.

Non pauca dignatus est Dominus his quatuor mensibus hic per ministros Societatis operari, ex quibus nonnulla quae occurrerint breviter attingam. Adolescens quidam, qui antea valde profusus erat ac vanitatibus irretitus, postquam incoepit domi nostrae confiteri (quod prius aegre semel in anno tepidus exequebatur) gratia Domini refectus, in omnibus festis praecipuis uniuscuiusque mensis, confessionis Sacramentum suscipit. Quod si in aliquo illorum per occupationes praepeditur, statim accedit lacrimans, et negligentiae praeteritae veniam petens: interim in moribus et vita circumspectior et melior effectus.

Multi vitam suam in melius commutare desiderantes instinctu Domini ad nos accedunt, ad suscipienda praeparati quaecumque censebuntur iniungenda; qui quidem in moribus sunt reformati, quos prius a se repellere non speraverant, et iam caecitatem suam, qua ferebantur in praeceps, perspecta veritate, demirantur. In Natali Domini nostri 300 homines circiter confessi sunt, deprehensusque est in illis per gratiam divinam non

---

[1] *Epist. Quadrim., 1553-54,* apographum unico folio sub n. 381. Est etiam in eodem vol. italica versio, quam more nostro hic supponemus.

contemnendus profectus : siquidem nonnulli, qui reprehendendam in coniugio ac etiam in divortio vitam ducebant, in bonum statum divinitus instaurati sese receperunt. Alii a concubinis se extricarunt. Porro mulieres quaedam a damnabili statu per Domini fortitudinem emerserunt; inter quas uni praecipue (quae meretriciam vivebat vitam) per vitiorum tenebras vaganti, sic Dominus illuxit, ut vehementer malum illud perosa ac abominata, nollet unquam nisi ad illud deflendum suae memoriae in posterum offerri.

Confessiones etiam pro consuetudine octavis et quintisdecimis quibusque diebus magnum incrementum susceperunt et in dies augebuntur. Concedat nobis Dominus fervore charitatis inundari iugiter. Amen.

Insuper xenodochiorum et custodiarum exercitia non intermittuntur, quinimò modo nata voluntate suscipiuntur, et cognoscitur nequaquam perdi operam; idque satis intelligitur ex commodo quod illis advenit animabus haud vulgari, nam ad vitae diriguntur emendationem, et morbi donum, quod a Domino percipiunt, grata mente amplectuntur.

Aliqui etiam ex ignotis [1] invisuntur domi suae, qui sese committentes voluntati Domini, nil aliud asserunt se velle praeter Patris nostri [2] praesentiam, ut hora mortis consolatione ab eo accepta refocillentur. Magnus enim est amor, quo diligitur ab omnibus.

Est praeterea in hoc oppido litteratorum in omnibus scientiis insigne collegium [3]. Rector ac alii nonnulli domi confitentur: ex quibus theologus quidam promotus, superioribus diebus exercitia poposcit, expetens erudiri ad puriorem Domini cultum. Nobis autem domesticis occupationibus valde praepeditis et exorta Patris infirmitate non potuerunt illi proponi; missus tamen fuit ad aliam Societatis domum, ut desiderii compos fieret, qui, Domino propitio, uberem reportabit utilitatem.

Invisunt etiam hanc domum aliqui religiosi, qui exercitia

---

[1] Sic; sed librarii mendum est pro *aegrotis,* ut patet ex italica versione infra subjicienda.

[2] P. Joannes Gonzalez, qui caeteris Vallisoleti praeerat.

[3] Collegium majus *de Santa Cruz.* "Los Colegiales posesionados fueron 20: de ellos seis teólogos, nueve canonistas, tres médicos y dos capellanes.„ *Historia de las Universidades, Colegios y demás establecimientos de Enseñanza en España,* por D. Vicente de la Fuente, t. II, pag. 22.

meditati sunt, viri docti et nominis in religione sua, laetanturque in audiendis Societatis rebus, eidemque, in quibus possunt, libenter praesto sunt.

Qui demum hic manemus sumus ex alia epistola noti. Valemus, de quo Domino gratias agimus, reliqui; solus P. aegrotat: omnes occupationibus satis abundamus.

Vallisoleti, kalend. Januarii 1553.

Indignus P. V. filius,

VALDE RAVANUS.

Praecedentium Patris Joannis de Valderrabano litterarum italica versio [1].

IHS

Gratia et pax, etc.

Molte cose (R.do in Chr.o P.) si ha dignato il Signore nostro operar' in questi 4 mesi per li ministri di questa sua minima Compagnia, a gloria di sua M.tà et confusion nostra.

Un giovane che soleva molto esser' dato alle vanità et lascivie del mondo, adesso per gra. del S.r s' è confessato (qual non soleva spesso confessarsi); adesso se confessa ogni festa principale et quando mancassi qualche volta, vene piangendo a dimandar' perdono a n.ro S.r della negligentia passata, non senza edification' nostra.

Molte persone desiderano mutar' sua vita in meglio, venendo in nostra casa accio se li imponga qualche cosa per esseguirla et stanno molto riformati nei boni costumi, et admirati della cecità che inanzi stavano, laudando et iubilando al S.r

Il dì della natività del S.r se son' confessati 300 persone poco più o meno, onde non pochi s' hanno mirabilmente aggiutati; spetialmente quelli quali vivevano mal maritati et apartati, si

---

[1] Folio unico, n. 380.

sono riformati et ricolti. Et altri han lasciate le concubine; similmente donne in mal stato convertite in buono, massime una, ch' era publica, in tal maniera si riformò con la divina gratia, che aborrisce tanto quel vitio che non vorrebbe li venessi in memoria se non per pianger'.

Le confessioni ordinarie di 8 et 15 dì molto s' hanno augmentato et ogni dì augmentano.

Similmente li soliti exercitii dell' hospitali et carceri non mancano, anzi pare che di continuo con nuovo fervor' cominciano et si sente notabil frutto nell' anime trattandosi di emendar' la vita con conoscimento del benefitio che per le infermitadi il S.r li fa.

Anchor' si è fatta la visita ad alcuni infermi del populo, et disponendoli con la gratia del Sig.r a far' la sua s.ta volontà, et dicono che non vorrebono altra consolatione se non che N. P. al tempo di loro morte si trovassi presente per il grande amor' che in Christo li portano.

Vi è in questa villa un Collegio che insegna de tutte facultadi et il Rector' et altri si confessano in casa, delli quali un theologo graduato domandò instantemente li essercitii desiderando disponersi nel servitio del S.r et non se li possendo compiacer' qua per le molte occupationi di casa, fu mandato in un' altra casa della Compagnia per farli.

Alcuni relligiosi che hanno fatto li exercitii, persone dotte et di qualità, ci vengono a visitar' congratulandosi con noi del ben' che 'l S.r opera in questa minima sua Compagnia, la quale in tutto quello che possono la favoriscono.

Questo è quel che per il presente mi occorre, ancorche molte altre cose ha operato il S.r, et per non io saperle tutte non si scrivono rimettendomi a quello più scrivirà nostro P. in Christo, quando stia meglio.

De Valladolit p.° di Jen.° 1553.

Indignus filius P. T.,

Valderavano.

CXCI

Melchior Cotta,
Ex commissione Patris Emmanuelis Godinho,
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 2 Januarii 1553 [1].

IHS

Muy R.do P.e

La suma graçia, paz y amor de Ch.ro N.ro Señor sea siempre en nuestras almas. Amen.

Para cumplir con la santa obediençia, escriviré en esta algo de lo mucho que nuestro Señor se ha dignado obrar en estos quatro meses por los de su santa Compañía acá en estas partes. En el fin de agosto escriví lo que pareçia podria dar materia de loar al Señor author y hazedor de todo bien [2]. Despues acá tiene Dios mostrado con tanta evidencia el amor grande que tiene á esta santa Compañía que no sé yo qué lengua ó con qué palavras se pueda explicar.

Quanto á lo del Collegio y aprovechamiento spiritual de los hermanos, así en los exerçiçios acostumbrados, como en otros que se añadieron y creçen cada dia, no creo se puede crer si no se ve, y ansí los que ántes conocian el Collegio, *etiam* personas de fuera de la Compañia, y le ven aora, se espantan y dizen, *vere haec est mutatio dexterae excelsi;* especialmente en el recogimiento interior y exterior se ve esto claramente.

---

[1] Autographum, duplici folio, nn. 592 et 593.
[2] Vide supra, in hoc vol., n. CLXXXI, pag. 51.

En los exerçiçios de las letras se prosigue de la misma manera. En casa se ha empeçado este outubre el curso de artes: los que empeçaron son dezisiete, ninguno de fuera del Collegio oye: todos son de casa. El que lee es un H.º que se dize Pedro da Fonsequa. Tienen oido parte de Porfirio [1], aviendo antes leido los términos [2] y quasi toda la lógica en suma, estúdiase con mucha diligençia: tienen sus repeticiones todos los dias dos vezes, donde les preside hun H.º philosopho, y á los domingos conclusiones; procuran mucho de se aprovechar en virtud juntamente con las letras, y para esto tienen entre sy muchos exerçiçios spirituales que no [im]piden, ántes aiudan al estudio. Tambien predican en el refitorio á las çenas por la órden que el Superior les ordena, el qual les manda avisar media hora ántes para que se aparejen. Los dominguos y fiestas predican otros, como son theólogos y philósophos, el Evangelio de la dominica ó fiesta, y para esto se daa más tiempo para proverse cada uno, porque les avisan el sábado á la tarde. Deste exerçiçio se espera muy notable provecho. Gramáticos ay muy pocos. Estos oien en el Collegio del Rey [3] como ántes; seis oien phiã.: este año acabarán el curso: tambien prosiguen como ántes. Los theólogos quasi todos oien en casa una lection de casos de conçiençia, ultra la que se tiene comun de plática en ellos; en esto se siente notable provecho. Hasta ora ha leido un H.º canonista y theólogo, que se dice Marquos Jorge. En las escuelas oien dos lectiones, de que tienen repetiçion á la noche, y conclusiones las quintas ferias, que no ay lection en las escuelas, y los dominguos; aora se ha ordenado otro exerçiçio en los domingos y dias de fiesta, de mucho serviçio de nuestro Señor y proprio aprovechamiento de cada uno, y es, que los theólogos y algunos otros vaian por las aldeas y lugares cercanos á esta ciudad á enseñar la doctrina christiana á los muchachos del lugar, haziendo pláticas sobre ella *etiam* á los hombres y mugeres que lo desean y se ajuntan para

---

[1] Porphyrii, *Isagoge cum Aristotelis praedicamentis et libro de interpretatione.*

[2] *Términos*, prima dialecticae rudimenta. Hinc qui ea rudimenta addiscebant, vocabantur *terministae*, hispanice *terministas*.

[3] *Colegio del Rey*, Regia Academia seu publicae scholae et generalia, ut vocabantur, studia, quae Ulyssipona Conimbricam Joannes III Rex transtulerat. Vide Tellez, *Chronica da Companhia de Jesu em Portugal*, ubi de Collegio Conimbricensi agit, et *Cartas de San Ignacio*, passim.

ello en las iglesias, cosa harto necessaria, porque los más no saben de la doctrina christiana, ni les pareçe que es menester otro sino saberla de coro: hase empeçado el dia de los Inoçentes; espérase segun la disposiçion, [que] se ha visto, que se haga en esto muy gran fruto spiritual y ay materia para los hermanos mucho se aprovecharen en el spíritu con estos exerçiçios, el cual ninguna cosa impide á los estudios, ántes creo yo que aiudará en gran manera, porque parten del Collegio el dominguo ó dia de fiesta oida missa, y llegan temprano, de manera que se puede hazer doctrina y gastar con ellos buena parte del dia y bolver á la tarde al Collegio. Los que aora están ordenados [1] son treze, cada uno en lugar diverso, y aun abria para más, si uviese gente.

En la cárcel se predica los domingos y fiestas, y la maior parte se han confesado esta pascoa de Navidad.

Las confessiones en casa y por la ciudad son continuas y comulgan muchos todos los domingos en nuestra capilla; *messis quidem multa, operarii autem pauci,* porque con quanto no son tan pocos en el Collegio, abria para muchos más, si los ubiese. Nuestro Señor los traiga y haga á su voluntad idóneos para tan alto ministerio como es aiudar ánimas á buscar salud y vida eterna.

Las pláticas de los domingos, quando los hermanos se juntan á la noche, se continúan, de diversas materias; aora en cosas de la fiesta, aora cómo se deve uno aparejar para celebrar y honrrar las fiestas, aora en descubrir tentaçiones y sus defectos para confusion propria. En esto y cosas semejantes se emplean aquel tiempo, y á lo que parece por los effectos, muy bien. De todo sea gloria al Señor, de quien viene todo lo bueno.

Del P.e Maestro Miron [2] tenemos buenas nuevas. El anda con otro Padre que confiessa que se dice el P.e Pertusa [3], por el arçobispado del Cardenal [4] predicando y haziendo amistades, oiendo confissiones y otras pias ocupaçiones en que suelen los de la Compañía ocuparse. Aposiéntanse en el hospital, piden

---

1 *Los que ahoran estan ordenados,* qui usque nunc ad hoc docendae in vicis christianae doctrinae ministerium designati sunt.

2 P. Jacobus Miron.

3 P. Gundisalvus Pertusa.

4 Nempe percurrebant ditionem Henrici, Infantis Lusitaniae et Cardinalis, qui Eborensis Archiepiscopus erat.

limosna *ostiatim*, de lo que comunmente se edifiqua mucho todo el pueblo; y estas y otras semejantes obras disponen las almas de manera que las prédicas y confessiones les aprovechan mucho, haziendo grandes effectos en ellos, como es de mudar vida y costumbres, frequentar los sacramentos de la confission y comunion. Ellos no nos escriven particularmente por las muchas occupaçiones que tienen; empero no faltan pregoneros que manifiesten las obras santas que se hazen: en algunos an allado contradiçion, no tanto de los seculares como de los ecclesiásticos, en espeçial de hun çierto fraile predicador, que hizo sermones exprofeso contra ellos y su modo de proceder. De uno me contaron que, estando el P. Miron presente oiéndole, desdel principio hasta la fin no hizo otra cosa sino dezir lo que le pareçia contra la Compañía y los Padres, descendiendo ha algunas particularidades. Los de la villa que le oian, como estavan muy afficionados á los Padres y á la Compañía, y disgustaban de le oir, tanto que dezian entre sy mal del pobre fraile; y algunos ubo que mandaron llevar las sillas y saliéronse de la predicaçion; otros dezian al P.e Miron que el fraile era simple, que no devia hazer caso del ni de sus palabras, porque ellos le conoçian y sabian que no era cosa, etc. El P.e Miron se reia y mostrava mucho contentamiento y alegría. Acabada la predicaçion, le fué el P.e Miron [á] aguardar, para que en saliendo del púlpito le besase la mano, y hincóse de rodillas delante dél, mirándole todo el pueblo y pidióle la mano: el fraile se la dió, y él la besó; y más movimiento hizo esto en los coraçones de los que le vieron que hun muy buen sermon; porque muchos se movieron á lágrimas de ver la humildad del Padre. Es verdad que otros con zello grande no podian sufrir lo que vian hazer al fraile y dizian algunas palabras duras contra él. Otras vezes quando de nuevo entran en algun lugar y piden limosna, de que les ven con buenos hábitos, zumban dellos; y muchas particularidades semejantes les acaeçen, que no sabemos por sus cartas, ni es possible escribirse, porque seria nunca acabar.

El P. Alonso Telez [1] tambien anda en aquel arçobispado, y reside quasi todo el tiempo en hun lugar que se dize Mora,

[1] Sic; scribitur tamen saepius et rectius *Tellez*.

donde nuestro Señor por él tiene hecho mui notable fructo en aquellas ánimas. Estanle muy affiçionados; pidieron con gran instançia al Cardenal que no le dexase ir daquella tierra, de manera que desde la quaresma pasada está allá y pienso que estará aun esta que viene. Lo en que se ocupa es predicar y hazer doctrina á la gente : confiesa y haze amistades, etc.

Del P.e Manoel Leite y del P.e Gonçalo Vaz, que andan en los Algarves, se embian con esta parte de algunas cartas en que escriven algo de lo mucho que nuestro Señor obra por ellos en las almas. De otras partes piden con gran instançia les embien algunos de la Compañía, mostrando grandes deseos de se aiudar de su doctrina y vida para su salud. Pero no se puede satishazer con todos.

El P. Don Gonçalo [1] ha estado los dias pasados en Braga, donde se ha hecho mucho fructo, como pareçerá por una carta suia que con esta se embia. Al presente está en el Puerto [2], donde nos dizen se aprovechan muchos, y á los más prinçipales de la çiudad da exerçiçios y haze pláticas spirituales muy provechosas. El aun no ha escrito lo que pasa. El Señor, que se digna obrar tales cosas por instrumentos de su santa Compañía, sea por todo alabado y honrrado. Amen.

Para el reyno de Congo se han embiado los dias pasados dos Padres, uno se dize Cornelio [3], el otro Fructuoso Noguera; espérase que dará nuestro Señor remedio [á] aquellas ánimas por medio dellos, y que las sacará de tan grandes tinieblas de ignorançia como tienen. A El plega aber dellos y de todos nosotros misericordia.

Despues de aber escrito esta, se acordó de dizir como los dias pasados se ha reçibido en casa un mançebo estudiante: oia latin; terná deziocho ó dezisiete años; ha hecho los exerçiçios y aora se exerçita en officios en casa; pareçe, segun que muestra, que tiene buenos deseos. Nuestro Señor le conserve y augmente en él sus dones, para que perfectamente le sirva.

---

1 P. Gundisalvus de Sylveira.

2 *O Porto* (Portus).

3 P. Cornelius Gomesius; hic et ejus comes P. Nogueira, "cum Legato Regis mense Julio Pindam, maritimum Congi oppidum, pervenere". FRANCO, *Synopsis Annalium Societ. Jesu in Lusitania,* annus 1553, n. 10. — Vide etiam epistolam ab ipso P. Cornelio ex Regno Congensi ad Lusitaniam missam in *Cartas de San Ignacio,* vol. III, Append. II, n. 26, pag. 528.

Dos estudiantes theólogos, personas virtuosas, an pedido les quisiesen dar exerçiçios. Ambos quedan en ellos aquí en el Collegio: creo se aprovecharán en spíritu, porque tienen disposiçion para ello.

No occurre otro al presente. Nuestro Señor nos dé á todos su graçia y V. P.d nos dé su santa bendiçion. Amen.

De Coimbra, segundo de henero de 1553.

Por comission del P. Manoel Godino.

Innútil siervo y indigno hijo de V. P.d,

Melchior Cotta.

In superiori parte ultimae pagellae, alia manu haec scripta leguntur: Coimbra 2 de henero, 1553. Quad.

CXCII

Robertus Clayssonius,
Ex commissione Patris Paschasii Broët,
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 2 Januarii 1553 [1].

Pax Domini Dei nostri Iesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

R.de in X.o P. [2].

Quadrimestris spatii transacti se offerens memoria nostri officii, Reverende in Christo Pater, nos commonefacit ut, ex

[1] Autographa in fol. duplici, nn. 132 et 133.—Plura sunt in autographo lineis, ut moris erat, ne a librariis exscriberentur, clausa; alia lineis obductis deleta; pauca, ut deletorum loco substituerentur, addita. Nos, morem nostrum sequentes, litteras prout a Clayssonio confectae fuerunt, exscribemus. Id autem novi in his emendationibus nunc primum reperimus, videlicet emendantem manum non esse, ut in aliis semper fere, Polanci, sed certo flandricam, et, ut nobis videtur, Bernardi Oliverii.

[2] Haec verba *R.de in X.o P.* alia a Clayssonii manu addita sunt.

Sanctae Obedientiae promulgata lege, oeconomiae nostrae ac domesticae consuetudinis ordinem Reverentiae tuae compendiaria enarratione explicemus; tum usurae spiritualis, quam R.dus Pater Paschasius, ex quo tempore huc commigravit, accepti a Domino talenti subsidio fretus, uberem quidem ac fructuosam Christo lucratus sit, rationem Paternitatis tuae arbitrio reddamus; postremo negotiorum, erigendi Collegii facultatem ac rei familiaris adminicula spectantium, successum communibus votis aspirantem nunciemus. Quae singula, quasi ansulae catenatim se consequentes atque annexae, succincta ac perspicua serie a nobis deducentur ac proponentur ad divinae gloriae propagationem ac Paterni tui mandati humilem obedientiam.

Principio igitur, quantum ad domesticae institutionis observationem attinet, filii tui, ex iusto numero hinc ablegato relicti, unanimi consensu atque conatu omnes, inter quos infimum locum etiam indignus occupo, vocationis suae professione probe fungi laborant ad Christianae vitae perfectionem atque internam et externam Religionem omnia sua consilia ac studia conferentes, qui Christi, Ducis praestantissimi, praesidio freti armisque spiritalibus Christianae militiae insignibus muniti, tela hostis atrocissimi non modo retundere ac seipsos divina protectione incolumes servare, verum etiam alienis periculis contra hostiles impugnationes suppetias ferre et, quod alacrioris est fiduciae, misera servitute oppressos, hostis viribus enervatis, in libertatem asserere satagunt, omnibus suadentes ut sub imperatoris clementissimi Iesu Christi crucifero vexillo christianae militiae nomen dare in summis votis habeant [1]. Itaque nonnulli, partim pietatis affectu, partim profectus literarii spe, ceu hamo quodam inescati, in nostram pelliciuntur familiaritatem, bonam uberioris fructus spem nobis promittentes. Quae quoque ratio, familiae nostrae, fratrum accessione (quae reliquis emolumentis longo intervallo praestat) temporis successione locupletandae, nos in certam adduxit persuasionem; nec vana spe laetatos nos fefellit nostra opinio, nam spei nostrae votis optatus rei eventus proximis foribus aspirat, duo-

---

[1] Quae a verbis *ad christianae vitae perfectionem* ad verba *votis habeant* continentur, linea, ne exscribantur, sunt clausa, sed ut eorum loco substituantur, haec in paginae ora sunt scripta: *non sibi dumtaxat sed et aliis gnaviter consulentes.*

bus spectatae probitatis atque insignis vitae viris se totos Societatis instituto sequendo consecrare proponentibus ac iam persuasis, quorum utriusque vivam hypotyposim atque prosopographiam numeris omnibus absolutam ob oculos mox subiiciemus. Accedit Patris nostri industriae ac labori indefatigabili, qui messem ex Domini agricultura uberrimam (ut ex subiectis exemplis mox aperte illucescet) in horreum Christi collegit, ipsius famuli nostri apud benefactores et amicos Societatis commendata probitas atque prudentia, qui, quo pollet linguae beneficio ac spiritalis correptionis atque exhortationis, qua donatus est, gratia, propensos omnium in nos affectus acrius incitat.

Caeterum, quantum ad studii literarii rationem pertinet, brevi oratione id complectar. Charissimus frater noster Iacobus Morellus palaestrae philosophicae studium alacri animo faustisque auspiciis ingressus est, qui, labore adversario, Christi praesidio, supplantato, victoriam optatam triumphali corona insignitus nobis, peracta curriculi periodo, reportavit. Ego vero sacrae theologiae operam impendo, partito studio tum in scholasticas controversias tum in sacras scripturas, coniuncta nimirum utriusque theologica lectione: linguae etiam utriusque, et graecae et hebraicae, studium observo. Faxit Dominus Iesus ut alacriores semper in nostro pergamus officio ad cultum augustissimae maiestatis ipsius, qui nos e mundo selegit ut sibi toti vivamus.

His, quae oeconomiae nostrae ac privatae et publicae conversationis formam, ceu ideam quamdam atque exemplar prototypon, expresserunt, propositis, proximo ordine formae nostrae quasi imaginem atque effigiem quamdam, originalis exemplaris imitatricem, partum inquam, qui e nostrae familiae utero prosiliens, solido cibo, non lacte nutritur, et Patris nostri negotiosam foecunditatem sua pulchritudine atque copia aperte loquitur, ob oculos subiiciemus.

Principatum igitur iure meritissimo assignabo sacerdoti, Christianae pietatis praeconio multis honorato, flandro natione, singulari modestia ac morum maturitate praedito, Collegii cuiusdam procuratorium munus administranti, qui Patre praeside, sacrorum exercitiorum catechismo eruditus, in tantam virtutum omnium perfectionem exiguo temporis intervallo ex-

crevit, ut, quamquam Christianae probitatis ac modestiae, in ipsis moribus relucentis, iusta ac vera opinione nobis semper probatus extiterit, hominem tamen alterum aut renatum, ob insigne perfectionis evangelicae studium ac frequens de mundi contemptu ac Religionis puritate colloquium, recte censeas ; ut facile liqueat animam ipsius, divini spiritus suavi afflatu, Regni mysterium, prudentiae mundi abstrusum, feliciter edoctum esse. Hic quamquam in ipsis exercitiorum auspiciis Societatis institutum minime sibi persuasisset, tanta nihilominus animum ipsius nostrae consuetudinis cupido post iustam deliberationem incessit ut, nisi negotiorum obstacula desiderii impetum remorata fuissent, iam nostro adiunctus numero optata spiritus pace in Domino frueretur; atqui, libera communis nobiscum vitae facultate ad tempus ei negata, nos frequentat, tum confessionis, tum familiaris ac spiritalis colloquii gratia, donec, a negotiis expeditus, mundo spreto, novam Christi militiam palam profiteatur.

Proximo loco succedat alter Patris alumnus, prioris collactaneus, qui, sacrorum exercitiorum institutione probe imbutus, praevia consultatione legitima, Societatis nostrae institutum, divinae vocationis certo impulsu, amplecti quoque decrevit. Vir annum vigesimum sextum agens, acri praeditus ingenio et summa facundia, sacramenta confessionis et communionis supra annum integrum nobiscum frequentans, tot animi et corporis dotibus ornatus, ut P. Baptista [1] coram me aliquando testatus sit se adeo alacris ingenii et excelsi animi virum vix unquam conspexisse. Praxis civilis exercitio, cui multis annis ingenii vires intendit, probe instructus, cuius proculdubio longa observatione, naturae in ipso dotes ac Dei gratuita beneficia illustriora ac perfectiora evaserunt, tum ad vineae Dominicae excolendae industriam aptior multo ac prudentior redditus est. Est enim, communis iudicii nostri arbitrio, ad praeclara Christianae militiae stratagemata et ardua Evangelicae professionis officia administranda natus et idoneus. Hic nondum apud nos habitat, bonorum suorum negotiis, dilationem postulantibus, prohibitus. Est enim honestis natus parentibus,

---

1 P. Joannes Baptista Viola, qui, ante Patris Paschasii adventum, nostris praeerat parisiensibus.

quorum altero orbatus est, et ex paterna haereditate et liberali quadam donatione, post matris mortem libera, necessaria vitae impendia abunde ei suppetent. Hunc, controversia quadam composita, quae eum remoratur, apud nos commigraturum credimus; nos interim frequentissime invisit, et in sacrae confessionis atque communionis observatione perseverat. Faxit Christus ut, mundi laqueis abruptis, feliciter ac mature elabatur.

Tertio ordine nobis constituendus sacerdos probus ac pius, primarii Baronis Britanniae domesticus, qui sacris exercitiis institutus, non absque maximo lucri spiritalis foenore, animum appulerat ad Carthusianae Religionis professionem: atqui Pater, considerata eius adversa valetudine, quae longa mora vires auxit pene insuperabiles, ac stomachi ex laboris diurni ac nocturni assiduitate contracta aegritudine, sui arbitrii consilio, pio alioquin et salutari ipsius affectui minime suffragari potuit, a cuius sententia deflectere ei religio fuit; et relicta aulica vita, suo fungi canonicatu instituit, spretis honoribus, qui ei a nobilibus ultro offeruntur. Vir est insigni humilitate ac spiritus fervore conspicuus, a nobilibus amatus et honoratus; frequentissime in nostro sacello divina mysteria celebrat; negotium Privilegii, Societati a Senatu Parisiensi concedendi, christiano affectu promovere sollicite laboravit; ad omne obsequium Societatis semper promptissimus. Haud dubium quin piae vitae exemplo et sacerdotis digna professione multos ad sui imitationem attracturus sit.

Quartus subsequatur, sacerdos hispanus natione, vir gravis ac maturus, qui, generali peracta confessione, novum Domini hausit spiritum, tanta veneratione nostra exercitia amplexus, ut, inter reliqua exercitiorum sacrorum elogia, coram me professus ac pollicitus sit sponte sua se toto vitae decursu diebus singulis semihoram vitae occupationibus suffuraturum, quam spiritali alicui exercitio impendat; adeo familiari societatis consuetudini addictus, ut qui nobis coniunctissimus. Hic, sacerdotii professione contentus, in priori instituto perseverat, et iam, relicta Lutetia, Lovanium commigravit.

Quinarium numerum compleat vir aetate provectus, pietatis opinione apud multos celebris, de nobis bene meritus, qui generali confessione praemissa, pii affectus incrementum acce-

pit, divini numinis aspirante gratia, proposita perfectioris ac purioris vitae institutione, diversum tamen vitae institutum a caelibatu, in quo hactenus versatus est, amplecti nondum decrevit.

Sextum locum sexus foemineus, virorum quinarium numerum longe excedens, merito sibi vindicat. Videturque ad pietatem proclive magis ac propensum muliebre, quam virile genus: cuius evidens exemplum nobis exhibet quinque viduarum rara atque insignis pietas et quatuor virginum spiritalis profectus, quae, novem numero, spiritalibus exercitiis a Patre edoctae, non absque lucri spiritalis emolumento, sacrarum meditationum fructum retulerunt. Etenim matronarum illarum una, quae filium, in hac Academia vita defunctum, Societati pepererat, post maturam deliberationem Religionis sequelam decrevit, suam tamen voluntatem Patris nostri submittens arbitrio, animumque ab instituto revocatura, si Patris repugnans iudicium deliberato ipsius proposito reluctaretur : atqui Patris suffragio electione confirmata, corporis et animi obsequium vero sacrificio Christo Domino oblatura, Monasterium, virginum ac viduarum (a se invicem tamen separatarum loci atque contubernii divisione), sub eadem Abbatissa Deo militantium, commune receptaculum, accessit; in quo constanti perseverantia permanet; cuius testes aliquot epistolas ad Patrem transmisit, adiunctis literis ipsius Abbatissae Patrem obsecrantis ut, spiritalis negotiationis causa, monasterium invisere non gravetur. Reliquae quatuor viduae, quamquam in eodem vitae statu permanserint, vitam tamen religioni admodum affinem profitentur : ex Patris arbitrio omnia, absque eius consensu prorsus nihil, agentes, sed sub obedientiae ipsius levi iugo Deo servire, licet nullo voto adstrictae, spontaneo consilio persuasae; quarum dignitate prima opulenta est, spectatissimi viri ac equestri ordine illustris vidua, quae nobilissimas aliquot matronas ad sacram confessionem patribus nostris peractam pellexit, et quatuordecim pauperes, exceptis reliquis eleemosynis privatis impensis, fovet ac nutrit; de Societate nostra optime etiam merita, et summo affectu erga nos praedita. Reliquae tres viduae, orationibus ac piis operibus deditae, sacram confessionem atque communionem diebus singulis, nisi impedimentum pio earum affectui obstet, observant una cum priore: quas vere viduas merito appellaverim.

Caeterum quatuor puellarum una, Religionis institutum amplecti divinae vocationis instinctu animata, post exactam discussionem tanti negotii, pio affectu decrevit, ac, iam persuasa, in proposito perseverat, Christo Domino spiritalibus nuptiis, occasione data, consecranda. Reliquae, fructum sacrae institutionis cum foenore locupletantes, animarum suarum pretiosum thesaurum sollicite servant ab omni detrimento immunem. Duabus, praeter hasce novem praedictas, matronis coniugatis, honoratis ac divitibus, R.dus P. noster nonnulla exercitiorum elementa, ceu progymnasmata quaedam, pro piae affectionis earum modulo, tradidit, quae piae sunt et de nobis bene meritae. Cernis, Pater observande, messem copiosam ab unico collectam operario. Quantum animarum lucrum superiori emolumento accessurum arbitraris, ubi adiutores aliquot Patris industria nacta fuerit et rerum necessariarum (quae bonam temporis partem, aegre conquisitae, sibi vendicant) commodior suppetet facultas! Sed utrum tot agris animorum excolendis Patris (qui solus manum aratro admovet, pondusque diei et aestus sustinet) industrius labor fatigatus remittatur? Quid cessaret aut Christi vineae culturam intermitteret, cui vires exercitio frequenti alacriores succedere ac intendi videntur? Nec hoc quidem temporis articulo alteruter sexus spiritali cultura privatus est. Vincit tamen, pro more, muliebris pietas virilem constantiam. Nam tres sacrae virgines, ex nobilissima ortae prosapia, monasticum institutum professae, cum unico certant sacerdote, quae, spiritalium exercitiorum militiam exercentes, hostium strenuae expugnatrices effectae sunt, et Beatissimi Patris Benedicti sacra sequentes vestigia, Christo sponso interna et externa Religione adhaerent. Sacerdos quoque spiritalis frugis laetam fiduciam animis nostris persuasit, quem Dominus sua gratia dignetur.

Quantum vero ad reliquos Patris labores pertinet, nec in his explicandis orationis copia nobis subtracta est; sed epistolae prolixitas, qua animi mei affectus Patris auctoritate interdictus est, finem suadet, ac proinde capita ipsa summatim proponemus. Diebus singulis confessiones audit Pater in aede Sanctis Martyribus Cosmae et Damiano sacra, quae nostrae est paroeciae Ecclesia. Diebus sacris in Abbatia Sancti Germani salutaria Poenitentiae et Eucharistiae sacramenta utriusque sexus ac

promiscuae vitae seu variae professionis hominibus accedentibus ministrat. Infirmos ac moribundos frequentat, quibus confessionis ac spiritalis consolationis author est, quorumque confessiones audit, nisi secunda illa post naufragium tabula peccatorum tempestatem incolumes evaserint aut in alterius sinum conscientiae suae onera deponere malint.

Sed ne promissae brevitatis limites spiritalium occupationum enarratio excurrat, ad negotiorum, privilegii consequendi studium et Collegii erectionem spectantium, explicationem properamus, quam brevi methodo percurremus. Collegii erigendi facultatem, iam ante biennium fere, a Rege Christianissimo [1], Reverendissimi Cardinalis Lotharingi [2] patrocinio, Societati concessam, in Academia Parisiensi, Senatus Parisiensis suffragium necdum confirmavit, negotii successus aliquoties facto periculo parum nobis annuente. Atqui R.dus Pater noster, divini praesidii et amicorum fiducia fretus, negotii admodum ardui diu optatum finem facere proximo Regis adventu sollicitus sataget, idque Rmi. Cardinalis altera intercessione efflagitata (quem una cum Rege propediem hic praestolamur), utpote, quemadmodum se Societatis protectorem professus, Privilegii a Rege impetrati post Deum nobis author extiterit, ita quoque altera vice persuadeat Regi ut Senatum in Privilegii confirmationem inducere et Societatis promotionem ad Evangelii uberiorem fructum persuadere dignetur, ad Iesu Christi, summi Regis ac Monarchae, gloriosum nomen propagandum. Faxit divina potentia ut opus istud grande, a Patre Baptista prospere hucusque perductum, Patris Paschasii opera felicissime perficiatur, cuius pios conatus R.dae Pat.is tuae Sanctis orationibus promovendos speramus.

Reverendissimus Dominus Episcopus Claramontensis [3], Societatis nostrae patronus, domum habitationis nostrae, gratuita ipsius concessione nobis permissam, elapso mense ingressus est: nostro colloquio, Patre absente, familiariter delectatus: quam nobis dono promittere, habita Collegii erigendi potestate ab ipso Senatu, perseverat, et Dominae Margaretae, Regis sorori pru-

---

[1] Henricus II.

[2] Carolus de Guisa, Guisanus Cardinalis, sed ab anno 1550 Lotharingius dictus. Vide Polanco, *Chron.*, t. II, pag. 90, not. 1.

[3] Guilielmus du Prat.

dentissimae, Societatis negotium commendaturum se fidem dedit. Quantam admirationem et pii erga nos affectus incrementum Societatis literae, quae passim amicorum manibus circumferuntur, in animis multorum excitaverint, multorum de Societate testantur elogia, quae praeclara sunt et insignia. Faxit divina bonitas ut animarum vita ubique ac semper incolumis ac integra servetur.

Dominus Iesus Paternitatem tuam universae Societati diu servet incolumem et post huius peregrinationis exitum perpetua cum omnibus filiis tuis felicitate beare dignetur. Sanctis sacrificiis et orationibus charitatis tuae ac reliquorum Patrum et fratrum charissimorum precibus uno ore commendati esse desideramus omnes.

Secundo Ianuarii, anno a partu virgineo millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio. Lutetiae Parisiorum.

R.dae Paternitatis tuae

Minimus in Cristo filius ac servus indignus,

Robertus Clayssonius.

Ex commissione R.di Patris Paschasii Broët.

Superscriptio : = R.do in Christo Patri Domino Ignatio Loyola Praeposito Generali Societatis Iesu, Romae.

Et alia manu : 1553. Quad. paris 2 di Gēnaro.

Extat sigilli et cerae rubrae vestigium.

CXCIII

P. Antonius Vinck
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 3 Januarii 1553[1].

IHS

Gratia, pax et misericordia dni. nri. Ies. X.[i] sit nobiscum semper. Amen.

Honestius quidem esset, P. in X.° observandissime, nostram socordiam paucis ingenue fateri, nisi nos et sanctissimae lex obedientiae cogeret, et tua benignitas invitaret, ut, quantulacumque sunt, quae proximis quatuor mensibus hic nostro ministerio Dominus facere dignatus est, eorum te hisce literis certiorem faceremus.

Quae ut iam aggrediar, illud imprimis habeto; quod ad domesticos attinet (de his enim primum quasi quaedam mihi ratio reddenda est), magna in pace et animi quiete omnes vivere, tum orationi ac caeteris spiritalibus exercitiis diligentius in dies intendere. Quod quidem nihil minus, imo vero (nisi pudor est hoc dicere) multo etiam magis de iis accipere debes, qui in domo probationis vitam agunt. In quibus, etsi multa sunt laudabilia, nihil tamen gratius cernitur quam constantia confirmatioque animi in hoc nostro vitae instituto. Par est et in literis profectus; qui in scholasticis domesticis tantus tamque mani-

[1] Autographum, manu Patris Annibalis de Coudreto confectum et a P. Antonio Vinck subscriptum, in folio duplici, nn. 136 et 137.—Est etiam exemplum, item autographum, manu ipsius Annibalis, in folio n. 138, quod ex lituris, emendatis, suppressis, mutatis et additis verbis certo apparet adversarium esse tantum alterius autographi.

festus apparet, ut non modo nobis, sed externis quoque sint admirationi, et praeceptorum plerumque longe superent expectationem. Miscent autem omnes graeca latinis, praecipue vero inter illos nonnulli iam provectiores admirationem simul et aemulationem exteris excitarunt, ob quasdam odas, quas ad pindaricarum exemplar graece ediderunt in laudem S. Nicolai, ac pro templi nostri foribus eius divi festo die affixerunt, praeter alia carmina non pauca latina et graeca, quae pro more quotannis emitti solent. Habita est in hocce studiorum exordio latina oratio in laudem trium linguarum, hebraicae, graecae et latinae, quae cum aliis, tum praecipue proregi (aderat enim ipse et magistratus multique cives et scholastici) sicut ex ipso postea auditum est, perplacuit: hanc et scripsit et dixit M. Annibal [1]. Nec vero irritus omnino is labor fuit; nam et auditorum numerus postea crevit, et qui prius fuerant in scholis, ferventiore animo visi sunt literis operam dare. Qui et ipsi moribus ac pietate proficiunt. Nunc enim diligentius quam solerent unquam leges sibi cum in scholis tum in templo praescriptas observant: missis et concionibus frequentius intersunt, vel (ut verius dicam) rarius absunt, confitendique morem observant. Nec desunt qui, eo non contenti, frequentius multo confitentur. Eleemosynas quoque pauperibus distribuendas statutis diebus quaeritant nonnulli, colliguntque satis multas, atque interea, dum id agunt, aliquos ad confessionem adducunt. Haec eo gratiora sunt nobis quod a grandioribus atque etiam nobilibus fiunt. Sunt etiam qui, meliore spiritu ducti, religionem affectant, praesertimque Societatem nostram. Unus S. Dominici instituto sese addixit, monasterium iam ingressus. Nec in vivis tantum, sed in morientibus quoque apparet pietas. Quidam enim, qui, si vixisset, Deo in hac nostra Societate se serviturum dicebat, superioribus diebus, cum e morbo diutius laborasset, nihil tale tum expectantibus parentibus, orando, placida morte vitam ingressus est aeternam. Hunc erga pietatem animum, non ex lectionibus tantum et praeceptorum monitis, sed multo etiam magis ex concionibus hauriunt, quae, singulis diebus festis, non minore frequentia quam spiritus fervore, in sacra aede nostra habentur, perdurante [2] interim lectione quae de Christi doctrina diebus

[1] Annibal de Coudreto, harum litterarum scriptor.
[2] Hac voce *perdurante* deleta, superscripsit Polancus *non intermissa.*

veneris legitur. Ex his autem mirum dictu fuerit quanta audientium animis accrescat devotio. Id enim lachrymae, et suspiria, et quod est omnium maximum, multorum laudabilior vita et longe quam fuisset sanctior ostendit. Proficiunt autem inde illi etiam qui non audiunt. Nam multi, audita concione, privatim inter amicos ecclesiastes [1] funguntur officio, monent, hortantur, terrent modo hunc, modo illum, factumque est hac ratione ut multi ad meliorem frugem ex vita perdita fuerint revocati. Accedit etiam quod in aliis quoque templis pluribus, maximeque in aede maiori S. Mariae, frequentissimae hac aestate fuerunt conciones, quod quidem in hac urbe prius erat insolitum. Cumque multa sint, quae probatiorem esse multorum vitam manifeste declarant, tum nulla re magis quam ex crebris confessionibus illud licet perspicere, quarum apud nos magna diebus festis est frequentia, maxime vero hisce diebus fuit, quae natalitia festa praecessere; vix enim tum per aliquot etiam horas noctis praeter dies integros [2] audiri poterant, qui confluebant. Ex quo non solum in nostro, sed etiam D. Mariae, templo tanta fuit communicantium multitudo, ut admirationem cunctis attulerit. Inter eos qui a nobis auditi sunt, fuerunt aliqui 12 et 15 retro annis non confessi. Paces interea aliquot confectae: concubinis abiectis, aliqui vitam suam melius instituere coeperunt. Alii ad religiosam vitam accensi, e quibus unus capuccinorum se regulae subdidit: tres alii vellent quidem a nobis recipi, sed quia illis non licet (sunt enim alii instituto aptiores quam nostro), illuc quoque aspirant. Convenere etiam ex iis, qui nobis confiteri solent, in unam societatem viri aliquot probatae fidei ac spectatae pietatis, qui sub noctem pauperum domos circumeant, ac mortuos, si qui fuerint, ipsi suis humeris efferant ad sepulturam et quicquid impensae ad hoc opus est suppeditent; inter quos commodum unus est sacerdos. Fit hoc devotissimo affectu et aedificatione non mediocri. Obsessa quaedam mulier a daemone liberata est, quae deinde alias aliquot ad confessionis Sacramentum adduxit: alia, quae et ipsa obsideri credebatur, cum a multis diebus non comedisset, D. Cornelio [3] ad eam vocato, coepit vesci cibis: fuit et alia ita debili corpore, ut neque ieiunare

---

1 *concionatoris.* POLANCUS.
2 *praeter dies integros,* addidit Polancus.
3 P. Cornelius Vishaven.

neque aliud aliquid, quod in poenitentiam iniungeretur, facere posset. Haec vero, ubi aliquoties confessa est, ita vires recuperavit, ut non iam illi satis sint, quae a confessario imponuntur; quin plura quam ab eo permittantur, sua sponte suscipiat. Nobilis quaedam matrona (dicam enim de mulierum etiam pietate, quando huc incidimus, quod occurrit), cum ipsius animum a nostris concionibus vir eius vellet avertere, laudaretque magnifice, quem ipse audiebat, concionatorem, respondit modeste quidem, sed tamen acute: cur tu igitur quemadmodum ego vivendi rationem non mutas? pluat, inquit, saxa; S. Nicolai conciones non deseram. Neque vero non etiam alii quam idiotae nobis bene sunt affecti, imo vero et docti et religiosi. Scimus franciscanos fratres, observantiae vulgo dictos, aliquando solitos fuisse nobis detrahere multorumque animos a nobis avertere. Nunc tamen ita mutatos animo esse constat, ut eius monasterii praeses, qui idem concionatoris nunc fungitur munere, palam inter concionandum paucis ante diebus lachrymans hortaretur ut ad nos accederent, multa interim et amplissimis et ornatissimis verbis de nostrae Societatis laude disserens, atque etiam illud adderet numquam defuisse summum pastorem gregi suo, quin ei fidos verbi Dei ministros suppeditaret et doctores, ac nunc quoque istius Societatis opera mundum statuisse restituere. Idem professus est vix ab aliis eleemosynam ad monasterium deferri, quam ab iis qui apud Divi Nicolai frequenter et concionibus intersunt et confitentur. Haec fere Messanae. In Abbatia vero Dom. Ioannis Osorii D. Philippus [1] diebus dominicis more solito concionatus est, et proximo Natalitii festo, diebus aliquot ibi moram fecit audiendis confessionibus impeditus. Nihil iam credo superest R. in X.º Pater. Haec sunt nostrae negligentiae et inertiae indicia, quae quidem tolerabilior fuerit, si nos vere inutiles servos agnoscamus demusque operam ut deinceps hanc emendare et diligentiores esse possimus. Quod ut fiat tuis nos precibus ac sanctissimis sacrificiis voce pariter atque animo supplici commendamus.

Messanae, 3.ª Ianuarii, 1553.

P. T. Indignus filius et inutilis servus,

Antonius Vinck [2].

---

[1] P. Joannes Philippus Casinus. Vide Polanco, *Chronic.*, t. II, pag. 541, n. 305 et seq.

[2] Haec a vocibus *P. T.* subscripsit manu propria Vinck, Messanensis domus praeses.

Superscriptio in quarta pagina: † Iesus † R.do in Chro. Patri M.ro Ignatio de Loyola, praeposito societatis Iesu generali, Romae.

Et alia manu: Ex Messana.

Et alia: Q. Messina 53, 3 di Gēnaro.

CXCIV

Martinus Gewarts
Patri Ignatio de Loyola.
Vienna, 6 Januarii 1553 [1].

IHS

Gratia Domini Nostri Iesu Christi et pax vera aeternaque nobiscum. Amen.

Etsi difficile mihi et insolitum sit hoc scribendi genus, R.de P., quo res praeclare gestae patrum fratrumque tractantur, non captandae quidem humanae, sed Christi praedicandae et celebrandae gloriae causa, tamen obedientiae praestandae iure et amore commoveor, ut quod est meis humeris iniunctum onus scribendi, non patienter modo sed lubenter quoque nunc sustineam. Idque tanto lubentius profecto facio, quo maiores illi gratias debeo, qui pro [2] in me bonitate sua non sat habuit ad purioris vitae viam sordidum revocare, sed etiam in hanc san-

[1] Autographum, totum manu ipsius Martini, in folio duplici nn. 107 et 108. In eo attrita nonnihil est charta in medio in qua parte olim plicata fuit; quare desiderantur in omnibus paginis quaedam verba; sed curavit ea ipse, ut videtur, Martinus in summa singularum paginarum ora scribere, signo addito ut suo quaeque loco reponi possint.— Habemus etiam in *Historia varia*, vol. I, fol. 303, castigatum apographum Roma in Hispaniam missum.

[2] Abscisa seu attrita chartae ora, deest hic verbum, quod facile quis conjectabit esse *magna* vel *eximia*.

etam sanctissimi nominis sui societatem susceptum, quamvis aegrum et indignum adhuc sustinere pergit, tum patrum fratrumque colendissimorum meritis, quae praedicari satis non posse dixerim, vult testem quotidie oculatum adesse. Igitur ne vel obedientiae vel charitatis desim officio, quae lucra proximo quidem quadrimestri hic nostris in Chro. obvenerint, qua potero brevitate perstricturus, exordiar, R. P., ab ipso collegii nostri capite seu praeposito. Is est R.dus P. et Doctor D. Nicolaus Lanoy, quem nuper Maiestas regia [1], intellecta morte R.di P. Claudii Iaii, accersitum accepit et humanissime quidem, non secus quam cum dicto P. Claudio piae memoriae agere consueverat; admonens, ut nostri (quos suos ipse filios appellitat) ad se libere et familiariter accederent, quae opus essent a se petituri; quod si nihil opus esset petere, tamen et Patris et aliorum ex nostris praesentiam et collocutionem sibi pergratam semper fore significavit. Adeo constanter pro sua pietate et ingenita clementia nos amat Rex ille, nec sinit huic collegio quod necessarium est deesse quicquam, in summis licet tot bellorum difficultatibus et impedimentis; dignus profecto, cui tota Societas in Christo precetur quam optime, ac nunc praesertim ubi tot bellorum damna in diversis suarum ditionum provinciis sustinuit.

Sed ad Patrem redeo, cuius erga pauperes curam et charitatem alii mirari facilius quam ego scribere possim. Est hic frequens admodum turba nunc pauperum, tum in suburbiis, tum in civitate, satisque constat permultos egestate et calamitate summa confectos interiisse plurimos, et ex his alios frigore ac gelu impeditos, praesertim hispanos et Italos, non secus ac pecudes emorientes, contabuisse. Crevit horum numerus postquam cladem miserandam accepit Regius in Hungaria exercitus, cuius reliquiae, praesertim ex Italica legione, triste dictu quales huc redierint. His aliisque cum corpore, tum animo, vehementer afflictis, cum nullus fere succurreret, multique plagis et vulneribus acceptis morbisque suis non superviverent, coepit R.dus Pater non solum hos invisere, licet procul abessent, et variis in locis neglecti iacerent, sed etiam quo tantis illorum necessitatibus consuleret, eleemosynas studuit corradere, lectos procurare, necessaria miserrimis suppeditare. Quod autem ad

[1] Ferdinandus I, Romanorum Rex.

animae salutem procurandam attinet, id sedulo egit, ut moestissimos consolaretur, et conscientias afflictissimas peccatorum sarcinis dire gravatas relevaret, constitutis etiam quibusdam e fratribus, qui subinde miseros inviserent et non raro alicunde cibos afferrent, quemadmodum infirmorum quorumdam ratio postulabat. Plurimi profecto, non tantum corpore miseri, sed etiam animorum vitiis gravissime laborantes, decessissent e vivis absque ullo poenitentiae et salutis remedio, nisi bonus medicus hic pater adfuisset in tempore, ac pereuntium tot animarum ultro pastorem fidum egisset. Nec defuere qui iam inde a decem annis, cum peccandi finem nullum facerent, tamen confitendi rationem ne semel quidem inivissent, ut mundo aegre vivi, sed Christo plane mortui viderentur. Ex his nonnulli vel alta voce testati sunt, divinitus hunc patrem ad se missum esse, quod facile intelligerent quid huic vere patri deberent, per quem tanta peccatorum sanie ac putredine, nec solum corporalis vitae periculis, liberarentur. Tum apud serenissimam Bohemiae Reginam [1] curatum est, necnon apud alios in aula Regia nobiles, praesertim hispanos, ut collatis eleemosynis pereuntes illi milites, ac decumbentes pauperes, quotidie refocillarentur. Igitur et Patris cura panni lanei lineique coëmpti sunt, parata indusia, vestes distributae, lecti concinnati, nummi dispensati. Breviter, pro egentium ratione, tum esculenta, tum vestimenta in alios et alios collata sunt.

De messe quotidiana nunc taceo, quam feliciter, scilicet, agatur cum his qui Patri confitentur, cum horum nonnulli ex foedo concubinatu ad honestum matrimonium sese converterint, et publica scandala correxerint, et iniuste parta restituerint.

Ad res domesticas venio, quae nunc paulo quam antea rectius procedunt, sive vitae disciplinam, sive studiorum cursum, sive fratrum profectum animadvertas. Nam divina sic nos gratia fovet, ut magna et perpetua inter omnes de rebus omnibus persistat concordia, nec minor charitatis et obedientiae praestandae cura, domi ac foris, privatim ac publice perseverat. Modo cepit nos mirificus quidam et novus ardor perdiscendae linguae germanicae, cui certatim operam damus sive flandri, sive galli.

---

[1] Maria, Caroli V filia, et Maximiliani II, Hungariae et Bohemiae regis, uxor.

Cum enim audimus, certoque intelligimus, neglectas et desertas circumquaque iacere ecclesias, in quibus ne unum quidem sacerdotem retinere populus queat, ac proinde sine sacris, sine concionibus et sacramentis, tam corporaliter quam spiritualiter pereant miserrime, dedit hoc nobis desiderium Christus, ut, percepto semel idiomate, ad vicinos illos pagos et populos excurramus. Utinam vero qui voluntatem hanc et sitim honestam indidit, vires etiam et successum suis tribuat, ut iactum Evangelii rete magnum nobis proventum, id est, animarum lucrum, adferat. Nunc desunt parvulis qui frangant panem. Nec solum ad lutheranismum, sed etiam ad paganismum, propensi plane (si nondum depravati) vulgi animi comperiuntur, adeo ut de animi immortalitate coeptum sit addubitari. Sed praestat hîc alieno et probatissimo quidem viri summi testimonio uti, qui nuper ex aula Regia ad nos in haec verba scripsit: "Quantum (inquit) ad universum Religionis negotium, et in quae misera, imo afflictissima inciderimus tempora, et in quam irrecuperabilem Ecclessiae nostrae iacturam pertracti sumus, quis satis dolere potest? Quae cogitatio, quod consilium, et unde remedium quaerendum vel quomodo succurrendum (proh dolor) nullibi invenio. Nam omnes fere sub catholico et clementissimo nostro Rege sic habent, ut vix decima pars recte credentium et sentientium inveniatur. Tantum abest ut aliquis cordi haberet collapsam nostram christianam professionem, illique manum porrigeret auxiliatricem.„ Sic ille vir, fide dignissimus et Regi nostro intimus, simul et Episcopus. Tantum ergo malorum, quae in dies magis magisque succrescunt, quotidiana nostros memoria sollicitat, eoque commovet, ut ad concionandi munus novo etiam animi fervore quotidie instruant sese.

Qui hoc anno ad nos venerunt germani et optimae quidem indolis adolescentes duo, se nunc totos dediderunt Societati, ideoque suis literis agunt apud R. T. ut pia ipsorum vota recipiantur atque confirmentur. Accesserunt post hos alii duo, qui bonam de se spem et ipsi praebent fore ut in vinea Domini aliquando frugifere operentur. Mutatus quidem ordo studiorum est, et in diversas classes studiosos, ut coepimus, ita pergemus distinguere, ubi primum novam et publicam scholam aperuerimus. Qua in re nihil moratur nostros amplius, Regis enim consensus et Episcopi simul et Magistratus favor accessit, nisi

quod saeva pestis hîc scholis omnibus occluserit ostium, et praeceptores alios cum studiosis et aulicis omnibus hinc profligavit. Interea vero, dum permulta hominum millia hic peste intereunt, et paucos quidem intra menses, sani adhuc ac laeti nos, favente Christo, vivimus. Patres ad infirmos accedunt intrepide nullisque hactenus sui copiam denegarunt, parati semper et expositi ad dispensanda quibusvis, etiam peste laborantibus [1], sacramenta. Diebus veneris, cum ex decreto Regio ad precandum publice cuncti convenire debebant, nostri fere soli ex toto gymnasio et clero cernuntur, qui stationi illi publicae in summo templo [2] continenter intersint, idque non sine magna bonorum aedificatione et consolatione.

Addam de R.do P.e Canisio, qui, praeterquam quod inferiorum classium est domi praefectus, curam etiam sedulam gerit eorum, qui in carceribus detinentur [3]. Hi, cum vix toto quidem anno semel antea, nunc eidem saepius confitentur, quemadmodum et alii ex plebe complures. Nuper cum e vinculis quidam ad supplicium educeretur, Pater idem fidus illi hortator et consolator adfuit, et sic adiuvit miserum in publico morientem, ut spectanti undique populo non parvae fuerit aedificationi; ubi concionatur, plures ad eum quam antea conveniunt auditores, bonaque nobis simul et aliis spes est fore ut fructus inde redeat amplissimus: adeo ferventem Patris animum et zelum indefessum erga proximi salutem admirari incipiunt modo germani. E monasteriis virginum hic duo sunt, et praecipua illa, quae P. Canisium asciverunt, et iam receperunt patrem atque confessorem, eumdemque sibi cupiunt concionatorem. Sed senatus Viennensis rogavit et exoravit per consulem suum ut in alio templo, quod in tota civitate mihi videtur esse post cathedrale divi Stephani commodissimum et pulcherrimum [4], iam deinceps concionetur.

Die sancto Natalis Christi cum idem Pater vix ante lucem

---

[1] *etiam peste laborantibus.* Haec Polancus substituit loco vocabuli *pestilenticis*, quod scripserat Martinus.

[2] *aede maiore.* MARTINUS.

[3] *gerit incarceratorum.* MARTINUS.

[4] Hoc erat templum Sanctae Mariae ad Ripam, ut videre est in *Historia Societatis, Prov. Austr.* a P. SOCHER, lib. I —Unde male transcripsit haec Polanci librarius, qui in *Chron.*, t. II, pag. 574, ann. 1552, n. 373, sic ait: "…. ut in templo D. Stephani, quod post cathedrale commodissimum erat, deinceps concionaretur„.

sacrificasset (in quo sacro multos habuit communicantes utriusque sexus homines), statim egressus e templo currum expectantem invenit, ut in pagum quemdam et illic sacrificaturus et concionaturus sese conferret. Cum enim multis abhinc mensibus nullum illic Pastorem habuissent, enixe rogarunt ut e nostris aliquem per Natalitias Christi ferias loco Pastoris haberent. Quo in loco laete quidem acceptus et retentus est Pater, magnamque sibi messem comperit, tum in visitandis et consolandis infirmis (quorum etiam confessiones audire, et animas Dominico corpore communire curavit), partim in docenda iuventute, quam in templo collegerat, et in admonendis illis rusticis, quos concione quotidiana ad pietatem exhortabatur. Ingressus domum quamdam, reperit ibi senem, ac prorsus decrepitum nonagenarium, qui et lachrymis et gestibus declarabat satis quam grata sibi esset Patris praesentia, de cuius manu posset sacram synaxim suscipere. Diutius quidem illic, quam manere statuerat, detentus est. Abiens autem, vix eos compescere potuit, ut munera, quae offerebant, sibi ipsi retinerent: multumque illi promiserunt pecuniarum, si festivis redire diebus vellet ad concionandum.

Viennae ab afflictis et desperatis idem Pater Canisius adiri iam coepit et accersiri [1], quod sparsus de eo rumor videatur, quo pacto quibusdam miserrimis, Christo favente, subvenerit. Ex quibus una, multo iam tempore decumbens, omnem suae salutis spem amiserat, et neque a medicis curari, neque a confessariis consolationem accipere potuit, quia se a Deo relictam aiebat, magnisque signis comprobabat se correptam et obsessam a daemone, ut noster etiam medicus de illa iudicavit. Hinc in terram saepe prosterni, et huc illuc violenter nocte dieque detrudi, abripique videbatur; propalabat aperte gravissima prioris vitae peccata, propter quae iuste se damnatam, seque daemoni traditam asseverabat. Quare cum pater ad illam venisset (nullus enim confessorum [2] curam illius habere voluit [3] amplius), eo permovit primum miserrimam, ut integre peccata totius vitae confiteretur; deinde, tum orationibus, tum adiura-

---

[1] Martinus scripserat: *idem Pater iam coepit visitari et accersiri.*
[2] Sic Martinus; Polancus *confessariorum.*
[3] Polancus *volebat.*

tionibus et exorcismis, sic vires daemonis, illam corporaliter affligentis, repressit, ut iam domo libere exeat, et quotidie Dei templum visitet, atque uti sana domi suae laboret, et singulis mensibus Eucharistiae communicet, magnamque totius vitae mutationem prae se ferat [1]. Quae res nihil mirum si magnae sit multis aedificationi, unde [2] plures etiam matronae nunc veniant confessurae.

Hoc vero possumus affirmare, Societatis nostrae institutum magis magisque nunc in dies inclarescere et, ut nunquam antea, bonum de nostris odorem in Christo undequaque spargi, ut nunc sentiant tandem non esse nos, uti existimabant prius, Gallos dumtaxat, vel Italos Hispanosque. Auget hunc populi favorem nobis, quod munera constanter a nobis videant refutari, quae sane nec raro nec exigua hic Patribus obtruduntur. Nuper curru quidam ad nos vehenda curarunt esculenta et poculenta; alii gallinas iubent introduci. Quidam, vitulo in ipsis proiecto foribus, velut indignabundus abcessit; sed mox curatum est ut conductus baiulus vitulum ei, qui miserat, reportaret. Alii carnes alias, et fructus, confectiones et id genus alia dona liberaliter offerunt, magnaque contentione, ut recipiantur, instant; sed ab omni munere (laus Christo) manus excutimus, neque libertatem nostram his illecebris vel expugnari, vel imminui permittimus, licet in refutando sit saepe vel ad contentionem usque certandum. Mirantur igitur quod gratis officia, quae requirunt a nobis, sacerdotalia praestemus.

Nec deest R.do Patri Victoriae sua messis, praesertim apud Hispanos et Italos, quibuscum exercetur sedulo magnoque cum fructu quotidie. Pergit adhuc diebus festis italice concionari, et audiunt illum nonnumquam R.mus Nuntius Apostolicus [3], et legatus venetus [4], praeter nobiles alios. In audiendis confessionibus saepe ac multum occupatur; tum valde gratus est in aula Regia, praesertim apud matronas nobiles, quae illi confitentur, ex Reginae familia. Deinde bonam nostrorum partem, domi confitentem, solet audire hebdomadatim.

Circa ferias quidem has Christi natalitias rarae nobis con-

---

[1] Ubi Polancus scripsit *prae se ferat*, scripserat Martinus *cunctis exhibere possit*.
[2] *ut eo*, Martinus.
[3] Hieronymus Martinengus.
[4] Michaël Surianus.

solationi fuit tot diebus videre patres in audiendis confessionibus impeditos; et praeclarum suae pietatis exemplum edidit R.mus Nuntius Apostolicus, qui non solum ad Patres confessurus accedit nobisque impense favet, sed etiam totam iussit familiam, eamque amplissimam, suam ad Sacramentum altaris, postquam confessi essent domi nostrae, accedere, communemque christi Natalem nobiscum celebrare. Quibus accesserunt et alii complures, ut non mediocris certe tum confitentium, tum communicantium domi nostrae et alibi cum nostris, numerus extiterit.

Omiseram pene, quod dictum oportuit de incarceratis, qui cum antea difficiles se nobis, et non modo surdas aures, sed etiam rebelles animos praeberent, ut etiam bene monentes deridere et contemnere viderentur, suique in murmurando similes esse pergerent, nunc tandem, animi posita ferocitate illa et pervicacia, nos audiunt et amant et colunt ut qui maxime. Itaque ad hos consolandos et confirmandos frequenter imus, festis diebus potissimum, ibique, nudato capite et porrecta dextera, nostros humaniter miseri suscipiunt, et de salute sua monentes libenter auscultant reverenterque dimittunt. Novit hoc populus, et probat hanc in nostris curam atque charitatem, quod non solum consolemur afflictos et doceamus ignaros, sed etiam, ut nunquam senserunt antea, frequentes et amplas illis colligamus et apportemus eleemosynas. Effectum est enim a nostris, ut nobiles quidam in miserorum istorum gratiam multos aureos contulerint nostrisque patribus reliquerint dispensandos. Quare vestes et calceos et indusia praeparari curavimus; atque ut paulo mollius, nocte praesertim, tractarentur, sed et corporaliter aliquando recrearentur, dedimus operam. Itaque longe profecto nunc alia quam prius forma cernitur carceris, in quo nonnullos etiam invenimus, qui precationem dominicam omnemque precandi formulam ignorarent; et rursus empta sunt illis per nostros rosaria, vel coronae [1] (ut vocant), quae nunc in usu frequenti habent, nobisque ostentant adventantibus velut suae pietatis insigne, quo illi haud parum gloriantur.

De schola dixi aliquid supra, cuius quidem fructum nobis amplissimum permulta pollicentur, si, cessante tantum hac pe-

---

[1] *vel coronae* additum a Polanco.

stifera lue, profiteri in schola nova nostri publice possent. Nec desunt etiam nunc, qui suos nobis liberos instituendos offerant atque commendent, ut hinc iam ad nos venire coeperint pueri ac nobiscum sane manent perlibenter. Nam et iniussi, cum ex more precamur sub meridiem (ter enim quotidie ad orationem convenimus omnes ut tam multa et dira irati Dei flagella, quae circumquaque desaeviunt, tandem mitiora fiant), adsunt illi ultro, precationes ipsas curant transcribere, magnaque erga nostros animi propensione feruntur, ut dicant etiam se fieri velle Iesuitas; hoc enim nomine vulgo dicimur. Coepimus autem doctrinam istis christianam proponere, quod vel maxime referat innocentes hos animos syncere salutis pabulo reficere, et adversus tot haeresum pestes, quae longe hic lateque grassantur, praemunire. Sed finem scribendi facio, Christumque precor optimum max.^{um}, ut quod per nostros hic coepit, gratia sua conservet, augeat promoveatque in gloriam nominis sui sempiternam; qua in re valde nos consolatur et animat, quod nobis haud defuturas putemus preces, non modo R. P. T., sed etiam aliorum omnium Patrum ac fratrum, quemadmodum sane talibus nostri egent subsidiis, in hac praesertim Germaniae corruptissimae, imo perditissimae, messe. Dominus Iesus cum hoc anno novo novum nobis spiritum ingeneret, ut rite circumcisi veros sui nominis fructus nobis et aliis pariamus.

Viennae die festo Epiphaniae anno Domini 1553.

R. P. T. filius minimus,

MARTINUS STEVORDIA.

Alia manu, in marg. 4.^{ae} pagellae: Viennae, 1553, die Epifaniae, 6.ª Ian.

Et paulo inferius: Mandata a Spaygna per duas vias, et Portugalo.

CXCV

P. Bartholomaeus Hernandez
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 6 Januarii 1553 [1].

IHS

Muy R.do in X.ro P.e
Gratia et pax Christi sit nobiscum.

Aunque por otras he avisado á V. P. cada mes de lo que acá pasa, agora daré cuenta más en particular de los hermanos y exercitios de esta casa. Los que agora estamos aquí somos quinze con el P. Doctor [2], cinco sacerdotes y los demas hermanos, los xi theólogos; estos todos proceden muy bien con grande aprovechamiento en virtud y en sus estudios; tienen mucha cuenta con la mortificacion de sus passiones y con el vencimiento de ellas y con la verdadera resignacion de sí mismos, y tratan de esto y procuran de buscar los medios todos que pueden y les dan licencia para alcanzar esto: házense muchas mortificationes en casa. Hanse hecho este verano muchas peregrinaciones, yendo pidiendo por Dios y posando en los hospitales, y algunos de los que fueron predicavan por donde ivan con grande edificacion de los próximos y con mucho spíritu. Hizieron hazer en muchas partes la cofradía del nombre de Dios, que se dice del no jurar. De todo esto parece

[1] *Epist. quadrim., 1553-1554.* Autographum, duplici fol. n. 444.—Est et autographa latina versio, sed a Polanco castigata, duplici item in folio, n. 441, quam infra subjiciemus.
[2] P. Dr. Michaël de Torres (Torrensis, Turrianus), Superior.

que N.ro Señor les da mucho aprovechamiento en su spíritu. Tienen agora mucha cuenta con sus liciones y tienen horas señaladas para repetir y para la reparacion [1] de ellas y conclusiones cada ocho dias. A esto ayuda que los preceptores que agora aquí ay de theología, son muy doctos.

Hanse occupado los Hermanos y Padres muchas vezes este verano y agora en las fiestas en ir á visitar los hospitales y consolar los enfermos, y los Padres an confessado muchos. Tambien se tiene mucha cuenta con los presos de la cárcel con predicar allí los domingos y confessar á los presos, donde avia algunos que no se avian confessado de XII y de XIIII annos. Van las fiestas á enseñar la doctrina xpiana. otros hermanos á los niños á los lugares comarcanos, y un P.e ha predicado en uno de ellos los domingos, y ha entendido en unas amistades de que parece averse servido N. S.

El numero de los estudiantes que viene á esta casa á se confessar y comulgar cada domingo, máxime en estas Pascuas, es grande, y parece notablemente hazerse mucho fructo en sus almas por la bondad del Señor. Mujeres no se admite casi ninguna para confessiones, por causa que occupan mucho y somos pocos, aunque con algunas monjas no se puede dexar de cumplir, que lo piden con mucha instancia. Tambien somos llamados muchas vezes para aiudar á morir á los que están en el artículo de la muerte, y con esto parece mostrar mucha devocion el pueblo. Tambien vienen aquí á casa muchos á comunicar espiritualmente. De Granada, donde estuvo el P. Juan Alvarez el año pasado con otro hermano, los quales ya son venidos, ha instado mucho el governador, que está en lugar del Arzobispo, y otras personas nobles y cibdadanos, porque vaian allí algunos Padres de la Compañía, poniendo delante el gran fructo que se haria, y para esto an hecho donacion el P. Santa Cruz [2], que está en Coimbra, y un otro su hermano clérigo, que reside allí en Granada, y desta embiaron una escritura aquí; es de unas casas que valen dos mil ducados y de otros ciertos censos perpetuos con esta condicion,

---

[1] Sic; melius fortasis *preparacion*, cui respondet in latina versione *praevidendis*.

[2] P. Santacruz, granatensis, alius a P. Petro Santacruz; fortassis Jacobus. Vide POLANCO, *Chronic.*, t. II, pag. 621, ann. 1552, n. 473.

que vayan á residir allí Padres de la Compañía; y con lo que otros se offrecen á dar y con esto avrá de presente para más de seis hermanos: no se a podido responder por la falta que ay de los subjectos. Tambien aquí ay muchos y buenos que querrian ser admitidos á la Compañía, y por la falta que ay del lugar no lo son. El Señor, que es Provisor universal, lo provea todo como más conviene para su maior gloria. Amen.

De Salamanca á 6 de Henero 1553.

Indigno hijo de V. P.,

† Hrrz. †

Superscriptio: IHS. Al muy R.do en X.o p.e el p.e M. Ignatio, prepósito general de la comp.a de Ihs. en Roma.

Et alia manu. 1553. Salamanca, del P.e Herrz, 6 de Gennaio.

Vestigium sigilli in cera rubra.

Praecedentium litterarum Bartholomaei Hernandez latina versio [1].

IHS

Gratia et pax X.i sit nobiscum.

Quamquam per litteras, quas ad te singulis mensibus dedi, certiorem fecerim de his, quae hactenus apud nos gesta sunt, reddam tamen in hac tibi sigillatim rationem et fratrum et studiorum huius domus.

---

[1] In eodem vol., duplici folio, n. 441. Autographa tota est manu Patris Bartholomaei Hernandez; sed eam P. Polancus emendavit, quo sic emendata exscriberetur a librariis et in Societatis domos mitteretur. Jam vero quia emendationes hujusmodi sensum reddunt quandoque nonnihil diversum ab eo quem intendit primarius auctor, operae pretium visum est duplex, ut alias jam fecimus, harum litterarum exemplum transcribere, primo scilicet quod scripsit Hernandez, deinde idem sed prout e manibus Polanci castigantis evasit.

Nunc igitur sumus hic quindecim numero, inter quos et patrem Doctorem refero; atque ex his quinque sacerdotes, decem vero tantum fratres, rursus undecim theologiae et morum probitati studiose incumbentes, caeteri ministeriis domus occupati, omnes autem (velut in id coniurati) moderandis, deprimendis et mortificandis animi affectibus ac propriae voluntati abnegandae enixe operam dantes quoad cuique per superioris facultatem conceditur. Huc pertinent, quae multae domi fiunt, mortificationes; et extra domum proximo vere factae sunt peregrinationes. Et ut nostrorum mortificatio cum aliorum aedificatione coniungeretur, peregrini nostri ultra victus et hospitii mendicationem, euntes praedicabant ferventes evangelium cum tanta proximorum aedificatione, ut multis populis persuasum sit ut simul proponerent non amplius nomen Dei nostri assumere frustra, sub certis legibus et poenis iurantibus taxatis, quam institutionem confraternitatem nominis Dei (scilicet sanctificandi) vocant: his igitur spiritualibus studiis videntur animi fratrum vegetari.

Litterarum insuper studia vigent, tum quia praevidendis et audiendis, relegendis et conferendis lectionibus, disputandisque octavo quoque die conclusionibus sunt destinatae horae, tum etiam quia doctores, qui hic nunc theologiam profitentur, sunt egregie et apprime docti.

Diebus festivis, quibus cessant a lectionibus audiendis, vacant fratres visendis hospitiis et carceribus, consolandis infirmis et vinctis audiendisque poenitentibus utrisque; ex vinctis praesertim per conciones aliquas ad ipsos habitas adducti sunt quidam ad confessionem, qui duodecim et etiam quatuordecim annos eam omiserant. Aguntur demum eorum res quantum per occupationes alias fratribus permittitur. Alii vacant docendis pueris christianam doctrinam in ruribus huic civitati vicinis, et in quodam praesertim eorum pater quidam ex nostris cum concionaretur, composuit pacem inter quosdam rusticos, quod credo fuisse Dno. gratissimum.

Tantus est scholasticorum concursus, qui ad confessionem et sacram communionem suscipiendam accedunt, ut facile coniicere possis magnos animarum suarum fructus in dies augeri. Foeminarum confessiones non audimus; maior enim esset in ipsis audiendis occupatio, quam pro sacerdotum numero; quam-

quam quibusdam monialibus prae ipsarum flagitatione auditum denegare non possumus.

Vocati saepe accurrimus animandis consolandisque his qui in extremis sunt constituti, qua re videtur maxime concitari populi devotio.

Conveniunt insuper ad nos multi propter spiritualem communicationem.

Pater Ioannes Alvarez et quidam noster frater, qui anno proximo fuerunt Granatae, iam ad nos reversi sunt, a quibus cognovimus quam ardenter cupiant granatenses ut degant apud se aliqui ex nostris. Hoc petiit ardentissime gubernator, Archiepiscopi granatensis locum tenens, et alii proceres et cives, proposita spe maximi fructus; neque id solum verbis sed rebus etiam petunt; donavere enim iam quidam et obtulere alii quantum ad sustinendos plures quam sex fratres sufficiet. Nam pater Sancta Cruz, qui est Conimbriae, et quidam ejus fratrer, qui Granatae degit, donaverunt iam ad hoc per publicam et authenticam scripturam, quam ad nos miserunt, domum quamdam, quae duobus mille ducatis aestimatur, et census quosdam perpetuos; alii vero alia promisere hac tantum lege ut sint Granatae aliqui ex patribus Societatis. Nondum potuimus ad hoc quicquam certi respondere propter mittendorum fratrum penuriam; pauci enim hic sumus, ut iam retuli, futuri sine dubio plures si rerum suppeteret usus. Sunt enim hic multa et literis et bonis moribus satis apta ingenia, quae nostram Societatem anhelant. Suppleat Dominus benigna largitate sua omnia, quae desunt, eo pacto quo magis ad gloriam sui sanctissimi nominis novit pertinere.

Salmanticae, postridie nonas Ianuarii anno Domini mill.mo quingentesimo quinquagesimo tertio.

Paternitatis tuae

Servus inutilis,

† Hrrz. †

Superscriptio in quarta pagina: Admodum R.do in X.o patri M. Ignatio Praeposito generali societatis Iesu, Romae.

Alia manu: 1553. Salman. Quadri. Ianu. et A. Q. V.

Sigilli et cerae vestigium.

Praecedentium Bartholomaei Hernandez litterarum latina versio cum emendationibus a P. Polanco inductis [1].

†
IHS

Gratia et pax X.i sit nobiscum.

Quamquam per litteras, quas ad te singulis mensibus dedi, certiorem fecerim de his, quae hactenus apud nos gesta sunt, reddam in hac *breviter* rationem, *R.de P.r*, et fratrum et studiorum huius domus. Quindecim numero *hic sumus,* inter quos quinque sacerdotes; rursus undecim theologiae et morum probitati studiose incumbentes, caeteri ministeriis domus occupati: omnes autem (velut in id coniurati) moderandis, deprimendis et mortificandis animi affectibus, ac propriae voluntati abnegandae enixe operam dantes, quoad cuique per superioris facultatem conceditur. Huc pertinent, quae multae domi fiunt, mortificationes. Extra domum proximo vere factae sunt peregrinationes. Et ut nostrorum mortificatio cum aliorum aedificatione coniungeretur, peregrini nostri, ultra victus et hospitii mendicationem, euntes praedicabant ferventer evangelium cum tanta proximorum aedificatione, ut multis populis persuasum sit, ut simul proponerent non amplius nomen Dei nostri assumere frustra sub certis legibus et poenis iurantibus taxatis, quam institutionem confraternitatem nominis Dei (scilicet sanctificandi) vocant. His igitur spiritualibus studiis videntur animi fratrum vegetari.

Litterarum studia vigent tum quia praevidendis, audiendis, relegendis et conferendis lectionibus, disputandisque octavo quoque die conclusionibus sunt destinatae horae; tum etiam quia doctores, qui hic nunc theologiam profitentur, sunt egregie et

---

[1] Voces, quas Polancus propria scripsit manu, italicis characteribus hic describemus.

apprime docti. Diebus festivis, quibus cessant a lectionibus audiendis, vacant fratres visendis *xenodochiis* et carceribus, consolandis infirmis et vinctis, audiendisque poenitentibus utrisque. Ex vinctis praesertim, per conciones quasdam ad ipsos habitas, adducti sunt quidam ad confessionem, qui duodecim, et etiam quatuordecim annos eam omiserant. *Eorum etiam libertas curatur,* quantum per occupationes alias fratribus permittitur. Alii vacant docendis pueris christianam doctrinam in ruribus *et pagis* huic civitati vicinis.

Tantus est scholasticorum concursus, qui ad confessionem et sacram communionem suscipiendam accedunt, ut facile coniicere possis *in eis* magnos animarum fructus in dies augeri. Foeminarum confessiones rarius audimus; maior enim esset in ipsis audiendis occupatio quam pro sacerdotum numero; quamquam quibusdam prae ipsarum flagitatione auditum denegare non possumus. Vocati saepe occurrimus animandis consolandisque his, qui in extremis sunt constituti; qua re videtur maxime concitari populi devotio. Conveniunt insuper ad nos multi propter spiritualem communicationem. Pater Ioannes Alvarez et quidam noster frater, qui anno proximo fuerunt Granatae, iam ad nos reversi sunt, a quibus cognovimus, quam ardenter cupiant granatenses *habere* apud se aliquos ex nostris. Hoc petiit instantissime gubernator, archiepiscopi granatensis locum tenens, et alii proceres ac cives proposita spe maximi fructus. Neque id solum verbis sed rebus etiam petunt: donavere enim iam quidam et obtulere alii quantum ad sustinendos *nos (sic) paucos* fratres sufficiet; nam Pater Sancta Cruz, qui est Conimbricae, et quidam eius frater, qui Granatae degit, donaverunt iam ad hoc per publi*cum instrumentum,* quod ad nos miserunt, domum quamdam, quae duobus mille ducatorum aestimatur, et census quosdam perpetuos: alii vero alia promisere, hac tantum lege, ut sint Granatae aliqui ex Patribus Societatis. Nondum potuimus adhuc quicquam certi respondere propter mittendorum fratrum penuriam; pauci enim hic sumus, ut iam retuli, futuri sine dubio plures si rerum suppeteret usus. Sunt enim hic multa et literis et bonis moribus satis apta ingenia, quae ad nostram societatem anhelant. Suppleat Dominus benigna largitate sua omnia, quae desunt, eo pacto quo magis ad gloriam sui sanctissimi nominis novit pertinere.

Salmanticae postridie nonas Ianuarii anno Domini mill.^{mo} quingentesimo quinquagesimo tertio.

Paternitatis tuae servus inutilis,

† HERNANDEZ. †

Superscriptio. = Ihs. Admodum R.^{do} in X.^{o} patri M. Ignatio Praeposito generali societatis Iesu. Romae.

Alia manu: 1553. Salaman. Quadri. Ianu.
et A.
Q. V.

CXCVI

Gerardus Cools (Brassica) Dordracensis,
Ex commissione Patris Leonardi Kessel,
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 10 Januarii 1553 [1].

IHS

Gra. et pax Domini nostri Iesu Chri. sit cum omnibus nobis. Amen.

Quadrimestre tempus expiravit, Reverendissime in Christo Iesu pater. Obedientia iubet paternae tuae celsitudini ea, quae apud nos gesta sunt hocce temporis intervallo, breviter per-

[1] Autographum inter *Litter. Quadrim., 1553-54,* duplici folio, nn. 301 et 302. Has litteras decurtavit, ut moris erat, ignoti cujusdam, certo flandri, manus, et earum sic decurtatarum bina habemus exempla, unum inter ipsas *Litter. Quadrim., 1553-54,* n. 306, quod in quarta pagina haec habet: *a Portugalo y a Spagna per duoi vie:* alterum, Roma Complutum missum, in *Historia varia,* vol. I, fol. 302.

stringere, iuxta nunquam laudandam satis almae nostrae Societatis consuetudinem, quam et apostolos et primos patres usurpasse legimus. Ex eodem enim ceu fonte exuberantissimo plurimae commodorum venae scaturiunt: haec quippe tuae paternae curae filiorum studia tamquam pensum exhibent: filiorum quoque industriae acria calcaria admovet ne socordes et inertes stertant. Inter fratres vero mutuam concordiam et charitatem alit, notitiam et familiaritatem spiritualem multo solidiorem corporali conciliat. Hoc internuntio fratres sese invicem mirabilibus stimulis excitant, monent, docent, consolantur. Si quae gaudia, si quae prosperitates, augentur dum communicantur plurimis. Adversa vero minuuntur et leniuntur multorum humeris imposita. Proinde R.dus P. Leonardus [1], licet occupationum undis obrutus, minime eam intermittendam existimavit, quin potius id muneris ad me transtulit minimum fratrum meorum et ineptum prorsus hominem. Sed cedat obedientia pudori. Suscipiat genitus erga tam pium et fidelem parentem affectus quod recusat imbecillitas. Benedictum nomen domini nostri Iesu Christi nunc et in saecula saeculorum, qui nos tam abundanter benedictionibus dulcedinis suae praevenit. Siquidem [2] omnia nobis hic Coloniae praeter spem succedunt; plures passim invenimus fautores et amicos quam credideramus. Unde magna spes P. Leonardo de Coloniensibus affulget. Multae segetes feliciter quotidie enascuntur. Faxit Deus Opt. Max., cuius est incrementum dare, ut ad maturam frugem perveniant.

Bonus odor in vulgo de nobis spargitur, qui multum nobis favet, frequentius solito Patrem accedit et libenter audit ipsum. Multi omnem occasionem nobis gratificandi venantur: operam suam pollicentur, pecunias offerunt, et repulsam passi, per alios oblique et clam nobis obtrudunt. Omnibus votis exoptant sanctum illum videre diem, quo Societati collegium erigatur, aut quo, concessa potestate privilegiis libere utendi, domus extruatur, non parvo desiderio flagrantes eam supellectile exornare et aliis donis dotare, quorum pia animi affectione quis non multum

---

1 P. Leonardus Kessel, sociis Coloniensibus praepositus.

2 Quae ab initio hucusque Gerardus scripsit, ab ignoto flandro, quem supra meminimus, lineis, ne exscriberentur, clausa sunt, et eorum loco haec in margine scripta: *Admonet me bona consuetudo, quam ab apostolis et primis patribus usurpatam legimus, ut quae apud nos proximo quadrimestri gesta sunt breviter perstringam. Itaque.*

in Domino gaudeat? Nonnullae matronae nobiles iuxta ac honestae Patri xeniola hoc fausto anni principio misere, quae, licet parva, magnam tamen erga nos benevolentiam declarant. Hae etiam parva nostra limina tenere non dedignantur. Porro vicini nostri magno honore nos indignos prosequuntur. Multum nos amant. Lubentissime et cum desiderio Patrem audiunt eiusque consiliis morem gerunt. Omnia meliora promittunt.

Saepius confitendi opportunitatem venantur. Inter quos mulier quaedam haud infimae notae, quae usque ad canos vitam non satis probam et honestam duxit; iamque annis decrepita in istis sordibus suis, quasi conclamatum esset de salute, iam Tartari foribus propinqua computrescebat, ignitis P. Leonardi sermonibus adeo excitata fuit, ut subito in aliam mutata sit; iam flet, iam luget, iam stat in firma animi sententia reliquum vitae in amaritudine animae, peccata sua recolendo, traducere, et singulis hebdomadis expurgato corde per confessionem, salutare corpus dominicum sumere in gratiarum actionem pro tantis beneficiis, in propositi constantiam, animae robur et augmentum gratiae. Profecto mutatio haec dexterae excelsi. Sapientis enim verissimum dictum: adolescens, iuxta viam suam, senescens, non recedet ab ea. Difficilius enim nihil, ut in proverbio est, canem veterem assuescere loris. Sed nihil impossibile ei, cuius nutui omnia subiacent. Magnum hoc Dei beneficium [1]. At maius quod sequitur.

Famosa quaedam meretrix, ah! quid dixi meretrix? imo ne cum impudicissimis scortis comparanda; cloaca eluvierum et nequitiarum, multos annos vitam perditissimam duxit, donec eam inedia, paupertas et innumera adversa oppresserunt, quae cordis oculos, quos voluptas occluserat, reserarunt: quid multis? In memoriam sui reducitur, ad cor redit: oh faustissima infortunia! Sed quid? heu! magna peccatorum moles nimio pondere ad desperationis barathrum deprimit: at inexhausta Dei clementia, quae eam in vas suae bonitatis parabat, non destituit consilio. Etenim eam direxit ad P. Leonardum; lachrymatur amare: intima cordis arcana pandit. At ubi suavissimus

---

[1] Haec etiam, a verbis *Inter quos,* cancellavit flander et eorum loco substituenda apposuit in margine sequentia: *Inter quos mulier quaedam non infimae notae, quae ad canos usque vitam prorsus poenitendam duxit, ignitis P. L. sermonibus ita excitata est ut dignissimos poenitentiae fructus non cesset operari, quod silentio brevitatis causa praetereo.*

rivulus dulcissimi eloquii patris Leonardi, divinae consolationis pleni, cor per amaritudinis magnitudinem exsiccatum irrigavit, protinus exsiliunt scatebrae aquae dulcis salientes in vitam aeternam; et tanto cum gaudio sese in domum recepit, quasi ad pedes Domini provoluta salutarem illam vocem audivisset: *Mulier, remittuntur tibi peccata tua, vade in pace* [1]. Et ex illa hora, exemplo Mariae Magdalenae et Mariae Aegiptiacae, novam vitam duram et austeram magna animi alacritate aggressa, in qua adhuc fortiter perseverat, et in dies magis ac magis promovet, Patri subinde confitetur, cui gratias non cessat agere ingenue confitens colloquium Patris ianuam fuisse aeternae salutis. Miratur tota Colonia; stupent malorum consocii, quos quondam pulchritudinis suae hamo ad inferos trahebat, iam conversionis suae novitate ad Christum revocat.

Huius generis est illud quod iam referam: lux illa magna de qua psalmista canit *Non est qui se abscondat a calore eius,* suis misericordiae radiis illustravit cor involutum riis [2] tenebris cuiusdam adolescentis, qui florem adolescentiae suae contriverat per abrupta libidinis et vitiorum ruendo, per quae solet ferri lubrica illa aetas nisi frenis timoris Dei et capistro virtutis cohibeatur. Est hic stemmate clarus at vera in nobilitate nihil eo ignobilius [3]. Incidit hic tandem in lumen verborum P. Leonardi et statim illuminatus est. Saepius confitetur. Mirum quantum brevissimo tempore mutatus Hectore ab illo [4], ut Virgilii hemistichio utar.

Plures sacerdotes, canonici, bacchalaurei, promoti et patres Vestalium [5] utuntur Patre confessario. Nuper utriusque iuris

---

[1] Neque his pepercit noster flander, sed a vocibus *Ah! quid dixi* delevit totum et brevius hoc in ora paginae posuit: *Famosa quaedam mer., quam magna peccatorum moles innumeris adversitatibus tandem cognita in desperationis barathrum iam deprimebat, ubi intima cordis arcana amare lachrymans P(atri) L(eonardo) pandit et consolatoria ejus verba audivit, protinus tanto gaudio perfusa in domum se recepit, ut ad pedes domini provoluta salutarem illam vocem audivisse videretur: mulier, remittuntur tibi peccata tua, vade in pace.*

[2] Atramento super fuso velatum adeo est hoc vocabulum ut legi non possit. Videtur tamen scriptum *cymmeriis.*

[3] Etiam haec, a vocibus *lux illa magna* deleta sunt et eorum loco sequentia in margine ab eodem flandro apposita: *Quidam adolescens stemmate clarus, qui florem adolescentiae per abrupta libidinum et omne genus vitiorum turpiter contriverat.*

[4] .... *quantum mutatus ab illo*
Hectore.... Aeneid., II, 274 et 275.

[5] *promoti et patres vestalium*, promoti ad gradus in Universitate Coloniensi, sc. magistri, doctores, etc., et monasteriis monialium praefecti.

doctor, vir magni nominis et doctrinae praeclarae Patrem in confessarium sibi optavit seque vicissim Patrem nostrae Societatis re ipsa exhibet, magnoque ex intimis praecordiis desiderio res nostras promovere satagit. Hoc adiutore numquam res nostrae cum Episcopo Coloniensi meliore in loco fuere. Est enim Episcopo ab intimis consiliis [1]; hic cum nonnullis aliis viris egregiis causam nostram in se transtulit; verum de his ipse P. latius T. R. perscripturus est.

Innumeri utriusque sexus homines vehementer desiderant P. Leonardum confessarium, si daretur opportunitas. Templum enim nostrae parochiae rarius patet, proinde vicini, matronae nobiles, et doctores sollicitant ut in summo templo confessarius succedat in locum nuperrime demortui, ut ipse Pater forte latius T. P. edocebit. Pestis hic Coloniae coeperat grassari, sed iam mitius sese gerit. Dolendum multum quod religio in sancta hac urbe et pietatis quondam arce tantum frigeat et in dies magis deficiat. Omnia hic et annonae caritate et belli miseriis perturbantur. In futuram aestatem novorum bellorum minae intentantur. Oh infelicem Germaniam! Oh quanti tibi constat vani hominis perversa doctrina! Homines tamen, proh pudor! tantis malis non mitigantur sed magis ceu durissima saxa indurantur. Oh pectora adamantina! Oh caecos oculos, quos tantae afflictiones non aperiunt!

Nunc autem ad res domesticas venio. Numerus fratrum ad numerum ternarium adauctus est hisce mensibus, non sine praesagio multorum bonorum: siquidem hic numerus sacerrimus in Scripturis habetur; qui omnes, quisque in suis studiis gnaviter pergunt adeo ut me, frigidissimum alioqui hominem, suo fervoris igne multum inflamment. Sancta quaedam nec minus iucunda lucta saepe pascit oculos meos, dum grave certamen oritur pro lavandis scutellis et aliis sordidiusculis operibus, dum hic furtim alteri munus praeripit. Tanti quisque facit humilia exercere officia aliisque inservire; nec immerito; persuasum enim habent inde excelsas gratiae divitias promanare.

Obsecro, mi Pater, liceat per tuam paternam pietatem fratrum Coloniensium commune munusculum fratribus suis Roma-

---

[1] Conveniunt cuncta haec Dri. Dno. Joanni Groppero, de quo videndum POLANCI *Chron.*, praesertim t. II.

nis more patriae nostrae offerre hoc novo anni initio. Oh fratres nostri in Christo Iesu dilectissimi, obviis excipite ulnis fraternae dilectionis xeniolum, quod pauperculi fratres vestri ex intimis cordis penetralibus offerunt: Mellifluum nomen Iesu cum corolla et ambitu ex hisce floribus et gemmis conserta. Iesu nomen corde colendum, ore laudandum, moribus exprimendum. Eia igitur, o fratres charissimi, fortiter pergite (ut feliciter coepistis) nomen Iesu ad astra tollere, Iesum voce, Iesum sana doctrina, Iesum operibus praedicare toti terrarum orbi, ex quo iam pene exulavit. Optamus vos communibus votis quam optime in Iesuchristo omnes valere, supplices orantes ut nostrum in sanctissimis vestris precibus memores sitis.

Tuae sanctitatis, observande Pater, flagrantissimis orationibus nos omnes devote commendamus, quos T. P. gremio suo confovere non desinat, quam nobis incolumem quam diutissime conservet bonitas Iesuchristi.

Coloniae, anno 1553, 4 id. Ianua.

Ex mandato Reverendi P. Leonardi.

Tuus in Christo Iesu filiolus,

GERARDUS BRASSICA, DORDRACENSIS.

Superscriptio: R.do patri Ignatio de Loiola, Societatis nominis Iesu antistiti vigilantissimo, Romae.

Alia manu: 1553. Quad. Coloni, 4 id. Ian.

Et alia: R.—5.

CXCVII

Hieronymus Galvanelli
Patri Ignatio de Loyola.
Bononia, 11 Januarii 1553 [1].

IHS

La gra. del S.re sia sempre cō noi. Amen.

Benche, R.do in Christo P.e, del tutto innetto mi cognosca a tal officio fare (come in vero è) cioè di racogliere insieme le cose di maggior importanza operate dal S.re per meggio dil nostro R.do P.e Maestro Fra.co [2] in tutto questo tempo di quattro mesi passati, conciosia che in me non ritrovi cosa alchuna de quelle le quali si richedono esser' in quello, il qual' debbe trattar' simil cose. Imperhoche si ricerchi in tal persona grande spirito, e non pocha dottrina, le qual cose cōgiunte insieme assai aiutano l' homo e l' fanno perfetto. Nondimeno per essermi stata imposta da nostro P.e questa cura, al qual' non o havuto ardir di contradire in cosa alchuna, fidatomi adūque più nella virtù santa, cha *(sic)* nelle mie piccol' forze, mi sono apparechiato a scriver'. Primamente adūque dirò a V. R.da P.tà delle cose che appertēgono alla utilitade delle anime in cōmune et dil frutto

[1] *Epist. Quadrim., 1553-1554;* tota autographa in duplici folio sub nn. 103 et 104; et quia tota autographa est, orthographiam et interpunctionem, quam adhibuit auctor, in ea transcribenda servabimus.—Est etiam in foliis 106 et 107 harum litterarum exemplum in latinum versarum ab ipso Galvanello subscriptum, quod infra subjiciemus. Cernitur in eo Polanci manus alia emendantis, supprimentis alia. Habemus etiam antiquum exemplum apographum litterarum sic a Polanco castigatarum, in folio unico, n. 105.

[2] Franciscus Palmius, Bononiensi domui Societatis praepositus.

che si vede di esse. Dipoi brevemente diremo alchune cose delle più notabil' operate da nro. P.e per divina gra. Ultimamente restarāno dir delle schole et dil frutto che nasce di esse, poi della casa nostra.

Quāto adūque al frutto delle anime (dico ciò che sento nel cor mio) mi pare che serà adempito ciò dice il Signore nello Evangelio che gli ultimi seranno e primi et e primi seranno gli ultimi. Tāto è, P. in Christo, il fervore delle anime che ci vengono a confessare dal nro. P.e che io mi cōfondo quando li penso, perche certo superano, in devotione et disciplina s.ta, i medemi relligiosi, cosa degna di grāde admiratione; parlo tāto degli homini come delle donne. Il numero de tali che si confessano et cōmunicano ogni festa, è, ben credo, più di cēto. Ma in capo dil mese, perche si acostumano qua le processioni dil S.to Sacramento, cōmunemente si sogliono confessare più di ducēto persone, e nelle feste signalate il numero è assai più grande che quasi nō se li po satisfare sēza grādissimi incōmodi dil P.e Et nel giorno di Natale si cōmunicarono nella nostra chiesa presso 100 anime. Et questo bastarà quanto al frutto delle anime.

Hor vengo alle opere dil P.e nostro; et questo mi occorre primo a dirli come a i giorni passati li fu presentato un judeo acio lo instruesse nelli principii di nostra fede, perche lui havea bon desiderio di volersi far' christiano. Nella quale cosa nostro P.e si affaticò assai et li acresçete il bon' desiderio che havea; dipoi instrutto bene in ogni cosa, lo fece battegiare nel vescovato di questa cità con grande concorso dil populo et non pocha edificatione.

Al presente lui persevera et vive christianamēte con molta edificatione dil populo, et spesse volte vene al nostro Collegio, dove ode ogni Sabbato la dottrina christiana insieme cō i nostri scholari. Anchora nostro P.e , non contento di quel merito che si aquista in udir' tutto il giorno cōfessioni et altre opere pie, va spesse volte a visitar' li incarcerati, dove fa grāde frutto exortādo quelli poveri preggioneri alla patienza et altre virtù, per il che, quādo si parte da essi, ne rimāgono sconsolati, perche vorrebono che stasse con esso loro assai più che nō fa. Ma lui per essere domandato da molti per alchune opere pie et altri negotii spirituali, nō a tempo. Et spesse volte accade che S. R.a non a tempo de pigliar' refectione corporale per le grande occupa-

tioni che a et per esser' richiesto da molte persone di qualità a cōfessar' infermi, a exortar', consolar' et aiutarli a soportare ogni cosa per l' amore dil suo Creatore. Nō lasciarò anchor' di dirli come S. R.ª persevera nelle sue solite predicationi con molta sodifatione de tutti gli auditori, et a bona audienza, che le feste di cōtinuo vi sono presso trecēto persone alla predica. Il frutto, che ne uscisse, non è picholo; e tra molte altre predice che a fatto sua R.ª, ne fece una questi giorni passati della discretione et prudēza dil viver' christianamēte, trattādo quelle parole del' Apostolo *Obsecro vos per misericordiam Dei ut exhibeatis corpora vestra etc.* Dove gli era molta gēte e di bona cōditione molto devote et spirituale, ale quale havendo dismostrato quāta utilitade e necessità havesse in se la discretione et molte altre cose, subito esse, finita la predica, se ne andorono a casa, et spogliatosi e cilicii che portavano et le discipline con le quali se battevano spesse volte per insino il sangue, le portorono al P.ᵉ, perche tutto questo facevano sēza licētia et cōmissione di S. R.ª Ma tra molte fu ritrovata una, la quale, pensādosi esser guidata, si ingānaba. Questa di cōtinuo portava il cilicio, digiunava molto, et faceva molte altre cose indiscretamēte, per le quali si causava una grāde infirmitade et periculo della vita: ma che più è, battevasi con una catena de ferro alchune volte per tre hore di cōtinuo, et diceva che nō si strachava mai, et che sarebbe anchora andata drieto battendosi, se nō havesse havuta paura di esser' stata udita da vicini. Dil che laudato sia Nostro S.ʳᵉ, il qual illumina per meggio di servi suoi quelli, che vanno per le tenebre della ignorātia, et che si regono secōdo e sensi suoi. E anchora ricercato N. P.ᵉ da molti monasterii di monache accio li vadi a predicar, ma sua R.ª, non potendo satisfare a i boni desiderii e volūtade pie delle persone, va alchune volte a visitarli, et dali alchuni boni documenti spirituali, cō i quali se aiutino per il presente, comme possono et sanno.

Hor vengo alle schole; e po quanto al numero, è pocho più o ver mancho di quello che era l' altra volta. Tutti si confessano ogni mese, et alchuni de' maggiori si cōmunicano. Fanno anchor' assai bon' frutto nelle lettere, e ne i costumi; et nella prima classe vi sonno otto o ver' diece di bona sperāza, e ben modesti, devoti e quieti, di bona cōditione tutti, e figlioli de nobili della cità. Nella casa nostra niuno delli fratelli sta otioso:

ogniuno si sforza di superare il fratello in virtù; et per gratia dil Signore tutti s' affaticano accio vadino inãzi nel spirito et nelle lettere, e di dar bono essempio al prossimo, et insieme aiutarlo in quello che potemo et sapemo.

Adũque, P. R.do nel S.re, questo bastarà al presente. Più cose haveria potuto dire, se io mi pensasse che V. R. P. le desiderassi, et se sapessi che essa si delettassi della longezza delle lettere. Ma una sol cosa tutti insieme domãdiamo a V. R. P. cioè, che lei si degni di pregare al S.re per noi indegni servi suoi, acio si degni darci gra. di esser' veri figlioli suoi humili, et insieme veramente obedienti.

Di Bologna alli xii di gienaro, 1553.

D. V. R.a P. servo in X.o

Girolamo Galvanelli.

In postremae paginae margine haec leguntur verba: Quadr. Bologna 11 de Genaro 1553.

Praecedentium litterarum Hieronymi Galvanelli latina versio [1].

IHS

Pax Christi. Amen.

Etsi, Rde. in Christo P., me prorsus ineptum eiusmodi officio perficiendo agnoscerem (ut re certe vera est), hoc est colligendi recensendique graviora quaeque hic toto hoc quadrimestri tempore elapso a P. Nro., divino spiritu praevio, confecta, cum in me rerum illarum, quae tanto munere functuro inesse debent, deesse scirem. Nam mea certe sententia, is non minori

[1] Duplici in folio nn. 106 et 107. Subscriptio tantum est manu Patris Galvanelli.

spiritu pietateque quam rerum peritia industriaque munitus decoratusque esse debet, quae res si simul connexae in homine reperiantur, eum perfectum terretemque *(sic)* reddunt. Attamen cum haec mihi cura ab obedientia demandata esset, ei non parere scelus esse putavi. Magis igitur virtute confisus quam vi propria ad scribendum me composui.

Primum igitur agam, R. P., de rebus quae ad profectum animarum attinent et nobis scitu pulchriora occurrent, paucis tuae P. significabimus. Deinceps P. Nri. gesta, addito scholasticorum necnon et fratrum in utroque studio profectu, breviter persequar.

Igitur quod ad eorum profectum spectat, quibus P. N. sancta sacramenta solus adhuc hactenus administravit (vera etenim loquor), tantus est in eis animi vigor atque divini amoris ardor studiumque pietatis, ut haec de illis dicere non verear: *erunt novissimi primi et primi novissimi*. Et certe dum haec saepius attenta cogitatione complector, a me ipso abhorreo; etenim in pietatis studio relligionisque observantia, relligiosis ipsis praestant, longeque eos antecellunt, quod certe omnes in admirationem ducit. Horum numerus de quibus nunc agebam, qui singulis diebus festis sacramenta frequentare assolent, est paulo plus centum animarum. Sed cum hic assueverint fieri supplicationes in sanctissimi Sacramenti honorem singulis quibusque mensibus, numerus item confitentium communicantiumque conduplicatur. In praecipuis vero solemnitatibus confitentium numerus adeo magis est, ut vix P. N., absque maximis incommodis, omnibus satisfacere possit; et in die natalis Dni. elapso, in nostro templo communicantium numerus fuit circiter septingentarum animarum. Sed de his satis dictum sit. Ad alia venio.

Hisce diebus ad P. nrum. deductus fuit quidam iudaeus, ut eum in nrae. fidei rudimentis instrueret; cupiebat enim christianus fieri; qua in re P. N. sedulam operam dedit, illumque magis ad Christi fidem amplectendam inflammavit, atque in iis omnibus, quae ad christianam religionem faciunt, optime exercuit; deinde, paratissimus ad omnia inventus, sacro lavacro ablutus est in aede sacra divi Petri, ubi aderat magna pars populi. Hic vero ita pie vivit, ut unicuique christiano sit optimo exemplo; saepissime etiam gymnasium nostrum frequentat et singulis diebus sabbati audit doctrinam christianam cum pueris

nostris. Verum P. N. eo merito, quod sibi in audiendis multorum confessionibus et in erigendis afflictis comparat, non contentus, saepius adit captivos eosque ad virtutes hortatur, quibus certe hortationibus non parum excitantur; quod, quando ab illis discedit, aegre ferant; vellent enim ut diutius secum maneret; sed cum eius consilium a multis requiratur, illi non vacat. Et non raro id accidit ut vocatus ipse ad infirmorum confessiones audiendas, ad illos excitandos, hortandos confirmandosque, denique in spem futurae salutis erigendos, illi cibum sumere non liceat. Praeterea perseverat in suis concionibus neque ex illis parum commodum percipiunt auditores, quorum nec exiguus est numerus; adsunt enim ferme singulis diebus festis concioni tercentae animae. Neque illud silentio omittam, ipsum inter alias conciones, quas habuit, hanc habuisse de discretione, super illa Apostoli verba *obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum,* cui aderant permulti optimae conditionis homines et matronae, quibus cum ostendisset quantum utilitatis et necessitatis in se haberet s.ª discretio, multi praeterea a concione statim domum properarunt et, exutis ciliciis, quibus induebantur, arreptisque flagellis, quibus se caedebant ad cruoris usque effusionem, omnia ad Patrem nostrum detulerunt, quia haec absque eius consilio faciebant. Ex multis autem inventa est una, quam daemon sub specie recti perdere conabatur: haec perpetuo cilicium gerebat, saepius ieiunabat, caedebat se catena ferrea, et aliquando persistebat in flagellatione tres horas nec ullam intermissionem faciebat: haec praeterea protulit se numquam minus defatigatam fuisse quam tunc temporis; et iis addebat quod adhuc perseverasset, ni timuisset audiri a vicinis suis: multa praeterea faciebat quae longum esset recensere, quibus si perseverasset, in maximum vitae discrimen incidisset. Et quia verebatur ne sibi catena surriperetur, seipsam illa super carnem cingebat. Benedictus sit Dominus, qui servorum suorum opera eos, qui in tenebris ignorantiae ambulant, quique sensuum suorum iudicio male [1] reguntur, illuminat.

Non desunt etiam monialium coenobia, quae P. Nri. operam

---

[1] Verbum hoc, *male*, additum est a Polanco.

expostulent, ut eo concionatum eat, horteturque moniales ut pietatem relligionemque amplecti velint. Sed cum ipse piis omnium votis satisfacere non possit, ut est eius animus atque sincerus affectus, aliquando ea coenobia adit, ibi nonnulla pia ac santa documenta relinquit, quibus relligiosae illae se exerceant.

Sed ne diutius iis quam par sit haereamus, ad gymnasium nostrum venio. Scholasticorum numerus idem pene est quam superioribus litteris R. P. T. scripseramus: omnes singulis mensibus confitentur et nonnulli ex maioribus sumunt sanctam Eucharistiam; nec parum proficiunt in moribus et litteris. In p.ª vero classe sunt octo vel decem adolescentes, nati optimis clarisque parentibus, qui nobis non parvam sui spem dederunt. Sunt enim ingenue educati, quieti et valde pii. Domi nostrae nullus otiatur; unusquisque alterius virtutem aemulatur, conaturque, Dei ope fretus, quam maximos in utroque studio progressus facere; deinde ut sit in omnibus virtutis exemplum operam dat. Enitimur etiam pro virili nostra opem ferre proximo in eo quod scimus et possumus. Quamobrem, P. R., haec tibi sufficient. Plura certe referre possem, si id te optare et si scirem te nostra prolixitate delectari. Unum tantum a R. P. T. postulamus, ut Deum Opt. orare velis ut gratiam illam nobis servis indignis elargiri dignetur, qua te, p. opt., agnoscamus veneremurque ut veri filii, humiles obedientesque esse possimus. Vale. bononiae iii.º idus ian.ʳⁱⁱ 1553.

R. T. P. servus in X.º,

HIERONYMUS GALVANELLUS.

Superscriptio in quarta pagina: Al Molto R. in X.º Padre il p. M. Ign.º de loyola, Preposito gnale. della Compag.ª di Iesu in Roma.

Alia manu: Ex Bononia.

Et alia: Bologna, del 53. Ianuar.—53.

CXCVIII

P. Arnoldus Hezeus
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 16 Januarii 1553 [1].

IHS

Gratia Domini nostri Iesu X.i sit semper cum omnibus nobis. *Elapsum iam esse tempus sanctae obedientiae vinculum ob oculos ponit, Reverend. in X.o Pater, quo ad Domini Dei gloriam V. P. ut pareamus, quatuor mensium nobis reddenda est ratio.* Rudiori *igitur* Minerva ea potissimum narraturus, quae maximo Dei beneficio nobis vilibus instrumentis a septembri concessa sunt, a R.do *colendoque mihi* Patre Adriano [2] primum auspicandum putavi, qui *statim post paucos dies mei adventus, videlicet* 16 calendas octobr., ad recuperandum corporis sanitatem (sine cuius integritate nec animabus debite satis subveniri potest) Antuerpiam profectus est, eodemque die, quo materna subiit tecta, et ipsum chirurgum, quem aliunde vocaverat, advenisse percepit, qui *omnem suam offerens operam* perfectam se, *divino adiutorio,* absque ulla scisione, corpori sanitatem inducturum pollicebatur. Verum postquam iam duos pene menses sub fidei eius commendatione, *ac corporis protectione* peregerit in multis *variisque* circa cibum, potum omnium-

[1] Tota autographa in quadruplici folio nn. 334-337. — In ea clausa sunt lineis pauca quaedam ne transcriberentur, et tria verba mutata. Ita emendatae epistolae duo habemus apographa, unum in eodem vol., nn. 331-333, alterum, in Hispaniam Roma missum, in *Historia varia,* t. 1, fol. 306-308.—Quae in his apographis desiderantur aut mutata sunt, italicis hic nos litteris transcribemus.

[2] P. Adrianus Adriaenssens, sociis Lovanii degentibus praepositus.

que externorum actus observationibus, parum tamen vel quasi nihil se promovisse videns, alium accersivit medicum, sub quo cum plus languoris quam fortitudinis in membris generari sentiret, quasi de medicis desperans, omnibus semotis, ad divinum confugiens patrocinium, *iter Lovanium versus arripit et* mirum dictu quanta alacritate ad nos rediit. Nec ullo totius vitae suae spatio (ut asserit) hac usus est sanitatis fortitudine, qua ab illo die, cum chirurgum, medicos omnemque illorum operam reliquit, in praesentem usque diem fruitur. Insuper et circulum, quem ab ipsis cunabulis circum lumbos portavit, praeter omnium expectationem deposuit, de quo sane multi ante desperantes, Patris proposito multum restiterunt; at quantum in Domino ex contrario suae opinioni eventu aedificati sunt non facile dixero.

Interea tamen duos hos menses, etsi domo egredi penitus prohibitus esset, non tamen otio contrivisse vel hinc abunde patere potest quod soror eiusdem patris, vidua pia atque devota, saepius ad salutaria *de fonte pectòris eius* hauriendum documenta, ad eius latera assistens, quum inter caetera contingeret Patrem studiorum laudare pietatem, veterumque Patrum frequentem lectionem *quantum ecclesiae utilitatis quantumque animae salutis, necnon quantum pietatis fructus studiosa hinc iuventus exsugeret, si omnes et singuli, sacris musarum studiis dediti, universa Ecclesiae Doctorum opera in suis cubiculis tenerent; quibus auditis* ipsa mox, provolutis ante Patrem genibus, obnixe orare coepit, sibi ab illo, a cuius consilio tota dependet, concedi ut omnia antiquorum scriptorum monumenta fratribus Societatis comparare posset. Patre autem recusante, ipsa nihilominus in eodem haesit proposito nec a pio poterat abduci desiderio, quousque facta voti compos haec omnia nobis comparasset opera, quae haud dubio liberaliter implevit, quandoquidem sexaginta florenorum aut ultra ad nos libros misit. D. Augustini opera iam ter habemus, reliquorum omnium bis, quae quidem et alius Societatis nostrae studiosus adhuc semel emere intendit. Non minorem quoque pietatis affectum et mater eiusdem Patris erga Societatem re et effectu ostendit, quae, praeter omnem patrimonii substantiam, quam adhuc vivens annuatim, ad sustentandum societatis studentes, filio enumerat, praeterquam pulcherrima nec minus sumptuosa di-

vini officii ornamenta, utpote calices, ampullas argenteas et similia, quae Societati donavit, omnes etiam expensas et sumptus, quae Pater in sua infirmitate habuit, totamque pecuniarum summam medicis numerandam exsolvit; plura quoque non ipsa dumtaxat, sed et omnes eius amici, Societati exhibere contendunt, quam specialiter suis testamentis inscribunt, *licet ex testamento Patris, praeter depictam quamdam tabellam quatuor novissimorum, acceperint nihil, quam in primariis suarum aedium locis, quasi sanctum quid, in speculum et devotionem omnium ingredientium collocant.*

At haec forsan terrena dixeris: verum et spiritualia quae Dominus contulit nec prorsus flocci pendenda esse ex hoc satis constare puto, quod in *cubiculo suo seu* aula, ubi celebrabat *in altari portatili, adeo* (quia in publicum exire concessum non erat) communicantes haberet multos, inter quos mater carnalis nonnullique amicorum bis in hebdomada; sorores vero singulis diebus, magno fervore et desiderio sanctam frequentant communionem. *Unde constat non sine foenore Patrem a suis in adversa hac valetudine susceptum fuisse, cum* non tantum ab ipsis in corpore roboratus discessit quantum ipsi in spiritu confortati manserunt.

Venerabiles Domini Doctores, a quo ex Concilio reduces hic excepti sunt, magnam Societati semper ostenderunt charitatem. R.dus Dominus Cancellarius [1] statim post reditum suum nos colloquendi gratia ad prandium vocavit, quo absoluto, animum erga nos suum aperire coepit inquiens: "nihil est in quo mea opera vobis prodesse potero, quin facto exequar, eamdemque ad omnia vos apud me libertatem habere volo, qua ipse usus sum in Concilio cum Reverendis Patribus nostris, M. N. Iacobo Laynez et Alphonso Salmeron, cum quibus vixi quam familiarissime„, quorum simul et V. P. charitati se multum commendat. Eumdem animi affectum ostendit venerabilis Dominus M. N. Tilletanus, qui, in primo ad eum accessu, extensis me amplectens ulnis exosculabatur, sollicite orans ne se V. P. praedictisque Patribus in nostris litteris commendare omitterem, ex quibus quantum in Concilio sint aedificati vix verbis declarare valeam. In festo omnium Sanctorum unus

[1] Ruardus Tapper.

fratrum nostrae Societatis, in occulto tamen, theologiae baccalaureus, in aede sacra Dominicanorum, in praesentia omnium huius almae Universitatis procerum, adeo piam cultamque, necnon tanta cum gratia cunctorumque auditorum satisfactione, orationem habuit, quam sermonem Universitatis appellant, ut se antehac numquam magis aedificativam audivisse protestentur. *Thema orationis erat illud Evangelicum, Lucae,* XIII, "*contendite intrare per angustam portam, quia multi quaerent intrare et non poterunt*„.

Huic accedit et illud nec forsan minore admiratione dignum. Quaedam religiosa ordinis S. Augustini, quae multos annos mater fuit maioris xenodochii, in quo Pater Adrianus professionem suam celebravit, quam in manibus praefati Cancellarii (qui eidem xenodochio spiritualis pater est) Domino Deo summoque Pontifici ac V. P. obtulit, haec, inquam, mater, in sua senectute multis, tam per confessionem quam privatas exhortationes, quas a Patre crebriores excepit, virtutibus imbuta, haud secus ac lucerna cunctis, tum infirmis, tum sibi subiectis sororibus praefulgebat, ad cuius exemplum sororum magna pars Patri confessa est, nec parum in obsequio infirmorum mutata. Huius cum iam e vivorum contubernio migrandi tempus immineret, et tribus diebus in extrema ageret agonia, nos unice sibi adesse orabat; quod vicissim fecimus. Ultimo autem die, ante lucem misso nuntio, citius nos ad se venire postulavit; ivi, ipsique locutus sum spatium quasi horae unius de patientia, constantia et laboribus S. Pauli, quem unice, ut in vita, ita et in articulo mortis in pectore habebat: auditum quoque, quo multum privata fuerat, tam exacte (ut ipsa mihi retulit) recepit, ut minima quaeque verba intelligeret. Verum morte iam urgente, in ipso separationis conflictu Patrem Adrianum absque mora vocari cupiebat, quasi quid illi commendandum haberet; qui *accersitus* quum eam graviter nimis laborantem conspiceret, omnes circumstantes, pastorem, sorores et quotquot aderant, ad orandum pro divino adiutorio hortabatur. Ipse autem ad celebrandum divinum officium se vestibus sacris induebat, nec tam cito missam finierat quin ad moriendum se vergere coepit; atque ita maximo omnium fructu et stupore ad Dominum migravit. Stupore, inquam, quod in extrema ista necessitate nullius praeterquam nostrorum

mentionem faceret nec cuiusvis alterius praesentiam cuperet, cum tamen Doctores, Canonici, summus huius Universitatis Rector, D. Cancellarius et quaevis personae alicuius auctoritatis eam in infirmitate sua visitarent. Sed, pleno intellectu, porrecta manu, in praesentia omnium sororum, nostrorum se commendabat precibus, confidens iis cito liberari de poenis purgatorii.

Alius quidam senex sacerdos, qui pastor fuit nostri templi S. Michaëlis, agens in extremis, Patrem ad se vocavit ut sibi iubilaeum communicare dignaretur, quo accepto, summae reverentiae signo exhibito, Patri gratias agens, mox vinculis corporeis excessit.

Vir quidam spectabilis, utriusque iuris licentiatus, iampridem cum quodam Societatis amico ad Patrem veniens, vinum fratribus propinare atque una cum eis prandium sumere desiderabat ut inde sibi nobiscum familiaritatem, Societatisque notitiam contraheret. Cui cum a Patre responsum esset fratres suis inhaerere studiis et nequaquam hac externa affici recreatione, ab hoc quievit. Sed in alio maioris dilectionis suum erga nos volens declarare animum, pulchras et amplas nobis ad inhabitandum gratis obtulit aedes. Sed commodiores, divina disponente gratia, expectamus. Nam alius quidam vir dives et unicus Societatis amicus aedes amplissimas sitasque in loco commodissimo nobis comparare disponit, quae tribus fere millibus florenorum inscribuntur; asserit enim se multum fructus in vinea Domini de Societate expectare; proinde et aptissimum *ad inhabitandum* nobis quaesiturum locum, etiamsi quatuor aut quinque millia florenorum aut amplius exponeret, *de quibus speramus proximis litteris V. P. certiorem faciemus; interim orandus Dominus.*

Nunc ad studiosorum ut veniamus exercitationem, hoc primum scribendum offertur: plures adolescentes, non vulgari imbutos doctrina, ad nostram aspirare Societatem. *De his, qui ad V. P. venerunt, aliisque rebus multis, de quibus diversis litteris plenius actum est, ne epistola suos excedat limites, in praesentiarum scripto opus nihil esse puto.* Duo iuvenes in Collegio Castrensi, quorum alter secundus, alter tertius aut quartus domus aestimatur futurus, statim, peracta promotione, ad nos venire constituerunt. Ex eodem Collegio promotus qui-

dam Mechliniensis, doctrina et virtutibus tam corporis quam animi satis dotatus [1], per nos Coloniam profectus est ad Reverendum Patrem Leonardum [2], ne hic, quod timebat, ab amicis et parentibus, quibus unicus est filius, a bono suo proposito impediretur, qui se iam totum Societati addixit; cuius exemplo ex eodem Collegio plures ad Societatem subsequuturos speramus. Alium quoque Hollandicae nationis litteris humanioribus probe instructum ad eumdem misimus Patrem, qui non minus in virtutibus proficit; tanto ad Societatem flagravit amore ut, omnibus nescientibus, se illi voto astringeret; *alioquin quietem capere non poterat*. Quidam alius in Collegio Liliensi, qui secundus domus habetur, dudum nobis adiunctus esset, nisi promotio impedivisset, qua absoluta, illico ad exercitia venturus est.

Easdem etiam cum diligentia et fervore pensas *(sic)* fratres domi nostrae diurnas nocturnasque in suis studiis persolvere nituntur eodem, quo superiore cursu ad promotionem properantes. Quorum unus Joannes de Tilia Geldrensis [3], qui sese devotionis ductu ipsa die Epiphaniae voto Societati adstrinxit, primusque Collegii Liliensis designatur. Alii duo nec infimas liniae *(sic)* (ut aiunt) partes obtinebunt. Mirum quanto studio charitatisque ardore omnium fere collegiorum promoti et lectores erga nos incenduntur, et vel maxime Collegii Falconensis, unde nobis omnes praeteritorum temporum tragoediae exortae fuere. Quidam insignis magister, qui ante annum aut alterum primas huius Universitatis obtinuit, si qua via a parentibus et amicis extricatus, omni studio nobis sociari gliscit, cui Pater respondit, cum magister ad eum veniret contristatus valde, eo quod parentes nulla prorsus hac in parte ratione utantur, ut se totum existimaret esse de Societate, et ita cuncta sua disponeret donec Dominus provideret. In hoc optime consolatus discessit [4].

---

1 "Hic fuit Magister Franciscus Costerus.„ POLANCO, *Chron.,* t. II, pag. 593, ann. 1552, n. 412.

2 P. Leonardus Kessel.

3 "JEAN VAN DER LINDEN (DE TILIA), né en Gueldre, docteur en théologie, admis à Cologne en 1552, mort à Lorette le 24 août 1559.„ DELPLACE, *L'établissement de la Compagnie de Jésus aux Pays-Bas,* Appendice, 4.*—De eo plura in *Historia Societatis* et in *Cartas de San Ignacio.*

4 Hic in paginae ora apposuit Arnoldus signum Λ et haec verba: *plura in fine.* Ea

Similiter et hi, qui nuper mihi nonnihil commotionis excitaverunt apud Rectorem Universitatis, *quod alias latius scripsi*, maiore quam unquam antea in nos benevolentia afficiuntur.

Quidam iuvenis *20 aut 22 annorum* ex Collegio theologorum his diebus magno cum fructu spiritualia absolvit exercitia, ex quibus tantum incensus fuit erga Deum, ut ne avelli quidem ab aedibus nostris potuerit, nam semel abductus a quodam fratre, ducente vix reverso, et ipse fores pulsabat, nec domum exire voluit, donec Pater per obedientiam idipsum praeciperet. Voluit enim Pater ut spiritum suum per aliquot dies et extra exercitia probaret, ac tum demum maturo ad nos consilio veniret. Optimum in suis spargit odorem, qui ibidem circiter 40 morantur. Non dubitamus quin plures secum ad Christum trahet.

Ipsa D. Catharinae festivitate Pater suae captivitatis [1] annuum diem celebravit uti sequitur. Venerabili Sacramento in altari solemniter exposito, choro haud secus exornato ac si primitiae celebrandae essent, deinde optimis Societatis ornamentis eodem in loco uterque celebravimus summa cum populi devotione nec rara frequentia, etsi rei causa maiori parti involuta penderet; nihilominus peracto Missae sacrificio, ad sanctissimae Eucharistiae communionem suscipiendam multi aderant parati; altero enim celebrante, alter in confessionibus audiendis persistebat. Ante et post uterque [2].

Quanta quidem ex omni genere ad confessionem confluit multitudo ex sequentibus apertius patebit. Me unum in festo omnium Sanctorum praecedentibus et subsequentibus feriis, circiter trecentis a confessione fuisse, cum tamen in eodem templo praeter me tres quoque aut quatuor confessiones audirent. Similiter in festo Natalis Domini ab ipso die, qui S. Thomae sacer est, in quintam usque feriam post festum, *tam ante quam pomeridiano tempore* in multum quoque noctis uterque confessiones audivimus, hoc ordine *observato;* quod ii, qui ad sacram communionem accedere intendunt, ante prandium con-

---

autem *plura* ad epistolae calcem, post subscriptionem eodem signo iterato, quas *postscripta* exaravit, et nos simili hic loco describemus.

[1] Vide Polanco, *Chron.*, t. ii, pag. 287, ann. 1551, n. 245, et *Litter. Quadrim.*, t. i, pag. 452, 502 et 507.

[2] Ante et post *missam celebratam* uterque in confessionibus audiendis persistebat.

fitentur; a prandio vero quotquot sunt, sive studiosi, sive servi, ancillae, scholastici atque pueri ad confessionem veniunt; eodem modo omnibus dominicis et festivis diebus *in audiendis confessionibus* progreditur: hoc enim quotidiano spectaculo tantum hominum animi commoventur, quod non solum ecclesiasticum seu religiosum sed vix sutorem invenire est, qui non pro nefario haberet scelere si non, festivis ac dominicis diebus, vespertinis precibus, concionibus, nec saepius officio missae interfuisset aut a quatuor seu quinque mensibus confessus non esset, quandoquidem in numerosa hac multitudine vix trigesimus aut 40 a Paschate non confessus repertus est. Idem et sibi contigisse pastor testatur. Sit illi laus a quo omnia proveniunt.

Est hic quidam concionator, vir insignis, maioris ecclesiae canonicus, theologiae Doctor, *M. Adrianus a Brouerschauen,* summus nostrae Societatis defensor et familiarissimus amicus, qui tum sua auctoritate divinoque, quo pollet, ingenii iudicio, raraque eloquentia, tum novitatis [1] zelo, quo nulli parcere cernitur, quasi catervatim populum post se trahit; hic (inquam) omnia, quae a nobis in confessione *hominibus* proponi possunt, maiore multo vigore observanda de suggestu proclamat, adductisque ecclesiae Doctorum auctoritatibus, quibus totus incumbit, ad salutem necessaria esse confirmat, adeo *quidem rigide* per confessionem, frequentem communionem, luxus depositionem, ac superflui in pauperes elargitionem, populum inducit ad arctam viam arripiendam, quod, praeter eam, damnationem evitandi nullus restet modus; et quia circa eamdem versamur materiam eumdemque scopum tenemus, ad maiorem infirmantium confortationem inter nos conventum est ut ea, quae nos in silentio et aure hortamur, ipse super tecta praedicet, quibus non parum et animi confitentium stabiliuntur et aemulorum ora obstruuntur, qui inter caetera, ad avocandum a nobis hominum affectus, et hoc machinati sunt se valde dubitare an nobis confessi absoluti habeantur, nec ulla re tanto se velle exponere periculo dicere non verentur, eo quod Episcopi admissionem non habeamus, quibus certe

---

[1] Sic perspicue Arnoldus; at forte mens illi erat scribere *veritatis* aut quid simile. Ni verba haec *novitatis zelo* ita intelligere velimus quasi diceret *zelo, quo in novitates invehebatur.*

non possent non simplicium corda labefactari. At omnia ista his concionibus divinaque directione in nihilum facile rediguntur; quibus quam larga messis praeparetur quamque uberem ex confessionibus in horrea Domini invehantur fructus, populi mutatio et quotidiana declarant exempla.

Matrona quaedam perdives et luxu saeculari abundans, quae, a quo Patri confiteri coepit, totum deposuit, nec deposuisse satis existimabat conservando in scriniis a quo toties conspurcata esset anima, sed quadam vice sola in cubiculo totum, videlicet, aurea cingula aliaque argentea aureaque mulierum ornamenta malleo confregit, timens vendere ne aliis superbiendi ansam praeberet. Tertiam pretii partem pauperibus distribuit.

Quaedam virgo, eidem Patri confitens, eum consuluit cupiens omnes suas facultates vendere, pauperibus elargiri, ac ita per totum vitae spatium mendicandi pro Christo occasionem habere. Sed Pater, ne pium videretur spernere desiderium, nec etiam temere suo consensu puellam in extremam statim proiiceret inopiam, prudenter ei respondit, inquiens: "tu necdum tantam apud Dominum meruisti perfectionem; sed potius omnibus tibi precibus instandum est ut tandem hac gratia digna invenieris.„ Tales hic plures sunt: aliquae etiam, multis abundantes divitiis, quas omnes ad nutum Patris resignare et quidquid pro Dei honore fieri posset efficere sunt paratissimae.

Quaedam monialis professa, subtilibus quibusdam diaboli commentis male persuasa, ad saeculum redire *suaeque professionis religionem relinquere* clam fugiendo decrevit; eo tamen praetextu quod suo tempore ad eamdem vel similem reverti vellet. Nacta autem occasione et mentis conceptum in actum perducere disponens, intolerabili cordis correpta est angustia, qua cum extricandi se modum quaereret, de nobis animo illabitur recordatio : mox consurgens ante lucem, ne quam suarum ea offenderet, ad templum *nostrum, hoc est*, S. Michaëlis properat, ubi omnes liberum ad nos accessum habent, et maxima compunctione lachrymarumque inundatione confiteri coepit, nec inde discessit priusquam mirabili quadam illuminatione mentis in tantam conscientiae denudationem esset inducta, ut ab infantia numquam tam apte et integre *sicut hac vice* se confessam diceret. Ita hinc atque inde diabolicis detectis versutiis,

in divino confortata amore, omni consolatione ad suas reversa est, citius eligens mori omnesque angustias et iniurias ferre, quam a sua religione apostatare, ut multoties postea ad confessionem recurrens, satis demonstravit.

Quamvis enim coenobia hic plurima habeamus, magnam tamen eorum, monialium praecipue, penuriam patimur; adeo enim certatim ea ingredi virgines exaestuant, ut quinque quandoque, unius, ut ita dicam, morte, loci evacuationem expectent; graviter admodum mundum ferentes, magnam sibi reputant fieri iniuriam eo quod pro voto suum dilectum nudum Iesum amplecti non permittantur.

Ad sacram communionem, ut in aliis festis, ita et magis in hoc festo Nativitatis Domini, ingens multitudo accessit, ab ipso die natali usque in quintam feriam non minore libertate ac solemnitate, quam si Pascha celebratum fuisset. Quibus diebus, uti singulis dominicis et festivis, in summa pompa, ornatu, celebritate atque luminarium copia Venerabile Sacramentum in altari expositum fuerat ab ipso diluculo in meridiem usque, quod ante duos annos Lovanii nunquam visum est. Unde etiam quot peccatores, quam saxea corda, in dies ad contritionem, devotionem, confessionem et communionem commoventur, quotidiana nos abunde docet experientia, qui huic operi adiutrices debemus manus apponere. Quandoquidem de extremis civitatis partibus, tum ad audiendum (praefati M. Nri.) concionem, tum ad confessionem et communionem turmatim homines confluunt. Novum enim hinc exortum proverbii loco in ore omnium fertur dicterium: in templo Sancti Michaëlis aperta semper inveniri promptuaria; quia coelestis ille panis in aeternum benedictus, uti quotidianus ab ipso Patrefamilias appellatus est, ita etiam quotidie filiis eiusdem familiae in spiritualem refectionem partitur. Inde eo tandem (quamvis non exiguo labore nec sine oblatrantium mordacitate) devenisse videmus, ut aut omnes aliarum ecclesiarum pastores idipsum in suis ecclesiis exhibere cogantur, aut (quod absit) toto paulatim grege destituantur, quia oviculae, desertis etiam suis pastoribus, pinguiora sectantur pascua. Ne igitur pastores, quales Propheta [1] depingit, gregem non ducentes reperiantur, nonnulli, retra-

[1] Ezechiel, cap. XXIV.

ctis tanta ab oblocutione labris, eodem huic morbo *medicamine* maturius subvenire consuluerunt; atque ita elaboratum est ut *non solum apud nos sed* etiam in ipso civitatis meditullio et cathedrali templo D. Petro sacro, ubi quandoque publice huic communicandi consuetudini contradicere, imo famelicis sanctum negare cibum solebant, iam omnibus dominicis festivisque diebus *publice* in altari cunctis *communicare cupientibus* paratus exponitur, apposito sacerdote, qui certo stipendio conductus, a prima luce usque in meridiem accedentibus Corpus Domini administraturus continuo assistit; ex quo quantum fructus in Domino speramus, mente facilius cogitari quam verbis exprimi potest; hoc namque unico exemplo multorum *contradicentium* ora obturantur, *multorumque* pusillanimum corda confirmantur, apud quos, mox ubi detractoris lingua, nostra de frequente communione instituta damnantur, in saliva natat responsio: "hoc ipsum in aede S. Petri quoque fieri in qua primatus sceptra tenet„; sic nullis amplius intricari possunt opinionibus. Hoc vero non tam novum quam pium institutum, tantum ad S. Petrum quantum apud nos, aeque pauperes et divites promovere *et magnificare* student; hi ex auro, argento pretiosisque vestibus, quibus superbi corpus polire solent, Sanctissimo Sacramento velamina et tabernacula contexunt; illi vero vel maiore solicitudine emendicant, quibus cereos, luminaria, aliaque in divini cultus obsequium necessaria comparent, imo ut hoc ipsis concedatur multis *adhuc* precibus ab animarum suarum medicis exorant. Est hic quaedam familia, maritus senio confectus, probus, uxor satis debilis; hic vir in virili sua aetate immensis laboribus viribus iam destitutus, domi nendo cum uxore tantum corrasit, quo duos florenos annuos emit: hos cum Venerabili Sacramento dedicare statuerint, uxor Patrem de hoc consuluit, qui eos ad pastorem nostrum, cui maior familiae erat notitia, remisit; et cum nullatenus maritus a suo posset avelli proposito, quinque aut sex florenos pro devotione semel largiretur permittentes, summam ipsam pro liberis educandis reservari voluerunt. Quaedam alia vidua Patrem, cui confitetur, oravit sibi consentiret ut velum ex puro auro contextum emere posset, suspendendum in altari supra Venerabile Sacramentum, quando exponitur; simile enim in templo S. Petri habetur, a quibus superari nolunt; sancta

profecto superbia, qua Deum puro corde honorificentius coli contendunt!

Multae certe spei nobis hic ostium apertum est messisque copiosissimae in herbis ubertas apparet. Confunduntur iuniores in pravis suis consuetudinibus (contra quas etiam publice sumus concionati), superfluitatibus rerumque creatarum abusibus, temporis ob iniquitatem introductis, quae vel mordaciter tenere atque defendere conantur, adducentes Patrum avorumque monumenta, qui etiam christiani fuerunt, nec omnibus tamen abdicatis superfluitatibus pomposis, conviviis et similibus spretis, toties confitendi communicandique ritibus observatis, quemadmodum nunc volumus, vixerunt, et omnes regna Tartaria petiisse dictu esset horribile. In his regnum coelorum vim pati quis negabit? a quibus, nonnisi confracta natura, vi et violentia, per conciones et confessiones abduci queunt. Seniores vero hac populi mutatione in stuporem rapiuntur, ut mihi narratum est a fidedignis, ab aevo Lovanii visa non esse vel in provectiori aetate fieri, quae iam in ipsa pubertate erga divinum cultum non sine spiritali recreatione exerceri cernimus. Benedictus sit ille, qui, per vilissima instrumenta sui operis, maiora quandoque operari dignatur. His valeat R.da V. P. nosque semper suis orationibus commendatos habere dignetur.

Lovanii, 17 Calendas februarii, ipsis feriis S. Antonii Abb. 1553.

V. P. servus indignus,

ARNOLDUS HEZEUS.

Λ Promotus ille primus Universitatis (de quo supra), civitatis fere potentissimus, se iam totum resignavit voluntati Patris nostri, paratus proficisci [1] (parentibus, amicis et omnibus postpositis) quocumque terrarum eum mittere voluerit. Verum quoniam agendum erit cum parentibus, qui ut iuxta mundum valde sunt potentes, ita nec parvam ab iis tragoediam expectamus,

---

[1] *Proficisse* scripsit Arnoldus.

quandoquidem se ipsos prodere voluerunt eo quod Patri confiteretur aut theologiae studere vellet. De hoc P. T. cum ipsius, tum Patris Adriani, speciales litteras expectabit.

Superscriptio. † R.do in X.o Patri D. Ignatio Gnali. Praeposito Societatis Iesu.

Romae.

Et ad sinistram paginae oram: Franco.

Alia manu: 1553. Lovanii, 17 Cal. Febr.

CXCIX

P. Paulus d' Achillis
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 27 Januarii 1553 [1].

IESUS † MARIA

Molto R.do in Christo Padre.

La gracia e pace di Giesu Christo nostro Signor sempre cresca ne i cuori nostri. Amen.

Per non mancar' de sodisfar' all' oblігho dell' obedienza, ciò che la divina Maestà per suoi indegni instrumenti di questo Colleggio s' è degnato operar' in questi quatro mesi in breve referirò.

Il R.do nostro P. M.ro Hieronymo Nadal con la sua venuta e presentia in questo Colleggio è stato molto utile, assettando egli le cose di quello come si desiderava, etiandio servendosi

[1] Autographa tota manu Patris Pauli d' Achillis in duplici folio nn 170 et 171.

Giesu X.º di sua R. non poco in molte opere pie, a quali ha atteso et attende tuttavia. Et tra le altre, si è aggiuttato il Monte della Pietà, opera in questa città molto pia per subventione delli poveri già instituita, et se ne sono per l' Iddio gratia aggiuttati molti.

Molti priggioni parimente se sono liberati; subito che egli fu arrivato, ne fece liberar' quindeci et al Natale più di cinquanta, aggiuttando a pagar' gli loro debiti de certe limosine che egli procurò, et se sono consolate molte anime che erano in gran miseria.

Ha etiam procurato limosine per li poveri bisognosi et amalati, et per l' Iddio gratia dato tal ordine ch' ogni settimana vinti case de simili poveri sono aggiuttate.

Et oltra a questo si provede ogni giorno a 12 poveri d' estrema necessità infermi, et se sono molto col divino favor' rihavuti che, stando altrimenti come abandonati, grandemente pericolavano.

Appresso ha aggiuttato che doi case de orfani, una in Catania, l' altra in Calatagirona, siano dotate, quale pur per mezzo suo furono fundate l' anno passato.

Di più uno monasterio de convertite, che per sua opera l' anno passato fu fundato in Trapani, ha procurato e solicitato sia hora de una assai bona entrada dotato; oltra di questo, ha procurato siano fundati alcuni monasterii di capucini.

Item che sua Ex.ª con tutto il Regno supplicassi al Imperador' conceda gracia si puossi unir' un' altra Abbatia al Colleggio di Messina, come ha concesso per quello di Palermo; et sopra ciò a soa Maestà s' è già scritto [1].

Ha procurato che un Colleggio de preti secolari con buona intrada e casa s' è unito a quello delli orfani, procurando anche accommodarlo de più intrada; et questa opera et unione si spera sarà per molto servitio del S.or et aggiutto spirituale di quei poveri fanciulli.

Al presente S. R. attende a fundar' in Palermo un monasterio de monache riformate per metervi certe gentildonne principali; et darassi la cura dell' opera alli frati delli scalzi, buoni religiosi; et sperasi sarà per molto servitio del S.or, edificatione

---

[1] Vide POLANCO, *Chron.*, t. III, pag. 225, ann 1553, n. 493.

del prossimo et principio di riformarsi monasterii ad imitatione di questo.

Di più l' Archivescovo de Palermo, con tre altri Vescovi del Regno insieme col favore del Vicerè, hanno deliberati, mediante la gratia di Giesu X.°, de riformar' li monasterii del Regno, et sua Ex.ª ha ordinato chel P. sia con loro et veda come se ha de far' per mettere in effetto questa bona opera.

Sua Ex.ª sta molto animato e deliberato di riformar' questo Regno et introdure dottrina et spirito per mezzo della Compagnia; et per ciò, dando special cura al P.ᵉ M. Hieronymo Domenech accio da sua parte a V. P. di questo raguagli et da quella ottenga et ne meni alcuni boni suppositi, accioche possino fondar case della Compagnia per tutto il regno, specialmente nelle città et terre grosse, che saranno come Colleggii.

A molte altre opere pie per tutto il Regno anche attende S. R. col favore divino et aggiutto di Sua Ex.ª

Nella renovatione delli studii comminciò a legger' hebreo [1], la quale lettione continua, et in quella persevera con buono auditorio; et delli auditori che veneno, doi sono dottori in theologia, l' uno secolar', l' altro dominicano de gran nome in questa città. Predicha anche li giorni di festa et a sempre havuto et ha al presente molti auditori et persone molto principale.

Come s' è fatto per il passato et principio et rinovatione delli studii, in questo M. Rogerio hebbe una oratione latina, presente il Magistrato et molti altri gentilhomini, et per favor' et gratia di Giesu X.° l' a fatto con molta satisfattione de tutti.

Il giorno sequente li Regenti cominciorono a legger', et hora nelli ordinarii essercitii delle schole, in compositione de versi, epistole et orationi, con fervore et diligentia perseverano, vedendosi ogni dì più l' augmento del frutto delli scholari; et il Padre ha menato un lettore greco di Messina [2], il quale legge con molto auditorio et satisfattione et frutto; et tutti li scholari, seghondo il solito delli Colleggii della Compagnia, si confessano ogni mese, et alcuni più spesso, et si communicano. Li Regenti si sforzano colla gratia del S.ᵒʳ instituirli, sì nel spirito sì etiam nelle scientie.

---

[1] P. Hieronymus Natalis.

[2] "Magister Angelus Policinus, quem Messana, ubi admissus egregie profecerat, secum P. Natalis adduxerat.„ Polanco, *Chronicon,* t. II, pag. 544, ann. 1552, n. 513.

Alli essercitii della Chiesa ritornando, M. Michael [1] ogni domenica predica et sempre è venuta molta gente et di volta in volta più cresce il numero delli auditori et di persone molto nobili, tanto homini, quanto done, et, si come è manifesto, molto satisfa; et claramente è più concorso nelle prediche, dottrina christiana, confessioni et communioni che mai. Oltra di questo M. Michael alcuna volta va a predicar' ad alcuno monasterio principale di questa città de monache, et per la gratia de Iddio si fa molto frutto, et ogni giorno quasi vengono al Padre a pregarlo che vogli mandarlo a predicare; se fussino qua più predicatori, d' altre bande siamo richiesti, a quali, non potendo altrimenti, cola bona volontà si satisfa.

Ogni venerdì io leggo la dottrina christiana, come solevo, et hora viene assai più gente del solito et, come si spera per la bontà de Iddio nostro Sig.^{or}, non senza frutto spirituale delle anime.

Questo Natale le confessioni sono state in gran numero; li confessori sono stato occupati tutta una settimana; se sono confessati et communicati nella chiesa nostra de S.^{to} Antonio più de trecento persone, fra qualli molti gentilhomini et gentildone, et molti notabilmente se sono aggiuttati per la gratia de Giesu X.^{o} et totalmente deliberati de mutar' vita con molta efficacia. Molti di quelli che frequentano la confessione molto vano inanti nel spirito, et alcune vergine hano deliberato de viver' in virginità senza voto, altre de intrar' in monasterio et farsi monache professe.

Ogni prima domenica del mese il P.^{e} predica in S.^{to} Antonio alle gentildone; si è sempre ritrovata presente la S.^{ra} Contessa, figliola di sua Ex.ª [2].

Et ogni primo sabbato del mese parimente io predico in S.^{to} Andrea alle peccatrice; sono doi opere pie et molto utili in questa città, et se sono hora riformate.

Quanto allo augmento del Colleggio, il P.^{e} ha ricevuto doi novitii in la casa de probatione; tutti doi de bone parti et atti alle letere, ancorche hora s' essercitano in le opere et servitii di humiltà in casa; molti altri vorebbeno intrar', ma al P.^{e} pare de aspettar' et provar' la constantia loro.

---

1 Michaël Botellus.

2 Elisabeth de Vega, Comitis de Luna uxor.

Gli altri novitii, che già da doi anni passati habbiamo ricevuto, per gratia de Giesu X.º vano di bene in meglio: sono quatro che studiano, l' uno in rhetorica, figliolo d' uno gentilhomo principale di Palermo, di bono ingegno et di bona edificatione; un' altro nella 4.ª classe; li doi altri nella 3.ª Nel Colleggio siamo 20; nella casa de probatione 7; et nelle schole in tutto sono 350 scholari. Ogniuno per la gratia del S.or è occupato seghondo il talento che il S.or Iddio s' è degnato concederli. Degnasi sua divina Maestà in tutto de suoi inutili servi et operarii indegni sempre servirse. Tutti noi sempre si raccomandiamo alle orationi de V. R. P.

In Palermo, alli 27 de Genaro de 1553.

D. V. R. P.

Indegnissimo servo in Giesu X.º

Paolo de Achilli.

Superscriptio in quarta pagina: Al Molto R.do in Chro. Padre, il P. M. Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compagnia di Giesu.

A Roma.

Alia manu: Q. Palermo, 53, 27 di Genaro.

Vestigium cerae et sigilli.

Praecedentium Pauli d' Achillis litterarum latina versio [1].

†

Gratia et pax Domini nostri Iesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

Ut iniuncto nobis, R.de in Christo Pater, obedientiae muneri satisfaciamus, paucis, quae a Deo opt. max. quatuor his exactis novissime mensibus per fratres nostros gesta sunt, referemus.

Reverendus in Christo P. Natalis huic nostro Collegio non minus utilitatis quam iucunditatis adventu suo peperit. Nam nonnulla, quae eius praesentiam desiderare videbantur, stabilivit, et huius nostri Collegii statum summa diligentia confirmavit: negotia omnia miro labore et industria confecit: multis piis operibus incubuit, et quotidie, sine ulla soliti laboris remissione, magis ac magis incumbit. Inter caetera maxime opus illud (quod vulgo Mons Pietatis dicitur), hac in civitate summae religionis, quod ad pauperum subventionem fuit institutum, suis consiliis et intercessionibus adiuvit.

Multi, qui diutius carceribus inclusi fuerant, illius beneficio vinculis exempti sunt. Nam simul ac ad nos pervenit, 15 solvendos, et ad Natalem Domini plures 50 curavit, nonnihil etiam conferens ad illorum aes alienum persolvendum pecuniae, quam variis hinc inde eleemosynis magna sollicitudine collegerat. Qua in re multis, quos miseriarum magnitudo fere in desperationem adegerat, maximo fuit solatio. Ad haec perfecit ut multis, cum egenis, tum infirmis, subveniretur, ita ut, Dei gratia, 20 pauperum familiis sive domibus, singulis hebdomadibus, provideatur.

---

[1] Autographum in folio duplici, nn. 174 et 175; in eo tantum ultimae lineae, a voce *Panormi,* et superscriptio sunt manu Patris d' Achillis.

His accedit quod infirmis 12, qui praeter extremam, qua circumventi erant, necessitatem, extrema valetudine laborabant, quotidie succurritur. Et iam divino auxilio convalescunt, cum prius, omni humano destituti praesidio, maxime periclitarentur.

Insuper ut duae orphanorum domus, quarum fundamenta, unius quidem Cataniae, alterius vero Calatagironii, superiori anno iacienda curaverat, reditibus annuis dotarentur invigilavit.

Dedit praeterea operam ut coenobium Conversarum, quod eius impulsu fuit anno superiori Drepani constitutum, sat pingui proventu dotaretur; necnon ut ibidem nescio quot Capuccinorum coenobia erigerentur.

Effecit etiam ut Prorex suo totiusque regni nomine, literis ad Imperatorem missis, impetrare conaretur ut abbatia aliqua Messanensi Collegio, sicut Panhormitano contigit, iungenda concedatur.

Studuit postremo ut collegium quoddam saecularium sacerdotum domusque, magnorum satis redituum, orphanorum domui iungeretur, et conatur in dies illorum proventus adaugere; quae unio cedet, ut speramus, in maximum Dei cultum et spirituale orphanorum auxilium.

Nunc intentus est fundamentis iaciendis Panhormi cuiusdam monasterii monacharum vitae correctioris, ut in eo collocentur nobiles quaedam mulieres et principes civitatis, cuius rei cura demandabitur religiosis quibusdam viris et probatis, qui vulgo *de li scalzi* vocitantur; quod et Dei honori et proximi satisfactioni fore confidimus necnon incitamento caeteris monasteriis ad vitae melioris et emendatioris institutionem.

Archiepiscopus Panormitanus, simul cum tribus aliis hujus regni Episcopis, iniit consilium, accedente Proregis favore, monasteria in melius vitae genus reducendi et sanctioribus legibus et institutis temperandi. Qua in re Prorex constituit ut P. Natalis his accederet, qui praestantissimum opus, qua ratione perficeretur et ad exitum commodius deduceretur diligenter observarent. Miro Princeps piissimus ardet desiderio universum Siciliae regnum consilio, doctrina atque opera nostrae Societatis in meliorem vivendi rationem asserendi ob idque R.do P. M. Hieronymo Domenech, cum hinc proficisceretur, in-

iunxit ut haec tecum conferret et aliquot idoneos nostrae Societatis operarios impetrare conaretur, qui variarum domuum per universum Siciliae regnum fundamenta iacerent, et in urbibus praecipue celebrioribus Societatem propagarent.

Pluribus aliis R. P. Natalis piis operibus est occupatus, in quibus Dei favore et Proregis auxilio felicissime progreditur.

In renovatione studiorum coepit hebraeas literas profiteri, in qua lectione, nullis negotiis hactenus intermissa, frequenti satis auditorio perseverat. Ex auditoribus ipsius, duo sunt doctores theologi, unus saecularis, alter dominicanus, uterque magni nominis in hac civitate. Concionatur diebus festis in Divi Antonii magno hominum, non solum tenuiorum sed nobiliorum, concursu.

Pro consuetudine a nobis hactenus observata, in principio renovationis studiorum Magister Rogerius latinam habuit orationem coram magistratu et multis nobilibus ac primariis viris, idque Dei gratia magno omnium applausu. Postridie praeceptores suas lectiones aggressi sunt, in quibus diligenter et feliciter progrediuntur, adhibitis solitis epistolarum, orationum et versuum exercitiis, ex quibus quantum fructus et utilitatis emanet quotidie magis percipimus. Profitetur literas graecas, magna discipulorum frequentia profectuque, Magister Angelus, quem Messana secum P. Natalis adduxit. Pro more collegiorum Societatis discipuli singulis mensibus confitentur, quidam saepius. Praeceptores dant operam ut non minus ad religionem quam scientias humaniores informentur.

Sed, ut ad ea, quae in ecclesia fiunt, exercitia revertamur, magister Michaël Botellus singulis dominicis concionatur, crescente in dies hominum concursu, praecipue nobilium, cum virorum, tum mulierum; et, ut signis minime obscuris percipimus, cunctis maxime satisfacit: nunc enim plures confluunt ad conciones, lectiones doctrinae christianae, confessionis et communionis sacramenta, quam hactenus unquam. In nonnullis etiam monasteriis mulierum nonnunquam concionatur, quibus quantum iucunditatis et utilitatis afferat, indicant creberrimae preces et quasi quotidianae, quibus contendunt ut frequentius sibi concionetur. Si plures hic haberemus, qui concionandi munus obire possent, ardentissimis plurium monasteriorum desideriis satisfaceremus: verum, quod opera non possumus, libe-

rali promptaque voluntate praestamus. Singulis quibusque diebus veneris, doctrinae christianae lectionem, quam multis abhinc diebus auspicatus sum, prosequor: ad quam multo plures solito concurrunt, et, ut coniicimus, crescente numero, crescit etiam fructus spiritualis, et maior fit in dies animarum profectus.

In festo Nativitatis Domini maximus confluxit confitentium numerus, ita ut una integra hebdomada nostri Patres fuerint audiendis confessionibus occupati: plures enim 300 confessionis et communionis sacramenta susceperunt, inter quos fuerunt plerique nobiles, quorum multis, Dei gratia, non mediocriter subventum est, qui vitam in melius commutare, mira quadam animi inductione, statuerunt. Eorum multos, qui confessionis et communionis sacramenta frequentant, valde promovere experimur: et nonnullae virgines apud se constituerunt integram sine voto conservare virginitatem: nonnullae religionis ingressum professionemque sibi proposuere.

Prima quaque dominica mensis R.dus P. Natalis in Divi Antonii nobilibus matronis conciones habere solitus est, quibus ab eo tempore, quo rediit Comes, Proregis filia, semper interfuit; ego vero primo quoque die sabbati cuiuslibet mensis habeo concionem ad peccatrices in Divi Andreae, quae duo sunt hac in civitate summae cum pietatis tum utilitatis opera.

Ac ut pauca de nostri Collegii incremento deque statu nostro verba faciam, R.dus P. Natalis duos admisit in domum probationis novitios, utrumque ingeniosum et bene natum: nunc in officiis et exercitiis humilitatis exercentur. Plures alii libentissime vellent admitti; sed Pater dilatione quadam vult eorum constantiae periculum facere. Reliqui novitii, qui a duobus annis admissi sunt, Dei gratia magnos et in litteris et moribus progressus faciunt. Unus ex quatuor, filius cuiusdam nobilis et primarii viri civitatis huius, felici dotatus ingenio facilique natura, dat operam rhetoricae: alius humanioribus literis, reliqui duo grammaticae student. In Collegio sumus numero 20; in domo probationis 7; disciputi, qui nostras frequentant scholas, 350. Omnes, Dei beneficio, patres et fratres, pro concesso sibi, divina gratia, talento, prospere satis occupantur. Dignetur Deus opt. max. obsequia infirmorum et indignorum operariorum placito clementique vultu suscipere. Quod ut propen-

sius faciat, tuis, R.[de] in Christo Pater, apud eum precibus et orationibus obnixissime commendamus.

Panormi VI cal. Feb. 1553.

Tuae R.[dae] Paternitatis indignissimus servus in Christo Iesu,

Paulus Achilleius.

Superscriptio in quarta pagina: Al Molto R.[do] in Chro. Padre, il P. m. Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compagnia di Giesu. A Roma.

Alia manu: R. Ex Panormo.

Et alia: 1553, 6.° Kl. feb. Panormi.

Vestigium cerae et sigilli.

CC

P. Joannes Nuñez
Episcopo Cellensi.
3 Februarii 1553 [1].

✝
IHS

Ad Episcopum Cellensem [2] tertio nonas Februarii 1553.

Gratia S. Spiritus sit semper nobiscum. Amen.

Iam dudum unas a Patre Ludovico Gondisalvo accepi literas, Antistes Reverendissime, quibus iubebar tuo nomine eos pueros lusitanos redimere, ad quos ducentorum quinquaginta

---

[1] *Epist. Quadrim., 1553-1554.* Apographum, in superiori parte folii 520.

[2] *Cellenses* dicti olim sunt quidam Episcopi, qui sedem in Mauritania habuerunt: Honorius et Fortunius, Cellenses Byzacienses, Cresciturus, Cellensis Mauritaniae Si-

aureorum summa sufficeret; ad id vero syngrapha tuo signo missa est, cui statim rescripsi singulos nummis quinquagenis aureis, ut tu postulas, obtineri minime posse. Neque ad hunc diem responsi quicquam accepi. Si tibi in animo est hoc pium ac sanctum Deoque optimo Maximo gratissimum opus perficere, ut mihi liberiorem potestatem committas, nimirum ad 90 plus minus aureos in singulos, necesse est, quia minoris pueri, foeminae praesertim, lusitani reperiri non possunt [1]. Lusitanis, quia Mauri eos emunt a Turcis, plus remedii est. Nam quamvis postea maioris a cognatis suis redimantur, saltem a peccato illo turpissimo, in quo volutantur, per eos eripiuntur. At vero eorum, qui caeterarum sunt nationum, magna perditio est, ac multi turcarum ritus amplexantur. Quapropter gratum Deo praestabis obsequium, si horum aliquot liberari iusseris. Singuli, si sumptus, qui fient, numeres, 60 vel ad summum 70 nummis aureis constare possunt.

---

tifensis, et Cyprianus, Cellensis Provinciae Proconsularis. Gams, *Series Episcoporum,* pag. 465, Morcelli, *Africa Christiana,* t. i, pag. 133 et 134. Quibusnam autem oppidis hae sedes attribuerentur incertum omnino est; ait enim Morcelli: "Non unum in Africa oppidum gaudebat hoc nomine *(Cella)*: quod a frumento, cujus major alicubi copia conderetur, impositum arbitror; morem attigit Hirtius, B. Afr. c. xxv, n. 65: *Est in Africa consuetudo incolarum, ut in agris et in omnibus fere villis sub terra specus, condendi frumenti gratia, clam habeant.*" Ibid.—Sed hinc facili conjectura quis deducet sermonem hic fieri de Dno. Sebastiano de Obregon, qui hoc tempore Episcopus erat Marrochitanus, *de Marruecos,* quique non solum titulum, quasi *in partibus infidelium,* sed jurisdictionis potestatem habebat et exercebat in illa diocesi. "Era entonces Obispo de Marruecos Don Sebastian de Obregon, el qual assistia en Sevilla en las possessiones de su dignidad, siendo Auxiliar juntamente de el Señor Manrique; y despues, de el Señor Loaysa. Este Prelado viendo que no podia assistir á sus Cautivas Obejas, y que no tenian Ministros, impuso á el Venerable Padre Contreras, en que passasse á Marruecos, y que haziendo allí sus redempciones, exercitasse de camino su zelo Apostólico confessando, y consolando aquel pobre Rebaño, que por tantos extravíos andaba sin Pastor." Fr. Francisco de S.n Juan de el Puerto, *Mission historial de Marruecos,* lib. ii, cap. xxii.—Patres autem Nuñez et Gonzalez de la Camara missos in Africam fuisse rogatu hujus Ferdinandi de Contreras, qui oneri sibi ab Episcopo Obregon imposito imparem se agnoscebat, affirmant quicumque de his scripsere et fuse exponit P. Gabriel de Aranda, *Vida del V. P. Fernando de Contreras,* lib. iii, cap. xxv et seq.—Fatendum tamen est 1.° nullibi, quod sciamus, hunc Marrochitanum Episcopum *Cellensem* appellari: 2.° in Patris Jacobi Miron litteris Octobre ineunte hujus anni datis, infra suo loco transcribendis, sermonem fieri de quodam Episcopo *de Sale*, qui suis eleemosynis Patrem Nuñez in opere redemptionis captivorum adjuvabat. Jam vero, si hic Episcopus *de Sale* est noster *Cellensis* (et bene esse potest; est enim, justa Ferrari, *Lexicum geographicum,* oppidum in Mauritania, cui nomen in vernacula *Cela,* latine *Sala),* tunc alius est ab Obregon. Ille enim non multo ante Octobrem hujus anni tempore Eborae obiit; Obregon vero, juxta Don Carlos Ramon Fort, *España sagrada,* t. 51, *De los Obispos españoles titulares de iglesias in partibus infidelium,* pag. 209, nondum anno 1560 e vivis excesserat.

[1] quia minori pretio pueri, multoque difficilius puellae, lusitanorum redimi non possunt.

Quidam Maurus quinque hic habet christianos, quatuor tenellae aetatis puellas, quae in maximo versantur discrimine, quarum una annos octo vel novem nata, egregia forma est, quae ubi adoleverit, minoris quam centum aureis aut plus eo non emetur. Et hoc quidem nisi a Mauri filio in concubinam sumpta religionem christianam abiurare cogatur, quod ab aliis multis fieri dicitur. Omnes septuagenis in singulas aureis redimentur. Per te [1] Deum immortalem oro ac obsecro ut hos redemptos velis, simulque necessitatibus, quibus passim ob captivos, quos aegros et in carcere et in aede misericordiae, ad id per me instituta, habeo, vehementer opprimor, aliquot, quam citissime potueris, eleemosynis subvenias. Vale.

CCI

P. Everardus Mercurianus
Patri Ignatio de Loyola.
Perusio, 5 Februarii 1553 [2].

IHS

La gratia et pace di N.ro S. Giesu Christo sia sempre con noi. Amen.

Penso che nelle ultime letere quadrimestre costà fu rescritto, R.do in Christo Padre, con qual animo questo nostro Collegio fossi sì dagli amici come dal R.do Vicario ricevuto: et anche del procedere nostro in quelli principii, non lassando manco il bene che nelle devote anime il S.re habbia per esso suo Collegio

---

[1] Sic; rectius tamen fortassis *Te per*.

[2] *Epist. Quadrim., 1553-54;* Autographum in duplici fol. sub nn. 45 et 46, in quo tamen solum subscriptionem sui nominis et superscriptionem apposuit propria manu Everardus.

operato. Hor una altra volta, corrispondendo all' officio nostro, ingegnaremone darli conto brevemente delle cose che qui per il ministerio nostro, a lode et gloria sua et utilità delle anime, Iddio N. S. s' è degnato fare. Et perche piccole assai furno le fatiche nostre nel principio, richiedendolo l' instituto nostro così, pur in parte l' incommodità del luogho n' era cagione, non potendosi altramente ne far fundamento solido per le schole ne manco così vacar alle cose divine. La onde ci rincresceva sì del' officio nostro, non potendo esercitarlo in gran parte, sì anche del poco frutto nelle anime, essendo così private della conversatione nostra. Adesso c' è maggior materia de lamentarne, non essendo ancora fuora de quelli impedimenti del luogo, pur in speranza de breve mutatione lasciaremo ogni cosa.

Seguitando il nostro proposito, dirò adonche a V. R. alcune cose circa il frutto che nelle cose spirituali et augmento nelle lettere fatto hanno li fratelli, essendo anche noi parte del grege del S.re N.ro Essi in vero non poco già sono provetti quanto al fine dalla sua vocatione, benche per altri mezzi che altrove nella Compagnia sogliano esser', dico quanto al spirito, perche in questa citta bisognava accommodarsi sì al populo comme anche principalmente al luogo, molto altro de quello che sarebbe bisogno per fruttificare a se stesso et observatione de i mezzi convenevoli per questo, essendo maxime commune a tutti et luogo publico. Pure quello che è manchato in questo, dal' altro canto l' ha largamente ricompensato il S.re Imperoche oltra del frutto della frequentatione delli Sacramenti, il che da V. R. fu concesso, a tale cognitione et esperientia sì del' humane infirmità, sì etiam della divina providentia dal Signor' sono perdotti, che non so se con altri mezzi con grande et alte contemplationi havessino potuto conseguire questo. Il che tutto procede per non haver havuto quello che con necessità se richiede per sostenimento del' huomo exteriore. Oltra di questo già sono assuefatti et amaestrati di soportar' li assalti et bataglie continue mosse del domestico nostro inimico, non desiderando altro essi se non frasargli [1] el capo in tutto. Usa anche adesso il Signore de medesimi mezzi in conservare et esercitar' queste vertù da esso piantate, di modo che mi persuado esser' così eletti et asservati a qualche maggior giogo nella vigna del Signore.

[1] Sic; rectius *fracassargli*.

Quanto è delli studii, con grande animo studiano tutti in quanto lo permette la sanità et anche i negotii domestichi, perche, de dieci che qui siamo, 5 sono occupati nelle scole. Quanto alla sanità, sin adesso è molto poca et poco salda, dico de alcuni non usi a questo aria. Di modo che quasi tutti questa invernata d' alcuni catarri sono stati visitati. Il frutto che s' è fatto circa le scole manifesto assai è, sì per il numero et moltitudine de scolari, che da noi vengano senza essere impediti de l' incommodità del luogo, sì anche per il gran frutto che in puochi mesi hanno fatto. Di questo et del' acrescimento nelle virtù danno ogni dì i parenti testimonio con dire che hanno più fatto frutto in doi o 3 mesi che avanti in doi et 3 anni. Communemente tutti hanno la medesima oppinione qua, quelli massime che se delettano veder' la gioventù, alioqui sfrenata, così accostumata et dedita al bene.

Et è da sperare che con la Iddio gratia in breve si vederà l' inganno de molti, i quali se sono ingegnati non solamente impedir' cotali frutti anzi del tutto annichilarli et torre li mezzi condecenti per questo, persuadendo et a se et ad altri noi non haver nè eruditione, nè, benche l' havessimo, non haver' nondimeno alcuna industria nè methodo de insegnar, sforzandosi dunche impedir' la buona mente del R.do Vicario, con assai quidem ragioni, senza ragione.

De qui sonno nati contra di noi molti tumulti et tragedie, le quali pur al fine hanno cessate. Et accio che la verità si cognoscesse, ne parse buono di monstrarne alcuna apparentia, massime essendo li amici nostri di noi vergognosi per la bassezza che vedeano et sentivano essere da altri palesata. Et per questo procurassimo che il fratello nostro Emondo [1], faccessi una oratione in latino, la quale con assai apparato fuora de ogni nostra speranza si recitò nel Domo nella presentia del S. Vicario et anche de molti canonici, Dottori et principali cittadini; concorsero anche tutti quasi li studianti di questa Università. Il che per l' agiuto del S.re non solamente a satisfatto a gli amici, in cui gratia questo si facea, ma anche a tutti in generale, massime ai dotti studiosi, de i quali parecchi con grande instanza l' adimandano anchora adesso per transcriverla.

---

1 Mag. Edmundus Augerius.

Vivono li fratelli adesso molto consolati nel S.re con rettitudine de conscientia, della quale sono premiati da esso per il frutto che delle loro fatiche ogni giorno riesce in gloria Dei. Spesse fiate s' essercitano in esortationi, admonitioni, prediche et altre buone opere ricchieste instantemente dal populo, hor in chiesie, hor in luoghi publici, el che si fa secondo l' oportunità della cosa presente, et più ferventemente occorrendo qualche pericolo, sì d' error' publico come di scandalo anche, come sarebbe de quelli ciarlantani o cantambanchi, li quali assai frequentemente vengono in questa città.

Contarò a V. R. una cosa degna de singular gratia, la quale qua accadette poco fa. Laonde, come credo, non una volta il dimonio, et in questa parte suoi ministri, sono stati scacciati dal proprio luogo, anzi del tutto licenciati di questa città. Un giorno vennero alcuni, li quali spiegan le sue bagatelle a canto del Domo, con animo quasi di perturbar et scacciar il grege del S.re, non solamente detinevano tutto il populo con parole, ma anche vendevano certe sue diaboliche aque, unguenti, etc., per insino ai preti et Monachi di Christo. Il che vedendo non senza providentia divina il P. Mag. Giovanni [1], non soportando l' aperta rethorica del demonio, salitte sopra acuti sassi, che vi erano, et con gran zelo del' honor del S.re, cui era ministro et procurator, chiamando il populo a se, prometteva molto più utile medicina et unguenti. Incontinente, sentendo il populo, rivoltossi con grandi applausi al Verbo divino, dimenticandosi del padre della bugia. Vedendose così senza auditori et vedendo il Banditor di Christo con grande animo riprehender' et tali mensagieri et li ascoltanti, con dir' che più presto se deveano lapidare che permetter' così le chiese profanarsi, il verbo di Dio despreggiarsi et simili male usanze accettarsi, temendo che il populo non si commovessi contra loro, subito partironsi di la con le sue bagaglie, et il giorno sequente andorno via della cità, con animo, come penso, de non più tornar'. Seguitò pur il suo proposito il P., riprehendendo virilmente il populo, il quale dopoi se partì con grande et satisfatione et admiratione. Con questi et altri simili esercitii il P. M. Giovanni adopra molto fidelmente la gracia a se concessa

[1] P. Joannes Niger.

dal S.re, hor predicando, hor esortando, etiamdio nelli sacrificii et administratione de i sacramenti. Et in questo tanto più è necessario attendere et essercitarsi, quanto maggiore, apresso de più, odor' si sparge della Compagnia. Lasso le incomodità del luogo.

Questo per il passato solamente si facea quasi nelle prigioni, hospitali et monasterii. Ma adesso anche altrove, sì nella chiesa, dove sogliamo fare i sacrificii et dottrina Xna., sì etiam dove et a quelli i quali non possono uscir fuora, ci essercitiamo. Vero è che in nissuna maniera più se è scoperta la divina misericordia, che in questi amalati et incarcerati, delli quali molti habbiamo, auspice Christo, tirati a la confessione per molte esortationi. Molti da 5, 10 et 15 anni non s' erano confessati, chi per negligentia, altri per dispreggio delli S.ti Sacramenti; et pigliato il Sacramento del' altar', il che mai non haveano fatto, benche già vechi, subito usciti delle prigioni, faceano voto a S.ta Maria de Loreto. Tornavansi anche a casa con pregarne de dir' messe per ringratiar' il S.re della loro liberatione. Diceano non esser venuti a la prigione corporale per altro se non per sciogliér' l' anima delli longhi lacci del peccato.

Il medesimo s' è fatto nelle hospitale, tra soldati indurati, et già invechiati nel male, i quali, puoi la confessione guariti, promettevano mutar la vita in meglio. Alcuni, etiamdio sacerdoti, concubinarii, i quali già per molti anni rimaneano in tale brutezze, hanno fatto la confessione generale, et pentiti, dopoi haver ricevuto i Sacramenti, quiescebant in Domino. Altri sono guariti per ricompensare il mal passato con la penitentia. Eravi anche un muto, il quale, dal S.re sciolta la lingua, s' è confessato con grande admiratione de tutti. Per dire a V. R. brevemente, è quasi un Collegio de la Divina Sapientia, quando i scolari in tanta brevità de tempo così proffittano nelle vertù. Similmente molti cittadini, infermi quidem del corpo, ma molto più de l' animo sono già d' ogni banda sanati. Deo laus. Cotali esercitii non ci mancano mai. Molti scrupoli [1], tribulati, et quasi desperati, per il ministerio nostro dal S.re quietati, viveno in pace.

---

[1] Sic; *scrupulosi?*

Più difficile è stato provedere ad alcuni curiosi, i quali, come censori, volevano fare non so che prova delle cose nostre, cercando et interrogando qua da noi per trovar' qualche cosa da calumniare. Pur a la più parte ha provisto il S.re Dio, et non si partivano prima che vedessino et s' accorgessino del loro male, et non come censori de noi, ma di se stessi con desiderio et maggior capacità de emendatione. Altri anche vengono da noi, ma, ne ab hominibus videantur, di notte, nondimeno con buono animo cercando qui panem frangat. Ma per ogni piccola tentatione si alontanano et perturbano; alle volte pentiti seguitano, a longe pur, accio non si pentino venire troppo apresso. Di modo che, con grande admiratione, si possono considerare et la diversità delli ingegni, et li molti inganni et astutie del demonio.

Sforzasi etiam l' inimico della verità inventare cose nuove, non senza grandissimo danno et periculo del bene delle anime. Et è che procura si raunino in certi conventicoli, et quasi sinagoghe, li più provetti quasi di tutta la cità nel spirito, non dico huomini solamente, ma anche donne, di sorte che l' impedisce dalla vera perfettione, persuadendo esser' la vera perfettione del spirito in cerimonie grosse, et altri ragionamenti; il che fa tutto per ministerio de quelli che danno di se opinione de grande santità. Speramo nel S.re che queste insidie in breve tempo se manifestaranno, et non permetterà che molti buoni s' affatichino indarno. Questo ho voluto dir' a V. R. acciò intenda quali cose impediscono il frutto che si potria fare per questo suo Collegio; et in vero questo non è de poca importanza et impedimento. Siamo occupati tuttavia in confessioni in luoghi così privati come publici. Sono molti li quali non vogliano far cosa alcuna, nè spirituale nè temporale, senza il parer nostro et guida. Cresce etiam ogni giorno il numero de quelli, li quali frequentano la communione, et più assai hannosi communicati per il ministerio nostro nelle feste di Natale, che prima. Il S.re con sua solita benignità in queste et altre cose ne esercita, le quale per brevità lassarò. Poco a poco qualche volta per la Iddio gratia verremo a particulari esercitii, non havendo quasi se non in generale fatto per il passato. Speramo magiori cose nel S.re quando il luogo ci agiutarà.

Fin adesso diverse cose hanno trattato questi S.ri et altri amici nostri, acciò se eligesse uno luogo proprio et saldo per questo Collegio. Finalmente è parso a Monsignor Vicario et altri Citadini non esser luogo più commodo de quello, dove si tengono le schole publiche. Et di questo hanno avisato il Rmo. et Illmo. Cardinale di Peruggia [1], comettendoli tutta la facenda, il quale dopoi assai ha decchiarato per sue letere quanto li piacesse questo, et più con la sua venuta et authorità ha demonstrato palesemente l' animo suo, et già è la cosa deliberata.

Sono per accommodare il detto luogo non so quanti centenarii de fiorini. In breve comminciaranno, come, credo, laborare secondo il desegno già fatto. Per questi et altri segni, si puo considerare et chiaramente vedere quanto il S. R.mo col suo vicario amino questo Collegio et quante cose sperano di esso in utilità delle anime. Faccia il S.re che per sua divina bontà, al honor suo, correspondiamo in tutto alla lor espettatione in augmento maggior della Christiana Religione.

Resta de humilmente racommandarne tutti a V. R. P. acciò che con sue sante orationi impetri la gratia de Dio di adimpire la volontà sua in questo et in ogni altra cosa. Similmente alle orationi et sacrificii delli PP. et fratelli.

Di Peruggia a 5 de Febraro, 1553.

D. V. R.

Servo inutile,

EVER. MARCURIANO [2].

Superscriptio. † Al molto R.do in X.° p. il padre M. Ignatio de Loyola preposito generale della Compagnia de Jesu, in Roma.

Alia manu: Peruggia a 5 de febraio 1553.

---

[1] Fulvius de la Corna.

[2] Haec ultima verba *D. V. R.* (Di Vostra Reverenza) *servo inutile, Ever. Marcuriano* sunt manu ipsius Everardi, cujus est etiam superscriptio.

Praecedentium litterarum latine redditarum fragmentum [1].

. . . .
ministerio cives non in postremis censendi, apud quos non minor animi tabes, quam corporis morbus, invaluerat, plurimum levati sunt. Ad similia officia magis in dies provocamur. Advigilatum quoque est ut non pauci, mille scrupulis et animi perturbationibus obruti, conscientiae quieti redderentur. At difficilius multo fuit quibusdam aliis satisfacere, qui nullo alio morbo gravius laborarent quam curiositatis, quippe qui, velut censores, quasi de nobis periculum facturi, accurate nimium variis de rebus, quas ad rem parum facere viderent, percunctaturi accedebant. Verum hos plerumque non ante dimittebat Dominus quam probe scirent se intelligi atque astutum in astutia sua comprehendi et proinde qui suo quidem iudicio validus ac sanus accesserat, morbo agnito, morbidus, sanitatis tamen longe quam antea capacior, recedebat. Alii noctu nos adeunt, ne ab hominibus videantur, quos etiam subinde adducit religio non ficta, sed eosdem videas vel tentatiuncula fractos statim deturbari, modo vero resipiscere: quidam, ne propius accessisse poeniteat, sequuntur quidem at longo intervallo, ut tum varia hominum ingenia, tum daemonis astutiam non absque admiratione hic observare liceat. Aliud item et attentare videtur, longe periculosissimum, veritatis hostis, ut nimirum utriusque sexus paratiores quosque per conventicula quaedam ac rudes quasdam ceremonias, quas ipsi sibi confingunt, in quibus summam fere perfectionis collocant, remoretur, idque eorum ope, qui totius fere sanctitatis videntur columina. Speramus autem ut hasce insidias aliquando retegat Dominus, neque enim patietur multorum conatus adeo sedulos in nihilum recidere. Haec tuae P. diximus ut intelligat quid etiam nos ab uberiori proventu impediat; id siquidem non parum referre putamus.

---

[1] Extat in eodem vol., n. 28, estque apographum.

Occupamur in dies magis in audiendis confessionibus, tum domi, in templis, tum etiam in privatis aedibus. Nec desunt, qui totos tum in his, quae ad animum pertinent, tum aliis quibusvis in rebus, nostrae fidei se credant. Crescit etiam communicantium numerus, et sane pluribus hisce Natalitiorum festis quam antea sanctam Synaxim subministravimus.

Hisce hactenus et aliis, quae persequi desinam, Divina benignitas nos occupatos exercet. His autem longe graviora expectamus, quum per loci opportunitatem his licebit vacare.

Varia a variis hactenus excogitata fuerunt, quo hac in civitate locus commodior huic nostro Collegio deligeretur. Demum autem R.do D. Proepiscopo ac primariis quibusdam hujus communitatis viris visum est nusquam hic locum instituto nostro aptiorem reperiri posse eo, qui, scholis publicis designatus, a professoribus occupatur; ob idque negotium statim ad Reverendissimum Cardinalem nostrum delatum voluerunt. Quae quidem res quam fuerit cordi, litteris huc missis ostendit. Quum, Domino disponente, eum huc advenire contigit, sua authoritate quid animo concepisset, palam demonstravit et iam, re deliberata, in loci adaptionem incumbit atque iuxta ideam ab architecto iam delineatam aedificium propediem (Deo auspice) aggredietur. His atque aliis quamplurimis argumentis ostendit R.mus ille ac R.dus eius vicarius caeterique, tum doctores, tum cives primarii multi quanta a Domino per huius Collegii nostri ministerium expectent in communem animarum utilitatem. Faxit Deus Opt. Max. ut ad gloriam suam ac christianae religionis incrementum eorum expectationi satisfaciamus. Ut autem melius id consequamur, tuae R. P. precibus nos plurimum commendamus, omniumque Patrum ac fratrum, quos una et eodem amore complecteris.

Perusii non. Februarii 1553.

R.dae P.tis V.rae servus inutilis

EVERARDUS MARCURIANUS.

CCII

Leo del Giglio
Patri Ignatio de Loyola.
Florentia, 11 Februarii 1553 [1].

†

La gratia et pace di Christo N. S. sia sempre nelli cuori nostri. Amen.

Molto R.do in Christo P.

Nelle lettere delli 4 mesi passati tra l' altre cose scrissemo a V. R. P. ch' il P. Mtro. Alphonso [2] con le sue prediche et lettioni piene di dottrina ha sparso buonissimo odor' di se et molto ha agiuttato questo Collegio, perche pare che all' hora cominciò il nostro studio haver maggior' apparentia et dippoi è stato augmentato, con la presentia del R. P. M. Don Giacomo Laynez, non solamente de molti ma de nobili et principali di questa città. Avisassimo anchora del buon' frutto che fanno gli nostri scholari nelle lettere et virtù, delle confessioni che havevano udito gli nostri Padri in diverse lochi, specialmente nelli preggioni.

Hora perche è tempo di adempir' la santa obedientia, brevemente darò aviso a V. R. P. di quel poccho ch' il Signore Iddio s' ha degnato operar', servendosi delli deboli ministri della Compagnia che quì sono. Et per cominciar' dalli nostri studii,

---

[1] *Epist. Quadrim., 1553-1554.* Autographum, unico fol. sub. n.° 58.—Est et aliud exemplum, et quidem autographum, duplici in folio, nn. 59 et 60; in eo paucissima verba sunt mutata et superscriptio, quae sic se habet: "† Alli Molto R.di in chro. Padri et Fratelli della Comp.a di Giesu. In Peruggia et Ugubio.„ Juxta quam superscriptionem in quarta pagina alia scripsit manus: "1553, Qua. Florentia, xi di Feb.„

[2] P. Mag. Alphonsus Salmeron.

il P.re M. Don Giacomo circa mezzo Novembre nel duomo, nel quale leggeva, publicò come il giorno sequente nel nostro Collegio s' haveriano 3 orationi in renovatione delli studii et con molte parole dechiarò la via et modo che tienne la Compagnia in amaestrar' gli fanciulli et giovani, et insieme dimostrò quanto importa bene accostumar' l' età puerile. Il giorno constituto si recitorno l' orationi; la prima de quali trattava della virtù, la 2.a laudava la lingua latina, la 3.a insegnava che le lettere si debbano imparare con la virtù. Gli auditori restorno molto satisfatti: et in tal maniera laudavano dette orationi, che dicevano esser degne che fussino recitate in presentia de tutta Fiorenza.

Il P. M. Ludovico [1] all' hora cominciò interpretar' la Parenesi d' Isocrate et legge tuttavia, et le Domeniche espone l' Evangelio in greco di Sto. Luca. Quanto alle lettioni non è stata altra mutatione.

Gli scholari (gratia di Dio) profettano nelle lettere et buoni costumi et si vede manifestamente che lassando le loro fanciullezze, si danno alle devotioni et altre virtù, et gli loro padri et madri dicono che sono diventati megliori poiche venghano alle nostre schole. Et accioche si conservi et augmenti in loro questo buon' desiderio, speramo aggiutarà molto la charità del nostro P. M. D. Giacomo, il quale ogni settimana insegna a loro la via per aquistar' la vera sapientia [2].

Tra gli altri scholari uno nobile et di molto buone parti, mostrandosi in casa riformato interiormente, il suo padre dubitando che non volessi intrar' nella Compagnia, offerse l' altro figliuolo minor', acciò, s' havesse a perder' l' uno de duoi, non restassi privo del primogenito.

Un' altro scholar', assai provetto nelle lettere et età et molto essercitato nel componer' versi, già è venuto a Roma, desiderando de esser ricevuto nella Compagnia, et benche havesse non pocchi impedimenti, per gli quali non si poteva così facilmente sligar' dal mondo, niente di meno niuna difficultà è stata tanto grande che non sia stato maggior' il desiderio della salute dell' anima sua. Il tempo che è stato quì tra gli nostri scho-

---

[1] P. Ludovicus de Coudreto, Collegii Rector.
[2] Hoc est, curam habet docendi pueros doctrinam christianam.

lari, habbiamo provato un' ingegno molto atto alle lettere et facile a esser' governato. Per respetto d' altre persone il P.e lo intratteniva, prolongando dargli lettere comendatitie a V. R. P., ma crescendo in desiderio della Compagnia, diceva che andarebbe senza dette lettere, benche grandemente le desiderasse.

Il Padre sin' hora ha proseguito la lettione nel duomo cominciata dal R. P. M. Alphonso; et questo advento ha predichato con molta audientia et satisfattione. Adesso ha comminciato predichar' il predichatore della quaresima, che è frate di S.to Francesco, il quale nella sua prima predicha laudò grandemente il P. M. Don Giacomo, tutta la Compagnia et l' instituto suo circa gli Collegii, et promesse di parlar' de ciò un' altra volta alla lunga.

Detto P. M. Don Giacomo gli giorni passati preghato fece una predicha a certe monache, di tanta utilità che manifestamente mostrò il Signore frutto di essa. Impercioche in quel monasterio si parecchiava una comedia da recitar' in questo Carnevale, ma il sermone et parlar' del P. per boccha del Spirito Santo ruppe quel giorno ogni desegno loro, di modo che niuna vi si ritrovava che non fusse molto alienna da quella comedia.

Et noi privatamente sprimentiamo quanto vaglia nel essortar o ammonir' la gravità del Padre, il quale, per l' amor filiale che S. R. ci porta, non si aggrava una volta alla settimana essortarci alla perseverantia nella nostra vocatione, sopra quella epistola de S.to Paulo: *Obsecro vos, fratres, ut digne ambuletis,* etc.

Non manchano persone, che ogni giorno più ci mostrino amor' con molti segni. Il Signor Duca et Duchessa mostrano etiam magior' animo verso noi, il che potiamo attribuire, come ottimo mezzo, al P. Don Giacomo, il quale con la destrezza che usa nel conversar' et con la buontà della vita facilmente guadagna l' animo d' ogn' uno. La vigilia dell' Epiphania vennero al nostro Collegio gli duoi figliuoli maggiori di S. Eccel. acompagnati da molte persone nobili, et duoi delli fratelli recitorno due orationi in suo nome, la prima indrizzata al maggior', che ha d' esser Duca, conteneva come il Principe Christiano è pienamente felice; nella 2.a si laudava la dignità sacerdotale, indrizzata al minore, il quale, come ci dice, ha d' esser' Cardinale. Ma tra l' orationi alcuni fanciulli nostri scholari dissertorno,

tenendo l' uno conclusione in greco, altri in latino con le sue oppositioni, alcuni s' interrogavano della dottrina christiana; furno anchora recitati alcuni versi da uno già delli nostri scholari, hora della Compagnia, accomodati al minore. Tutto gratia del Signore passò con molta satisfattione; particolarmente alcuni fanciulli si diportorno in tal modo ch' un Episcopo diceva mai haver' così ben spesso il tempo suo come quel giorno.

Molti desiderano confessarsi con gli nostri et per la gratia de Dio si vede in quelle frutto manifesto. Ritrovandosi uno delli Padri nostri in casa d' uno Medico, amico et benfattor' nostro [1], et quivi essendo anchora un forestiero, il quale diceva haver' inimici mortali, nè mai voler perdonar' a quelli, perche da loro era statto molto offesso, il Padre detto non manchò, hor con preghi, hor con ammonitioni, hor con reprehensioni instar' insino a tanto che si disponessi a perdonar' et alla confessione, il che fece quel medemo giorno col medemo sacerdote. Sia laudato il Signore et in tutto servito.

Noi tutti humilmente se raccomandamo all' orationi et sacrificii di V. R. P.

Di fiorenza XI di Febraro 1553.

D. V. R. P. indeg.mo servo in Chro.,

LEONE GIGLIO.

Superscriptio. † Al molto R.do in Chro. P. il pre. M. Ignatio, Preposito gnale. della comp.a di Giesù.

Alia manu: Fiorenza, 53, XI di Feb.

---

[1] Joannes de Rosis.

CIII

Franciscus Bordon,
Ex commissione Patris Caesaris Aversani,
Patri Ignatio de Loyola.
Mutina, 11 Februarii 1553 [1].

IHS

Gratia et pax Christi Iesu sit semper in nobis. Amen.

Quoniam missi sumus a te, perquam observande in X.º P.r, ad Christi Domini vineam excolendam ex eaque percipiendum fructum pro viribus ab eodem nobis datis; tum vero, quoniam adest tempus, in quo soles rationem exigere fructus percepti et reconditi, ut exploratum habeas quo pacto sese gerant filii tui ac sua se praestent dignos vocatione. Nos quoque, ut sanctae obedientiae satisfaciamus, cui nos ob Christi amorem dedimus, ac quo magis declaremus Dei benignitatem, qui patitur uti opera inutilium servorum, quales nos sumus, breviter scribam, quae Deus egerit per nos his tribus mensibus, postquam in hanc urbem pervenimus et huius Collegii Societatis nostrae iecimus fundamenta, *ut omnes fratres ei gratias agant pro tantis beneficiis ac eumdem supplices pro nostris offensionibus (quae quidem multae et magnae sunt) precentur. Primum itaque scribam de Fratribus nostris, qua ratione et consilio, tum erga se tum erga Fratres, tum erga proximos in consuetudine se gerant: deinde dicam de ludo literario, hoc est quantus fru-*

---

[1] Autographae litterae in quadruplici folio, nn. 89, 90 et 91, quarto non numerato, quia in ejus prima pagina nihil est scriptum, in altera vero tantum superscriptio. Eas castigavit Polancus, plura delens et aliqua deletorum loco substituenda propria manu scribens. Quae delevit ille, nos hic italicis, ut alias, litteris describemus.

ctus tam in litteris, quam in moribus et virtutibus hauriatur. Tum vero significabo fructum, qui ex Patrum et confessionibus et concionibus consequutus est gratia Summi Dei, a quo uno omnia nobis affluunt bona.

Ut igitur a Fratribus exordiamur, omnes Christi Iesu *auspicio* noscunt maximum beneficium vocationis et in ea constanter ac honeste permanent. *Itaque hac de re sumus tranquilli;* frequentant confessionem et Christi Domini mensam non modo semel in hebdomada, *ut consuetudinis est Societatis,* sed etiam omnibus diebus festis; qua quidem re valde homines, qui ad nostrum veniunt templum *extruuntur* [1] *et ad id praestandum* inflammantur. Praeterea *quidem* retinetur ratio temporis, precationibus adscripti, ut positum est in more Collegii Romani. Exercentur concionibus, quas *partim* inter coenandum, *partim* a coena omnes convocati habent. Quod spectat ad obedientiam, se satis bene habent, ac se submittunt officiis humilibus, iuxta rationem et formam sibi praescriptam. Conantur abiurare voluntatem, *anticipatas opiniones ex animo evellere* et tradere se totos in rebus omnibus patris nostri sententiae. *Reperiuntur inter illos tam* abstinentiae percupidi, *ut saepe numero obsecraverint Patrem ut sibi facultatem semel in die edendi faceret: at vero Pater eorum studiis minime obsequutus est. Unusquisque magnam diligentiam et curam ponit in officio sibi credito, et cogitat non modo patri, verum etiam Deo, rationem esse reddendam.* In his autem, quae pertinent ad consuetudinem cum externis, omnes magnum studium iuxta suam conferunt vocationem, *omni ordine et modo eos adiuvando et adsciscendo viam et rationem, quam Societas ad christianorum salutem tuendam adhibet.* Ac te quidem, optime Pater, illud fugere nolo eos quidem, qui iuventutis instituendae muneri sunt praefecti, *id, quamvis laboriosum ac molestum,* magna industria exercere *et sustinere,* atque *eos, quantumcumque possunt,* contendere ut scholastici universi in literis progressum faciant, et uniuscuiusque rationem habeant *ac omni via et ratione ad studium adhortentur, adeo ut nullus sit reliquus, cuius magna non adhibeatur opera et cura. Quod quidem re ipsa perspicimus cum*

---

[1] Latina quidem vox sed quae minime patitur significationem *s' edificano* seu, ut emendans Poiancus et Bordoni mentem interpretatus scripsit, *ad pietatem excitantur.*

perutile tum certe necessarium ut omnes ultra semper progrediantur. Reliqui fratres, qui huic docendi muneri non sunt praefecti, quamvis implicantur domesticis rebus, non tamen praetermittunt *christianorum institutionem.* Etenim is, qui res necessarias emit, inter comparandum operam dat quaestum spiritus facere, adhortans illos, a quibus quid emit, *et* ad confessionem et *ad officium et* virtutem: qua quidem arte in primis *extruuntur* et ad *id* agendum impelluntur. Idem frater, simul atque in hanc urbem advenimus, patienti et alacri animo plurima maledicta et contumelias in viis pertulit, *quoad* sua patientia ora obtrectatorum occlusit. *Alius cum tribus quatuorve distineatur domesticis officiis, ea tamen accurate et honeste tuetur et gerit. Unusquisque consuetudine et humanitate proximos devinctos et extructos tenere conatur.* Iam vero omnes in literis, quamvis in aliis rebus *impediti sint, fructum tamen faciunt.* Alii latinis et graecis, alii latinis tantum student, iisque pro viribus se exercent. Quod autem spectat ad numerum eorum, qui hic agimus, iidem manemus, qui a te, Pater, fuimus missi *ut hoc Collegium fundaremus.* Speramus tamen brevi numerum augendum. *Etenim est adolescens quidam duodeviginti annos natus, qui sese in hac Societate Christo totum tradidit, necessariorum assensu, atque etiam pater eius ad nos hominem adduxit ut in Societatem adscriberetur. Caeterum non adiungitur ad nos, priusquam eius constantia per aliquos dies cernatur. Paucis tamen abhinc diebus adveniet ut nobiscum agat: grammaticis est imbutus ac parentibus honestis et studiosis ortus.*

Satis multa videor scripsisse de nostris fratribus; nunc reliquum est ut paucis te certiorem faciam tum de literarum studiis tum de scholasticis, qui nostram *frequentant* scholam. Primum igitur dico numerum studiosorum in quatuor distributum esse classes, et in singulis esse constitutos praeceptores, qui *pro* discipulorum *ingenio* lectiones *habent. In prima classe ex literis haud mediocris percipitur fructus. Exercentur in componendis orationibus; easque memoriae commendare, ut diebus festis apud commilitones habeant, incipiunt. Aliarum etiam classium studiosi ulterius progrediuntur, et paucis ante diebus exemimus decem tertiae classis et in secundam redegimus: eodem ordine quosdam secundae in primam retulimus. Omnes*

imprimis studiosi et parentes nos amant et charos habent. Sunt ex illis nonnulli praeclaro ingenio et animo praediti *ac quasi cernuntur modo incipere verum Dei cultum et religionem suscipere. Etenim* tam parvi quam grandiores natu sese submisse ac prudenter gerunt, tantamque modestiam prae se ferunt; ut prorsus se integros castosque servare et a mundi illecebris videantur sevocare. Singulis mensibus universi, *ut moris est in Societate,* peccata confitentur. *Plurimi existunt, qui, praeter institutam confessionem, sunt confessi et ad Domini mensam accesserunt die festo Omnium Sanctorum et in Natali Dominico et aliis diebus feriatis.* Haud obscure cernuntur in spiritu crescere, *cum virtutibus et rectis moribus ducantur et imbuantur. Enim vero illud magnam nobis affert admirationem ut,* quamvis in hac urbe iuvenes sint flagitiosi ac maledictis et execrationibus assuefacti, *idque quavis re moti efficiant,* nostri tamen discipuli abhorrent *ab huiusmodi maledictis et iuramentis et* in sermonibus et collocutionibus redduntur simplices et mansueti, nec *discordant unquam* inter se, sed quieti, tranquilli ac pacifici praeceptoribus operam dant. Diebus dominicis et feriatis etiam rei divinae et concioni intersunt, quamvis id sit ob frigoris vim *et iniuriam* pergrave. Edidimus regulas easque in tabula descripsimus, quibus informantur, quomodo sese debeant gerere, tum in ludo literario, tum in viis, tum domi. Ad haec adscripsimus ordinem et modum sese ante tempus quietis examinandi et, simulatque surgunt, Deum precandi et ei sese totos tradendi ac dicandi. Ac his quidem rebus maxime ad honesti et virtutis studium homines inflammantur, cum intueantur nos tantam curam et operam in liberorum institutione et salute ponere, *ex quibus quidam inveniuntur,* qui parentes ad bene vivendum adhortantur, et imprimis ad peccatorum luctum et confessionem *adeoque id conantur liberi ut plurimae matres adeant nostrum templum et ad confitendum et suscipiendum sanctum Christi corpus.* Quod si in offensionem aliquam et culpam incidunt, mulctantur. *Verum in id maxime operam damus ut potius charitatem, quam severitatem indicemus. Illud itaque non praetermittam commemorare quemdam ex discipulis grandiorem natu paulum difficilem et arrogantem, in Rectoris conspectu accusatum, vel repugnantem, verberibus esse caesum, qua quidem re tantopere est correctus, ut modo vincat quasi*

caeteros omnes modestia, et tandem deliberavit in quodam monasterio in Dei cultu vitam agere. Haec urbs stupore afficitur cum haec intuetur, et imprimis cum cernit modestiam scholasticorum, *quoniam summopere his partibus desideratur. Homines quidem honesti* nostros mores et instituta commendant; improbissimi *autem* vituperant *et in invidiam vocant* ac nos et pariter discipulos dissimulatores vocitant. *Nos autem parvi pendimus verba eorum ac maledicta.*

Habita est in nostro templo oratio latina, qua tum explicacabatur mens et animus Patrum in Collegiis *construendis,* tum ratio Societatis in instituenda iuventute, tum studia humanitatis et ingenuarum artium laudabantur et ad eas percipiendas incitabatur iuventus, cui interfuit Episcopus [1] et plurimi canonici, equites et cives. Verum quoniam in huius vigilantissimi pastoris sermonem incidi, non committam quin narrem quo pacto, ut primum in hanc urbem ingressi sumus, nos tanquam filios maximo amore complexus, nobis se totum ex animo obtulit et studium suum pollicitus est; quod quidem *aperte modo perspicitur* in cura et sollicitudine, quam in rebus nostris agendis suscipit. Iam bis terve invisit scholam, ac magno perfunditur gaudio cum pueros tanta humilitate et pietate ornatos circumspiciat nec non haud parvum ex literis eos *haurire* fructum intelligat. Solet nonnumquam dicere nomine doctrinae virtutes esse inserendas. Is itaque in cunctis rebus nobis opem *et salutem* fert, ac ille quidem, si divitiis et mundi opibus afflueret, nobis prorsus *consuleret et res* necessarias elargiretur. At vero pro suis fortunis in nos maxima confert beneficia. Verum ut ad id, unde discessi, revertar, oratio habita adeo placuit, *ut Episcopus* diceret: Si cognovissem rem tam apte et ornate efficiendam, convocassem (inquit) universum populum. Oratio satisfecit etiam civibus, *qui eam audiverunt.* Nonnulli *vero* qui hactenus odio nos prosequebantur, *nunc vero* sunt nobis amici ac studiis nostris favent. Oratione igitur perorata, quidam *vir honoratus* adeo fuit commotus ut *ad fletum* prae gaudio *adduceretur ac* palam predicaret Mutinam haud dignam esse nostra consuetudine et studiis, quippe cum locum commodiorem non praeberet. Praeterea sese totum magna amoris significatione

---

[1] Aegidius Foscarari, O. P.

Patribus tradidit et quotiescumque nobis in via fit obviam, singularem animum et studium nobis ostendit. In hac urbe opinio Societatis diffunditur et in dies accrescit, et adversarii, qui quidem plurimi extabant, in viam redeunt et nobis placantur.

Scripsi breviter de fratribus nostris et literario ludo. Reliquum est ut paucis *dicam* fructum, qui in animis adiuvandis per Patres est perceptus, qui quidem certe, ut in hanc sunt ingressi urbem, se totos contulerunt, et ad confessiones audiendas, *ad* animos coelesti pane reficiendos, tum ad conciones habendas, quas equidem et in nostro templo, et in xenodochio, et in *custodia,* apud vulgo vocatas conversas, magno studio prosequuntur. Quorumdam confessiones generales auditae sunt, quod sane factum est maxima poenitentium utilitate et consolatione. In nostro templo habetur concio mediocri conventu et frequentia ac praesertim matronarum, in quibus sunt quae procul habitant, ac omissa concione, quae in summo habetur templo, ad nos *confluunt.* In omni *quasi* concione incitantur christiani ad sacramentorum usum. Etenim in hac urbe potius soliti *sunt* sese *dedere* aliis pietatis officiis, nimirum eleemosynis et huiusmodi humanitatis meritis, *quam animos confessionibus ac vero angelorum pane reficere alereque.* Plurimi rerum divinarum perstudiosi, tam viri quam foeminae, octavo quoque die Christi Iesu mensam, confessione praeeunte, adeunt, ac in feriis Natalis Dominici *valde* numerus eorum, qui sordes peccatorum *in vita contractas* confessione et luctu eluunt, adeo adcrevit, ut plurimi a nobis recederent alio, cum tot rebus gerendis implicati, eorum studiis obsequi non possemus. Diebus profestis semper aliquae *divini cultus et suae salutis percupidae* matronae in templo nostro rei divinae intersunt ac Christi corpore reficiuntur; et hae quidem in dies augentur. Etenim hae matronae, puro religionis amore incensae, piscantur alias et capiunt divini verbi retibus, *et hac arte* captae numquam *quidem* recedunt. Apud conversas uberrimus *funditur* fructus, non modo in his foeminis, quae in illo monasterio vitam degunt, *quae sane in virtutibus optime sese habent;* sed et in externis, qui illud templum *ac domum* frequentant. Quoniam in concionibus, quae illic saepenumero habentur, propter loci commoditatem, est magna hominum frequentia, et confitentur etiam et excipiunt Sanctum Christi corpus tot aut plures, quam in nostro templo.

Itaque locus ille non est alius quam Societatis. Et in id damus operam ut in xenodochio semel in hebdomada, praecedente confessione, percipiant Eucharistiam non modo aegroti sed etiam ii, qui firmo sunt corpore, hoc est familia hospitis pauperum et ipse hospes. Diebus dominicis nonnulli ex fratribus invisunt aegrotos et habent concionem in eorum consolationem et instructionem. Patres quoque eos adeunt et eorum saluti *in dando* consilio et audiendis confessionibus inserviunt. In his sunt inventi milites consuetudine peccandi inveterati, qui multis ante annis neque confessi nec de peccatorum luctu et animae salute unquam cogitarunt. Hi ergo, Christi Iesu auspicio, Patrum manibus traditi, ad sanam mentem et pietatem reducuntur; nam effectum tandem est ut ex animis pestem peccatorum maximo dolore vitae transactae eiicerent, eosque confessione abluentes deliberarent rectius deinceps vitam instituere. *Horum unus mansit tres annos, in quibus nunquam peccatorum poenituit, nec ea confessus est: alius item novem: alius duodecim, et adeo erant a mundo excaecati ut nullam prorsus salutis rationem haberent. Alius etiam,* gravi vulnere affectus, monitis et consiliis Patris rediit in eam mentem et sui ipsius cognitionem, ut non solum confessionis remedium inquisiverit, sed et adversariis libenter condonaverit, a quibus *artibus et dolis quadam nocte* fuit vulneratus; *quod libentissimo animo efficiens remansit* maxima mentis tranquillitate et gaudio *affectus; et* alius *erat* infectus perversis opinionibus *et erroribus, qui in animum inducere non poterat existere purgatorium,* cum tamen esset doctus *et arbitraretur se magis sapere, quam revera sapiebat. Verum* in Patris manus incidit, et ea ratione revocatus est ab erroribus ut posterius adduceretur in magnam suae caecitatis admirationem, ac praedicaret commemoratum Patrem rem praeclaram gessisse, quippe qui eripuisset eius animam ex hostis manibus, et tandem peccatorum luctu et confessione illustratus removit a se prorsus opinionem, ac quoties Patrem eumdem convenit, illi gratias agit singulari grati animi significatione.

Invisuntur et hi, qui in custodia tenentur, *ex quibus magnus hauritur fructus,* quippe cum sua humilitate et submissione ad excipiendum *panem* spiritualem satis dispositi sint. Apud hos ergo noster Pater verba facit *ac* hortatur ad peccatorum *susci-*

piendum luctum et in miseria patientiam amplectendam. *Et ut rectius eos dicendo teneat et mentes ad coelum alliciat,* importat secum panem *et* singulis *partem* elargitur. Cuncti, Christi Iesu benignitate, sunt confessi et alter alteri condonavit iniurias acceptas. At vero cum illic quidam custodiretur, qui nullo modo ac ratione impelli poterat ut inimicis *parceret neque etiam sociorum exemplis commovebatur, qui aiebant:* "*Ignosce, charissime frater, tu etiam ut nos egimus*„; *at ille id fieri non posse et prorsus deliberasse adversarios ulcisci,* tum quidam Pater ex nostris ad eius pedes se prostravit, ac vehementi spiritus impetu: "Per amorem (inquit) Christi *crucifixi,* qui cruci affixus inimicis pepercit, et tu omnia condona inimicis et Deus tibi tua condonabit.„ Repente cor hominis saxeum est *delinitum:* et rei stupore captus, clamat se universis ignoscere et amplius nolle ulcisci, sed potius perferre patienter omnem iniuriam et adversitatem. Erat ibidem mulier quaedam pannis et squalore obsita *et prorsus calceis indigebat:* egit ergo Pater apud Episcopum ut ei donaret *calceos et alia* vitae *prorsus* necessaria. Ea itaque in eorum, qui in carcere versabantur, salute adhibita est cura et opera, ut omnes *maxime ad suam salutem sint extructi,* et maxima in Domino consolatione expleti. Praeterea custos carceris *et eius uxor* Patri peccata *sunt confessi. Nam idem custos abhinc* triennium *peccata celaverat neque in eorum* patefactionem et dolorem adduci poterat. *Neque illud silentio praeteribo, Patres apud omnes plurimum valere; nam idem* Vicarius pietate et reverentia *adductus* ad Patres accessit, eisque est confessus.

Iam in his, quae supra commemoravi, facile potest perspici, Pater optime, formam ac materiam huius urbis ad percipiendum copiosissimum fructum, si mitterentur operarii multi ac praestantes. Nam si per hos operarios, qui in praesentia hic versamur, patitur optimus ac summus Deus efficere haec ad suam gloriam, quid fieret si huc adventarent praestantes ac praestantibus ingeniis et animis praediti operarii, qui cum dignitate excolere vineam Domini, verbum evangelii serere, evellere spinas, quibus segetes opprimuntur, et sana doctrina dicere veritatem in rebus omnibus possent? O quot animae Christo pararentur et in salutis viam reducerentur, quae *quidem* misere pereunt, quia non est qui eas a peccatorum peste

deterreat, non est, inquam, qui eas extrahat a densissimis errorum tenebris. Sed hac in re nihil aliud possumus agere, praeterquam quod ipse vineae Dominus Christus Iesus praecipit, hoc est ipsum Dominum messis precari ut mittat operarios in vineam suam. *Quocirca modum* faciam *ac nihil* aliud *ad*scribam, quam quod omnes nos commendatos precationibus et sacrificiis tuis et totius Societatis esse volumus.

Mutinae, tertio idus februarii 1553.

Inutilis servus,

Imperio Patris Caesaris.

Franciscus Hispanus [1].

Superscriptio. † Al molto R.do in X.o P. il P.re M. Ignatio de Loyola Preposito de la Comp.a di Iesu.

In Roma.

Alia manu: "R. ex Mutina.„

Et alia: "1553. Modena. Quad. 3 Idus Februari Q. S.„

Est cerae et sigilli vestigium.

Praecedentes Francisci Bordon litterae a P. Polanco emendatae [2].

MUTINA

Gratia et pax Christi Jesu sit semper in nobis. Amen.

Breviter scribam, perquam observande Pater, quae Deus egerit per nos his tribus mensibus transactis postquam in hanc urbem pervenimus et hujus Collegii Societatis nostrae jecimus fundamenta.

---

[1] Franciscus Bordon; sic ipse nomen suum subscribit litteris infra edendis.—Estne hic ille, quem *Gordonum* fecit Polanci librarius in *Chron.*, t. II, pag. 292, n. 256?

[2] Apographae duplici in folio nn. 92 et 93.—Eas ideo edimus ut quid deletorum a se loco substituerit Polancus appareat; quod quidem italicis typis a reliquo distinguemus.

Ut igitur a fratribus exordiamur, omnes Christi Domini *gratia ag*noscunt maximum beneficium vocationis et in eo constanter ac honeste permanent, frequentant confessionem et Christi Domini mensam non modo semel in hebdomada sed etiam omnibus diebus festis, qua quidem re valde homines, qui ad nostrum veniunt templum, *ad pietatem excitantur et* inflammantur. Praeterea retinetur ratio temporis precationibus adscripti, ut positum est in more Collegii romani. Exercentur concionibus, quas inter coenandum *unus,* a coena omnes convocati habent. Quod spectat ad obedientiam, se satis bene habent, ac se submittunt officiis humilibus juxta rationem et formam sibi praescriptam. Conantur abjurare *propriam* voluntatem et tradere se totos in rebus omnibus Patris nostri sententiae. *Sunt inter eos aliqui* abstinentiae percupidi, *et sic de aliis virtutibus intellige.* In his autem quae pertinent ad consuetudinem cum externis, omnes magnum studium, juxta suam conferunt vocationem *ut animas ad Dei cultum et salutem suam sedulo curandam excitent.* Ac te optime Pater illud fugere nolo eos quidem, qui juventutis instituendae muneri sunt praefecti, *id, quamvis laboriosum satis,* magna *tamen* industria exercere atque contendere ut scholastici universi in literis progressum faciant et uniuscujusque rationem habent. Reliqui fratres, qui huic docendi muneri non sunt praefecti, quamvis implicantur domesticis rebus, non tamen *quae edificationis sunt* praetermittunt. Etenim is, qui res necessarias emit, inter comparandum, operam dat quaestum spiritus facere adhortans illos, a quibus quid emit, ad confessionem et virtutum *opera,* qua quidem arte in primis ad *bene* agendum impelluntur. Idem frater, simul atque in hanc urbem venimus, patienti et alacri animo plurima maledicta et contumelias in viis pertulit, *donec* sua patientia ora tandem obtrectatorum occlusit. Jam vero omnes in litteris, quamvis et aliis rebus *distineantur, proficiunt.* Alii latinis et graecis, alii latinis tantum student, in iisque pro viribus se exercent. Quod autem spectat ad numerum eorum, qui hic agimus, iidem manemus, qui a te, pater, fuimus missi; speramus tamen brevi numerum augendum, *quamvis eorum, qui ingressum exoptant, constantiam ac virtutem foris probandam existimamus.*

Nunc reliquum est, ut paucis te certiorem faciam tum de

literarum studiis tum de scholasticis, qui nostram *sequuntur* scholam. Primum igitur dico numerum scholasticorum in quatuor distributum esse classes, et in singulis esse constitutos praeceptores, qui discipulorum *captui* lectiones accommodant; *et sane tum in lectionibus tum in exercitationibus componendi ac pronunciandi orationes ac aliis, studiosorum profectui idoneis, haud mediocris profectus percipitur.* Sunt ex illis nonnulli praeclaro ingenio et animo praediti; *et* tam parvi quam grandiores natu sese submisse ac prudenter gerunt, tantamque modestiam prae se ferunt, ut prorsus se integros castosque servare et a mundi illecebris videantur *omnino* sevocare. Singulis mensibus universi, *pro more collegiorum Societatis, alii frequentius,* peccata confitentur. Haud obscure cernuntur in spiritu crescere, et, quamvis in hac urbe juvenes sint flagitiosi ac maledictis, *juramentis* et execrationibus assuefacti, nostri tamen discipuli, *ab his* abhorrentes, in sermonibus et colloquutionibus redduntur simplices et mansueti, nec *pugnant* inter se unquam, sed quieti, tranquilli ac pacifici praeceptoribus operam dant. Diebus dominicis et feriatis etiam rei Divinae et concioni intersunt, quamvis id sit ob frigoris vim pergrave. Edidimus regulas, easque in tabula descripsimus, quibus informantur quomodo sese debeant gerere, tum in ludo literario, tum in viis, tum domi. Ad haec adscripsimus modum et ordinem sese ante tempus quietis examinandi et, simul atque surgunt, Deum precandi et ei sese totos tradendi ac dicandi. Ac his quidem rebus maxime ad honesti ac virtutis studium homines inflammantur, cum intueantur nos tantam curam ac operam in puerorum institutione ac salute ponere. *Sunt etiam ex pueris,* qui parentes ad bene vivendum hortentur et in primis ad peccatorum luctum et confessionem, *quod eos obtinere in nostra ecclesia experimur, plurimas horum confessiones audiendo.* Haec urbs stupore afficitur cum haec intuetur, et in primis cum cernit modestiam scholasticorum, quae, *quo rarior in his locis, eo gratior est. Sed ut optimus quisque magnopere* nostros mores et instituta commendat, *ita* improbissimi quique vituperant, ac nos et pariter discipulos dissimulatores vocitant, *sed et hoc ipsum lucri spiritualis nobis causa est, ut Deo non tantum agendo sed et patiendo etiam placeamus.* Habita est in nostro templo oratio latina, qua tum explicabatur mens et animus patrum in Colle-

giis *admittendis*, tum ratio Societatis in instituenda juventute, tum studia humanitatis et ingenuarum artium laudabantur et ad eas percipiendas incitabatur juventus, cui interfuit Episcopus, et plurimi canonici, equites et cives. Verum quoniam in hujus vigilantissimi pastoris sermonem incidimus, non committam quim narrem quo pacto, ut primum in hanc urbem ingressi sumus, nos tamquam filios maximo amore complexus, nobis se totum ex animo obtulit et studium suum pollicitus est; quod quidem *abunde praestare cernitur* in cura et solicitudine, quam in nostris rebus agendis suscipit. Jam bis terve invisit scholam ac magno perfunditur gaudio cum pueros tanta humilitate et pietate ornatos circumspicit, nec non haud parum ex literis eos *capere* fructum intelligit. Solet nonnumquam dicere nomine doctrinae virtutes esse inserendas. Is itaque in cunctis rebus opem fert, ac ille quidem, si divitiis ac mundi opibus afflueret, nobis prorsus necessaria omnia elargiretur. At vero pro *tenuibus* suis fortunis, in nos maxima confert beneficia. Verum ut ad id unde discessi revertar, oratio habita adeo placuit Episcopo *ut* diceret: "si cognovissem rem tam apte et ornate efficiendam, convocassem (inquit) universum populum„. Oratio satisfecit etiam civibus, *unde* nonnulli, qui nos odio hactenus prosequebantur, *jam* sunt nobis amici ac studiis nostris favent. Oratione igitur perorata, quidam *eorum, non infimae notae,* adeo fuit commotus ut prae gaudio *flendo* palam praedicaret Mutinam haud dignam essse nostra consuetudine et studiis, quippe cum locum commodiorem non praeberet. Praeterea sese totum magna amoris significatione Patribus tradidit et, quotiescumque nobis in via fit obviam, singularem animum ac studium nobis ostendit. In hac urbe opinio Societatis diffunditur et in dies accrescit et adversarii, qui quidem plurimi extabant, in viam redeunt ac nobis placantur.

Reliquum est ut paucis *attingam* fructum, qui in animis juvandis per patres est perceptus, qui quidem certe, ut in hanc ingressi sunt Urbem, se totos contulerunt et ad confessiones audiendas *ac* animos coelesti pane reficiendos, tum ad conciones habendas, quas quidem in nostro templo, et in xenodochio, et in carcere, et apud vulgo vocatas Conversas magno studio prosequuntur.

Quorumdam confessiones generales auditae sunt, quod sane

factum est maxima poenitentium utilitate et consolatione. In nostro templo habetur concio mediocri conventu et frequentia, ac praesertim matronarum, in quibus sunt quae procul habitant ac, omissa concione, quae in summo habetur templo, ad nos convolant. In omni *propemodum* concione incitantur christiani ad Sacramentorum usum; etenim in hac urbe potius soliti *erant viri boni* sese dare aliis pietatis officiis, nimirum eleemosynis et huiuscemodi humanitatis meritis; *nunc vero* plurimi rerum divinarum perstudiosi, tam viri quam foeminae, octavo quoque die Christi Iesu mensam, confessione praeeunte, adeunt; ac in feriis Natalis Dominici numerus eorum, qui sordes peccatorum confessione et luctu eluunt, adeo crevit, ut plurimi a nobis recedere *vel inviti* alio cogerentur, cum tot rebus gerendis implicati eorum studiis obsequi non possemus. Diebus festis semper aliquae matronae in templo nostro rei divinae intersunt ac Christi corpore reficiuntur, et hae quidem in dies augentur; etenim hae matronae, puro religionis amore incensae, piscantur alias et capiunt divini verbi retibus, quae captae nunquam *ulterius* recedunt. Apud conversas uberrimus *capitur* fructus, non modo in his foeminis, quae in illo monasterio vitam degunt, sed et in externis, qui illud templum frequentant; quoniam in his concionibus, quae illic saepenumero habentur, propter loci commoditatem est magna hominum frequentia, et confitentur etiam nostris et excipiunt sanctum Christi corpus tot aut plures quam in nostro templo. Damus *etiam* operam ut in xenodochio semel in hebdomada, praecedente confessione, percipiant Eucharistiam, non modo aegroti, sed etiam ii, qui firmo sunt corpore; hoc est, familia hospitis pauperum et ipse hospes. Diebus dominicis nonnulli ex fratribus invisunt aegrotos et habent concionem in eorum consolationem et instructionem. Patres quoque eos adeunt et eorum saluti, consilio et audiendis confessionibus, inserviunt. In his sunt inventi milites consuetudine peccandi inveterati, qui multis ante annis non confessi, nec de peccatorum luctu et animae salute unquam cogitarunt. Hi ergo, Christi Iesu auspicio, Patrum manibus traditi, ad sanam mentem et pietatem reducuntur; nam effectum tandem est ut ex animis pestem peccatorum maximo dolore vitae transactae eiicerent, eosque confessione abluentes deliberarent rectius deinceps vitam instituere. *Quidam autem eorum,* gravi vulnere

affectus, monitis et consiliis Patris rediit in eam mentem et sui ipsius cognitionem, ut non solum confessione remedium inquisierit, sed et adversariis libenter condonaverit, a quibus male fuit vulneratus, maximam mentis tranquillitatem et gaudium inde *consecutus:* alius infectus perversis *contra fidem* opinionibus (cum tamen esset *iudicio suo satis* doctus) in Patris manus incidit, et ea ratione revocatus est ab erroribus, ut posterius induceretur in magnam suae caecitatis admirationem ac praedicaret commemoratum Patrem rem praeclaram gessisse, quippe qui eripuisset eius animam ex hostis manibus; et tandem, peccatorum luctu et confessione illustratus, removit a se prorsus opinionem; ac quoties Patrem eumdem convenit, illi gratias agit singulari grati animi significatione. Invisuntur et hi, qui in custodia tenentur, magno *cum fructu,* quippe cum sua humilitate et submissione ad excipiendum *cibum* spiritualem satis dispositi sint. Apud hos ergo noster Pater verba facit hortatus ad peccatorum luctum, et in miseria patientiam amplectandam; importat *etiam* secum panem, *quem* singulis elargitur. Cuncti Christi Iesu benignitate sunt confessi, et alter alteri condonavit iniurias acceptas. At vero cum illic quidam custodiretur, qui nullo modo ac ratione *vel exemplo aliorum* impelli poterat ut inimicis *iniuriam condonaret,* tum quidam Pater ex nostris ad eius pedes sese prostravit, ac vehementi spiritus impetu, per amorem (inquit) Christi, qui cruci affixus inimicis pepercit, et tu omnia condona inimicis, et Deus tibi tua condonabit. Repente cor hominis saxeum est *emollitum,* et rei stupore captus, clamat se universis ignoscere, et amplius nolle ulcisci, sed potius perferre patienter omnem iniuriam et adversitatem. Erat ibidem mulier quaedam pannis et squalore obsita; egit ergo Pater apud Episcopum ut ei donaret necessaria. Ea itaque in eorum, qui in carcere versabantur, salutem adhibita est cura et opera, ut omnes *animarum suarum saluti consuluerint* et maxima in Domino consolatione expleti *fuerint.* Praeterea custos carceris, cum uxore, Patri peccata *sua* triennium celata, *ad quorum* patefactionem et dolorem prius adduci non poterat, confessus tandem est. Vicarius *etiam Episcopi* pietate et reverentia *magna* ad Patres accessit eisque confessus est. O quot animae, *si operarii non deessent,* Christo pararentur, et in salutis viam reducerentur, quae misere pereunt, quia non est qui eas

a peccatorum peste deterreat; non est, inquam qui eas extrahat a densissimis errorum tenebris. Sed hac in re nihil aliud possumus agere praeterquam quod ipse vineae Dominus Christus Iesus praecipit, hoc est, ipsum Dominum messis precari ut mittat operarios in vineam suam. *Sed iam finem* faciam, nec aliud scribam quam quod omnes nos commendatos precationibus et sacrificiis tuis et totius Societatis esse volumus *et obnixe precamur*.

Mutinae 3.° idus Februarii 1553.

Imperio Patris Caesaris.

Inutilis servus,

FRANCISCUS HISPANUS.

CCIV

Joannes Baptista Velati,
Ex commissione P. Alberti Ferrariensis,
Patri Ignatio de Loyola.
Eugubio, 28 Februarii 1553 [1].

IHS

La gra. et pace de Jesu Christo S.or nro. ci conservi et accrescha sempre nell' suo S.to amore. Amen.

R.do P. Essendo gionto il tempo per dar conto a V. R. di quanto il S.or Iddio habbi operato in le anime di questa cità per mezzo de soi minimi servi; et essendo più le nostre negligentie che le opere fatte, mi confundo: non dimeno per sodis-

[1] Autographum in quadruplici folio sub nn. 31-34.

fare alla obedientia geterò da parte ogni vergogna et dirò in summa quel pocho ch' si è fatto.

Partiti ch' fussimo di Roma 8 tra Padri et Fratelli (quali anchor tutti siamo quì) per la molta commodità temporale, la qual sempre impedisse la spirituale, pocho si fece nel camino, percioch' (come sa V. R.) andavamo a cavallo et attendevamo a far bone giornate. Pur la guida ch' ci havea dato M.or R.mo Santa † [1] si confessò et ricevete il Santissimo Scr.to con molta sua et nostra satisfatione. Giunti ch' fummo a Augubio, ci fece il S.or Vic.° del Vescovo grande acoglienza et conducendosi prima al Domo, come chi sa che *prius quaerendum est regnum Dei*, odete la messa, qual celebrò il P. M.° Oliverio [2]. Dipoi ci condusse alla sacristia et fece congregar li signori canonici et altri sacerdoti et ministri del Domo, et volse si facessi una amorevole et familiar exortatione a tutti in sua presentia, et così lo fece nel modo a me possibile et con sodisfatione (come credo) di tutti. Doppo aver cibato la anima, volse etiam con noi cibar il corpo, et così disnò nelle nostre habbitationi con lo agente del R.mo S.ta † con esso noi. Il giorno della Commemoratione delli Morti, per principio delle nostre schole, recitai una oratione latina in Sto. Nicolao, alla quale si ritrovò il S.or Vic.°, li canonici et molti studiosi, et fu assai grata per ch' in quella si dichiarava l' instituto della Compagnia, il beneficio fatto dal R.mo Santa † alla cità per il nostro Collegio da lui mandato. All' prime lettioni similmente, specialmente del P. M.° Oliverio, vi fu grande concorso, et de homini quale veneano più per ensegnare ch' imparare, come di alcuni pedagogi, a quali forsi non era grata la nostra venuta; et alcuni fra li altri volsero dimonstrar de saper anci coreger il P. M.° Oliverio. Il qual per non li lassar presumere il falso de loro scientia (oservata ogni modestia) li fece capaci di loro ignorantia: et volendo quelli difendersi, parlorno latino talmente ch' mossero a riso gli scholari circonstanti. Cominciata la schola con ogni edificatione in S.to Nicolao, la communità fece instantia perche ricevessimo la schola publica, et noi per consiglio di V. R. P. et pensando di meglio servir

---

[1] Marcellus Cervini, Cardinalis Sanctae Crucis.
[2] Oliverius Manare (Manareus).

Iddio in quella, la habbiamo ricevuta, et in quella faciamo il poter nostro, ma pocho frutto nelli loro costumi, specialmente nelli più grandi, percioche sono tanto bellicosi et habbituati nel mal fare, ch' non si possono piegar dalle male consuetudine. Vano per la città a cento a cento in forma di compagnie de soldati, etiamdio quelli ch' a pena possono trasinare la spada, con tutti instrumenti bellici, stendardi, tambori, arme, etc., con consenso de parenti et superiori, nè segli po persuadere il contrario. Castigi non vogliono recevere et in 4 mesi che siamo quì non habbiam possuto ritrovar un correctore, ricercando etiam per noi la communità, perch' tutti temeno non esser ocisi, anci ch' trova dificultà la communità di ritrovar maestri ch' voglino ricevere il nostro carico. Ci fanno li scholari molti insulti, bench' al presente si sia alquanto remediato, avendo li consuli mandato un bando ch' nisuno presumi venir alla schola publica senza nostra licencia. Et questo basti quanto alla publica et exterior schola.

Nella domestica et interior schola ciascuno procura corespondere a sua vocatione exercitandosi li fratelli in spirito et litere et oltre le particolar orationi ogni giorno insiemi in commune per alcun spatio di tempo, pregiamo il S.or Iddio per la tribulata sua chiesa, in genere et particulare. Esso si degni per sua infinita misericordia exaudirci.

Quanto alle altre opere di charità habbiam visitato alle volte lo hospitale et si sono odite le confessioni de quelli ch' in quello erano (quali erano pochi); et essendovi molte orphane, se vi è fatto una essortatione infiamandole alle virtù et exortando le ministre alla vera charità. A questo medesimo andammo per insegnare la dottrina christiana alli putti orphani: ma non vi essendo più ch' doi, non si è seguitato. Le femine orphane sono molte, le quale hanno il medesimo bisogno de esserli insegnato la dottrina christiana, ma non vi siamo andati per esser la cità troppo suspetosa. Non si manca di visitare le infirmi, quando si sa dove siano. Circa le confessioni pochi ch' frequentino il Santissimo Sacramento ogni Setimana; vi è però una moltitudine di donne, le quali ogni mese si communicano nelle mano di nostro P. Alberto [1], le quale con molti

---

[1] P. Albertus Ferrariensis, Collegii Rector.

altri serebbono per confessarsi più spesso si noi havesimo loco o chiesa particulare, percioch' la vergogna, over rispetti humani, retirono molti dal ben fare, non volendo loro venir al Domo alli exercitii pii et sancti, nel qual Domo noi officiamo. Nondimeno in questo advento è stato tanto il concorso di confitenti per la presentia di nostri Padri, et tanti li communicanti al Natale, ch' era grande maraviglia et stupore a tutti, specialmente alli canonici et sacerdoti del Domo, li quali dissero ch' si tutti quelli, ch' si erano confessati da nostri Padri, si communicassero, serebe come una altra Pascha. Quanto alle predich' quando si è possuto, ogni festa si sono continuate alli 4 monasterii, quali sono sottoposti alla cura dello Episcopo; et le monach' di quelli hano fatto grande mutatione, specialmente quelle di uno particular monasterio, dove il P. R.do Alberto a continuato et a dirli messa et confessarle, percioch' si sono comunicate molte volte fora di lor consuetudine; et per exempio di queste aspetiamo frutto nelle altre.

Il giorno della Epiphania si predicò in quatro diversi loghi, a doi de quali li Padri communicorno molte anime; et quelle ch' si communicavano nelle mano dil P. M.º Oliverio (facendoli quello una devota exortatione), parte per loro devotione receuta nella communione sacra, parte per compontione dalle parole di detto Padre, cridorno viva voce molte volte *misericordia*. Quanto al nostro predicare, tardassemo molto nel principio, percioch' non havemo commodità di chiesa; finalmente parve al S.or Vicario ch' si predicasi nel Domo. Così io feci doi prediche in quello con asai aplauso de audienti, essendovi presente il magistrato et magiori nobili della cità. Mi si gratulò il S.or Vicario nella prima, parendogli avessi fatto più ch' dalla età giuvenile et presentia exteriore non aspettava; doppo ci venero a ritrovare li frati de Sta. Maria de servi più volte, supplicando volessi predicar nella loro chiesa et considerando noi ch' la loro chiesa è molto più commoda ch' la cathedrale al populo, per esser in meglio sito della cità, impetramo dal S.or Vicario etiam dal Signor R.mo Santa † di predicar in quella; et così habbiam seguitato ogni dominica in sino alla quadragesima; et in la predica della dominica doppo la Epiphania, alla quale si ritrovò il magistrato, avendo li frati aparichiato per fare una procissione del Santissimo Sacramento,

fu tanto il populo a detta predica ch' non poterno passar per la chiesa, a tal ch' furno constretti lassar il Smo. Sacramento al altar magiore et ivi cantare *Pange lingua* et altri cantici, et così por fine alla loro processione.

Habbiamo visitato quasi tutti li religiosi et ci mostravano grande amore nel Signore, et quando andamo a visitare li franciscani observanti, ci diedero materia di mortificatione et vanagloria insieme, percioch' nello intrar dell' porta disse il portinaro: "sete voi quelli Padri ch' fanno tanto frutto in questa cità?„ et pensando noi ch' quodammodo si ridesse de noi, fummo inganati percioch', parlando più a longo con lui, conobbemo ch' egli parlava in tota cordis simplicitate. Venne poi il guardiano et fece quasi il medesimo; venne un altro vecchio venerando et dotto, il qual doppo molte parole ci exortò alla perseverantia, dicendoci ch' eramo il specchio di questa cità; et volendoci noi difendere, parendoci dicessi più ch' in verità non era, ci risposse con il detto del sapiente: *Melius est nomen bonum quam divitiae multae*. Il. S.or Dio ci dia gratia che correspondiamo con li fatti alla opinione. Li medesimi Padri ci hanno donato alcuni instrumenti da mortificarci; et ci hanno imprestato delli libri, et habbiamo con essi commertio, percioch' sono di bona vita et exempio. Il fratello nostro Symone, per sua mortificatione et frutto del proximo, predicò nelli giorni di carnevale nella piazza con assai gratia et fervore, et havendo predicato una altra volta a uno monasterio, è stato ricercato per predicar altre volte. Questa quadragesima il R.do P. Alberto a cominciato legere la dottrina christiana nella schola publica, avendo fatto un preludio latino nella prima letione. Il P. Oliverio et io, per commissione del Rmo. S.ta †, siamo andati a visitare (alle feste per non lassare la schola) la diocesi; et la prima dominica di quadragesima andamo a un castello, dove io fece una predica et il Padre odete circa a trenta confessione d' anime asai bisognose. La vigilia di Santo Mathia andamo alla Fratta, lontan di Augubio 12 miglia, et per esser un castello asai spatioso, si afermamo li venere, sabbato et dominica. Fece tre prediche; alla secunda mi venero a ritrovar li defensori della terra, pregandomi volesse restar per la quadragesima; tuttavia respondendogli io ch' non potevo dispor di me, subbito expedirno uno messo al S.or Vic.o, il qual li re-

spose ch' havessero patientia, ch' per altro eramo destinati; sì ch' quando si voleamo partire per venire a Augubio, ci venero a ritrovare, condolendosi della partita et dimonstrandosi grati de quello ch' havea fatto M.or Rmo. mandandoci la; si dimonstrorono, dico, grati con presenti et parole. Il P. M.o Oliverio odete le confessione dalla mattina insino alla sera senza moversi della sedia, et ha consolate molte anime aflitte et tribulate nel spirito, percioch' molte, ch' dubbitavano delle confessioni passate, le hanno replicate de molti et molti anni. Et certo che per il bisogno de quelle anime havrebbe bisognato starci molto tempo; per ch' trovò nostro P. Oliverio ch' per la ignorantia de religiosi et sacerdoti confessori di quel loco si erano molti communicati, et per molti anni, in peccato mortale. Habbiam insino adesso visitato doi logi. V. R. giudici quanta necesità fussi di visitare la diocesi. Altro non mi occorre al presente se non ch' quella pregi al S.or Idio ch' ci riscaldi talmente ch' con il calor nostro si riscaldino le anime più ch' non hanno fatto questi quatro mesi.

Di Augubio al ultimo di Febraro 1553.

Per commissione di nostro P. Alberto,

Servo in Jesu X.o indegno.,

IO. BATT.A DE JESU.

Superscriptio. Al Molto R.do In Xpo. P. il Padre M. Ignatio.

Alia manu in margine: Quadrim. Augubio, ultimo di febraio 1553.

Et paulo inferius: Lett. Q. V.

CCV

P. Oliverius Manareus
Patri Ignatio de Loyola.
Eugubio, 28 Februarii 1553 [1].

†

Gratia et pax Domini Nri. Jesu X.[i] abundet semper in cordibus nostris. Amen.

Quos infecundo quadrimestri elapso nostra hic in X.[o] Jesu oboriens Societas foetus protulerit (exigente obedientia) narraturus, R. P., bimembri divisione suscepti muneris pensum absolvemus. Primum familiaria atque scholastica, deinde spiritualia sincero rerum gestarum ordinis servato progressu commemoraturi.

Datus nobis a Rmo. Cardinali de S.[ta] ✠ comes itineris crebris frugiferisque Patris ac fratrum nostrorum sermonibus ad sacrosancta confessionis eucharistiaeque sacramenta, gravissimarum certe ab alio quodam in itinere illatarum injuriarum immemor, animum tandem inclinavit. Quanta cura et sollicitudine nostrum, imo suum, curavit negotium, et in itinere et in urbe hac Cardinalis, per suos procuratores, reticere quam parum dicere duco satius. Duobus totis diebus in ejusdem Abbatia, ab Eugubio tribus passuum millibus distante [2], peractis (quamdiu nimirum necessaria supellectili nobis concinnarentur cubicula), Eugubium pervenimus, rectaque ad aedes Domini Vicarii deflectentes, eum salutavimus. Ille vero ante omnia esse

[1] *Epist. Quadrim., 1553-1554.* Autographum in duplici fol. sub nn. 34 et 35. In eodem vol., in duplici fol. sub nn. 27 et 29 *(sic)*, est ejus transumptum exemplar.

[2] Vide Polanco, *Chronicon*, t. ii, pag. 170, n. 14.

Dei implorandam gratiam cognoscens, illico ad ecclesiam cathedralem nos conduxit, sacrumque ibidem per nos fieri voluit, quo confecto, in sacristia exhortationem quamdam, qualem Dominus exegerat Vicarius, noster in Christo frater Joannes Baptista[1], ex tempore quidem, sed plurimis ibi coactis laicis mixtim cum clericis quam gratissimam protulit. Quantus cujusvis conditionis hominum numerus nos eodem die inviserit brevitati studens pertranseo. Invisimus et nos hujus urbis senatores debitumque eis officium exhibuimus, quod placidis amplectentes complexibus, maiorem in modum nostro gratulati sunt adventui; quinimo, ut perspicuum magis gratulationis esset argumentum, omnia palatii loca voluerunt esse demonstrata.

Postridie Calendas Novembres, in aede D. Nicolao sacra, habita est et oratio latina coram Domino Vicario ac omnibus fere canonicis maximoque aliorum peritorum coetu; quibus quantopere placuerit, explicato nimirum hujus Collegii et aliorum nostrae Societatis instituto in excolenda moribus et literis iuventute, in omnium sane vultu lectum est perfacile. Postridie ad scholas nostras confluxere alii classium ordinem scrutaturi, lectiones alii audituri, alii censoriis numeris easdem expensuri, alii professoribus, si forsan possent, aliquam ignorantiae notam inusturi. Veruntamen (duce Deo) unicuique satisfactum est, quod ex ipsa frequentia et assiduitate auditorum et inter caeteros trium ludimagistrorum videre fuit. In lectionibus variis latinae ac graecae linguae, compositionibus ac disputationibus scholasticos assidue et diligenter exercemus. Publicas scholas ad tempus, contendentibus summopere hujus urbis senatoribus, suscepimus, Domino Rmo. Tuaeque R. P. morem gerentes. Scholasticorum coetus centesimum et sexagesimum numerum explet.

Quid fructus haec nostra officina scholastica iuventuti advehat accipito. In re literaria uberes editos esse non est qui inficietur, uberioresque edendos non expectet. In spiritu minores in adultis proveniunt; causam autem non meorum fratrum scio, sed mei unius existere ignaviam. Accedit et deflenda hujus iuventutis licentia, quos videas, coactis agminibus, omnibus armis instructos, velut signa collaturos, calcata omni modestia omni-

---

[1] Joannes Baptista Velati, alias Joannes Baptista de Jesu. Vide POLANCO, *Chronic.*, tom. III, pag. 25, not. 1.

que observantia, per urbem festis diebus militari more ingredi. Iuniores tamen morum suorum reformatione tantum splendoris scholis nostris intulere, ut angelicum a nonnullis nomen sint promeritae. Singulis diebus omnes sacro intersunt. Die lunae doctrinae christianae, quam profiteri coepit R. P. Albertus [1], suavissimo cibo reficiuntur. Menstruis confessionibus ad conscientiae puritatem juvantur, privatisque et communibus exhortationibus ad virtutes capessendas, invitantur, urgentur, stimulantur.

Sed quid de fratribus nostris domesticis? enimvero hi ad unum omnes (Dei beneficio) et ad litterarum et proborum morum fastigia numquam non aspirantes freno magis quam stimulo indigent. Tantus equidem studiorum amor, tantus orationum ardor, tantus mortificandae carnis fervor iis inest, ut excessus, potius quam defectus excitandus, sit per obedientiam reprimendus. Quiescendi, edendi, studendi, orandi, confitendi, communicandi, eumdem fere ordinem, quem Romani Collegii nostra habent statuta, observant; quod nimirum sua maxima cum satisfactione et populi aedificatione [exequuntur]. Taceo privatas eorum exhortationes ad ciendos quosque per occasionem obvios ad sacrae confessionis sacramentum, quas certe non fuisse inanes fructus inde relati demonstravit experientia. Taceo omnium ad iniuncta munera exequenda promptitudinem erga-que se mutuo mirandam charitatem. Hoc tamen non tacebo quod fratrum omnium aetate minimus, in X.° charissimus Simon [2], mortificandae carnis juvandique proximi studio effervescens, multis re insolita stupentibus, hisce Bachanalibus, in foro hominibus omnis generis frequentissimo, concionando palam declaravit in ore infantium et lactentium sermonem laudemque Dei esse perfectum. Idem fere exhibuit adolescens in uno virginum collegio in capite ieiunii [3], earum ita votis respondens, ut ad simile munus praestandum, tum ab iisdem, tum ab aliis saepius invitaretur; repulsam tamen patiuntur, quo eius studiis minus damni ingeratur. Alii, idem facere gestientes, hanc eamdem ob causam arcentur. Sed haec ad secundam partem pertinent: eam itaque aggrediamur.

---

[1] P. Dr. Albertus Ferrariensis.

[2] Fr. Simon Bartoli, ille de quo in Polanci *Chron.*, t. iii, pag. 29, annot. 1, et supra, pag. 193.

[3] *in capite ieiunii*, initio quadragesimalis jejunii.

Semina verbi Dei tanta cum facundia, fervore, gratia, frater noster charissimus Joannes Baptista diffundit, ut quamlibet inculta terra sit, non possit non multum fructus referre [1]. Bis in cathedrali templo a secunda dominica Adventus (quo praedicandi munus exorsus est) eadem gratia praedicavit. Officiorum vero decantandorum prolixitas effecit ut aliud templum sane commodius, quod fratres, servi vulgo dicti, offerebant, praedicandi gratia acceperimus. In hoc dominicis quibusque diebus tanto confluente hominum numero verbum Domini disseminavit, ut processiones vel pompas in honorem sacrosancti sacramenti celebrari solitas jam secundo, non loci angustia (est enim templum hoc magnum), sed prae turba confertissima cessare necesse fuerit.

Hac quadragesima pagi et castella, D. Rmi. dioecesi subdita, visitari coepta sunt. In primo pago tantam Dominus fratri dedit gratiam ut confessiones plures triginta, praeter inveteratam loci consuetudinem, prima Dominica nobis audiendas detulerit, pluresque multo audivissemus, si nox intempestivior infestas tenebras non offudisset. In secundo tres praedicationes mira suavitate idem deprompsit, quibus multorum peccatorum animas, prava etiam contaminatas peccandi consuetudine, ad confessionis antidotum coëgit, adeo ut toto die ad profundam noctem, ne loco quidem movendi nobis audientibus daretur facultas. Tertio die idem factum iri sperabatur, nisi schola nostram operam repetiisset, iterque longius, utpote passuum duodecim millium, maturioris reditus admonuisset. Quantum Castelli oppidive rectoribus ac oppidanis noster placuerit adventus, ingratus fuerit recessus, non modo verbis declararunt et muneribus, licet non acceptis, sed nuncio ad D. Vicarium misso, quo nostram operam pro tota quadragesima obtinerent.

Sed memoria fere exciderant die Epiphaniae quatuor conciones discretis in locis habitae, quarum una ante communicationem sacrosancti corporis Dominici tantos plangentium misericordiamque Dei implorantium strepitus suscitavit, ut tantae devotionis auctorem, Deum, laudandi magna sit omnibus praebita materia. Civium confitentium numerus adhuc

---

[1] Vide tamen, infra, litteras ipsius Oliverii 31 Maii datas et quae ibi animadvertimus.

rarus est quidem; vix tamen dies labitur nulla confessione insignitus. Raritatis tantae rationem putamus nimiam urbis in bene agendo erubescentiam nimiamque zelotypiam. Illa viros, haec mulieres, licet animi propensione vel pulsantis Domini inspiratione impulsos, revocat. Tanta omnes corripuit caecitas ut quod vident bonum malum dicant, et quod malum bonum. Unde filium pater, mater filiam, uxorem vero arcet vir. Hoc tamen Dominus Adventu lapso, permultarum mulierum maxime, oculos aperuit, ut fallaces mundi praestigias deprehendentes, posita omni verecundia, omnique spreta aliorum suspicione, ad confessiones tanto concursu moverentur, ut canonici se tantum sua in ecclesia numquam vidisse asseverarent. Plurimi, alibi confessi etiam eodem die religiosis, non sibi satisfactum dicentes, nostram operam implorabant, qua obtenta, hilares vultu, animo laetiores abscedebant. Plerique, altius confessiones factas repetentes, totius fere vitae insigniora delicta confessori prodebant expendenda. Hoc autem maxime contigit in castellis et pagis, quae visitamus. Nam, proh dolor! quot homines invenimus, tum confessorum ineptia vel incuria, tum poenitentium verecundia, in peccatis mortalibus sopitos, multis annis communicantes! quot vero confessiones multorum annorum curriculo intermiserant!

Alia officia spiritualia, etsi non accurate satis, exercentur tamen. Xenodochium saepe visitatum est, praesertim per R. P. Albertum, ad quod propter multas, quas habet orphanas, facilem accessum damnanda negat suspicio: aegros raros habet prae nimia census tenuitate; quos vero hactenus habuit, et visitavimus, et confessione adversus hostem praemunivimus. Non defuerunt etiam sacrae exhortationes. Aegri pariter, et cives et rustici [1], ab eodem Patre ardentissima charitate passim visitantur. Monasteria etiam invisuntur ab eodem Patre et fratre Baptista, et fere quidem festis quibusque diebus eorum aliquot suam spiritualem habent a fratre nostro refectionem, saepius vero et potissimum profestis a R. P. Alberto; nec frustra certe; mutatio enim morum omnibus est perspicua, maxime unius ab eodem Patre visitati frequentius. Hoc enim inveterata exutum consuetudine suavissimum modo diffundit

[1] *et cives et rustici,* qui in civitate et qui in ruribus civitatem adjacentibus degunt.

aedificationis odorem. Paces inter dissentientes componi idem insuper Pater curat, quod, favente Deo, aliquando feliciter successit. Gerit etiam circiter quinquaginta foeminarum spiritualium curam, quas mensibus singulis confessione emundatas communicat, communicatas exhortatione ad perseverantiam incrementumque stimulat. Incarceratis visitandis hactenus facilis non fuit accessus: facilior tamen speratur; nam solicite id curavimus cum eo, qui id praestare potest. Exercitiis spiritualibus duos tresve iuvenes exercere decreveramus; sed pagorum visitatio differendum suasit negotium.

Si quomodo hic audiamus, audire cupit T. P., omnes fere ad unum, honorum exhibitione, mortificationis haud sane exiguam materiam suggerunt. Dum semel pios quosdam D. Francisci religiosos inviserimus, qui primus eorum salutationem est exorsus in haec verba erupit: "Hem! numquid vos, qui tantos passim fructus facitis?„ Nos velut attoniti, risum suspicantes aut ludibrium, ad aliud sermonem transferimus. Sed alterius rursus occurrentis eadem salutatio, ac demum (ut aiunt) Gardiani eo vergens congratulatio, falsae suspicionis nostrae nos admonuit.

Hactenus de elapso quadrimestri, maiorem in sequenti proventum, per Dei gratiam, orationibus R. T. impetratum speramus.

Eugubii, pridie calendas Martias, 1553.

T. R. P.

Filius indignus,

OLIVERIUS MANAREUS.

Superscriptio. Admodum in X.° P. Patri Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: 1553 quad. Augub. pridie kl. Martias.

CCVI

P. Desiderius
Patri Ignatio de Loyola.
Tybure, 14 Martii 1553 [1].

†

Sanctificatis in X.° Jesu gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.

....

Quid igitur in rebus (ut aiunt) temporalibus negotiatus fuerim, primo dicam: quid item in oper[ibus spiritus] exercuerim postremo paucis subjiciam: et ut brevior sim, corticis duntaxat superficiem extremam attingens, quae a mense Decembri gesta sint memorabor.

Dilectae nobis in Christo sororis Luciae [2] litem, taedium, occupationes caeterasque animi molestias, nobis [sibique] illatas, haud ignoras. At sicut belli eventus dubius est, huius itaque sororis postremae litis progres[sus] Deo cognitus habeatur. (Prioris autem, utpote horti controversiae, victoria non te praeterit.)

Dilecti nostri Joannis Cocanarii testamentum suae, tum amicitiae, tum charitatis, testimonium erga nos monumento testatur.

---

[1] Autographum in folio unico, n. 574.—Attrita et exesa charta in superiori parte, desiderantur postrema singularum linearum verba tum in initio tum in fine epistolae; et quoniam, ut ex his, quae supersunt, fragmentis eruere licet, nihil praeter excusationes, gratulationes, precationes, et similia extremae hae folii partes continebant, nos ab iis fragmentis edendis abstinebimus, ea solum, quae integra sunt, transcribentes.

[2] Lucia Cynthia, de qua vide Polanco, *Chronicon*, t. ii, pag. 19, n. 35.

Praeterea si de nostro antiquo et derelicto nido [1] forsan ignores, scito: S.tae Mariae a Passu horti loc[ationem] non tam amicos, quam nosmetipsos taedio affecisse.

Insuper domus renovata conductio non minorem quam prior attulit laborem.

Vitae nostrae exemplar animarum curam invenerat, cui plurium Parochiarum administratio oblata fuit.

Ad haec templorum seu sacellorum structuras, utpote campanile et altaria, resarciri curavimus.

Interim in schola patuerunt musarum januae. Doctum est. Fama praevaluit, postquam gymnasium creverat, quamquam aliorum detrimento, quae quidem res melli fel miscuit.

Nec hoc reticebo: oblatos libros gratis acceptavimus: et acceptatio exinde gratior evasit.

Iam superest. R.di D.i Ludovici Maecenatis [2] suppellex vendibilis misso cathalogo proscripta.

Sed ne sacra prophanis, vel simplicia compositis, pharmacopolarum more, misceam, negotia spiritualia jam segregabo, iterum coactus pauxillum me (immo Deum) laudaturus.

Quot a confessionibus seu a secretis audiverim, quotve exinde Ecclesiae sacramentis participaverint, aliorum esto iudicium: memoria enim fallit. Sed non me latet diversorum et plurium monacharum, virginum, Doctorum et divitum confitentium devotio.

Non defuit demum piscatio animarum. Adiunctae sunt praeterea errantium, utpote concubinariorum, blasphemantium et huius farinae miserorum correptiones, exhortationes, necnon reconciliationes. Adde tribulatorum consolationes, amicorum, pauperum, hospitalium infirmorumque visitationes.

Sed ne numero potius quam re ipsa taedium adferam, hoc unum accipe: Daemones exorcismo repulsos: *sed non nobis, Domine, non nobis at nomini tuo da gloriam:* et regno coelorum adscriptis gaudium.

Suscipe praeterea conciones meas nonnullas, nec sperne

---

[1] Vide POLANCO, *Chronicon,* t. II, pag. 166, n. 8.

[2] Dnus. Ludovicus de Mendoza, de quo plura Polancus et Orlandinus et in *Cartas de San Ignacio.*

conversationem nostram. Et si lectiones non satis doctae sint, attamen non minus filiolis meis utiles fuere.

Errantes (si ulterius sciscitans me provocaveris) reduximus: quamquam a bona mente plerique evanuerint. Sed Deus reddat illis suam mentem. Piscatores constituimus; at unus saltem hamo excellens nobis relictus est.

Contingunt nonnunquam tam a consiliis, quam a confessionibus, casus dubii.

Caeterum, quia gratis accepimus, interdum gratis, utpote pauperibus, viduis, orphanis, aliisque pauxillum quid vini, olei et panis elargiri nobis licuit. Ingratitudinis quidem merito accusaremur, si beneficium non rependeremus, cum nobis hactenus in dies divina gratia (non Heliseus) auxerit oleum, auctumque sit ultra meritum quotidie penus triplex, videlicet: panis, vini et olei. A Tiburtinis quid praeter haec requirendum est?

Scholae parietes superius erexi; sed iam moderationem accipe, et scholarium, a ferocitate mansuetudinem, obedientiam et fere omnium iam auditas confessiones, attende, quaeso.

Sed age tandem, quod maius est, quamquam obscurius. Haereticos impugnatos cernas velim, nonnullosque a leonum catulis ereptos.

Sed heu me infelicem, cum iam me ex aliorum criminibus laude titillantem videam.

Utinam et illud mentiar, incantationes superstitionesque nonnullas advertisse: sed D. O. M. gratulor me iis oculis prostratas vidisse.

Omitto praeterea contumelias et opprobria, quae pro nomine Xpi. tanquam Saul inter prophetas habiti recepimus.

Quid postremo de me simulque fratre meo Anthonio [1] narrem, unumne dicam et alterum reticebo? Dictum intellige]nti sat est, nempe illud: ferrum ferro acuitur vel obtunditur.

....

Et si quid neglectum vel omissum, veniam precor.

[Me]que tuis intercedentibus orationibus devotissime commendo. Valete quotquot estis omnes in uno Xpo.

Tybure, pridie idus Martii, 1553.

[Hae]c praeterea subiiciam paucis. Nempe me hanc eamdem

---

[1] Fr. Antonius a Robore, de quo Polancus in *Chronico,* t. ii, pag. 18, n. 33.

epistolam extempore, ex improviso et eo die, quo tuas recepi literas, scripsisse: nuncii adepta opportunitate et confitentium concursu posthac tempus scribendi forsan non suppeditatum. Sed tabellarius sui discessus promissis non stetit. Itaque me fefellit opinio.

Tuus in Christo et inutilis servus,

DESIDERIUS.

Superscriptio: R.do in Xpo. P.ri et colendissimo praeposito pri. Ignatio Generali venerabilis Societatis Jesu. E regione S.ti Marci basilicae et Capitolii. Romae.

Et alia manu: 1553, Litt. pri. idus mar.

Exstat et cerae sigillique vestigium.

CCVII

Eleutherius Pontanus,
Ex commissione Patris Elpidii Ugoletti,
Patri Ignatio de Loyola.
Patavio, 25 Martii 1553 [1].

†

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi abundet semper in cordibus nostris.

R.di Patres et fratres charissimi [2].

Quandoquidem Sanctae obedientiae visum est ut vos eorum,

---

[1] Tota autographa, duplici folio, num. 79. Castigata est, ut moris erat, a Polanco, et ejus ita emendatae apographum extat sub n. 81.

[2] Haec cancellavit Polancus; recte quidem, nam litterae Ignatio tantum superscriptae sunt.

quae hic geruntur, quarto quoque mense certiores faciamus, tentabo proxime elapsi quadrimestris acta, non quidem omnia, sed praeclariora tantum ac praestantior aquam brevissime vobis exponere; *quorum nimirum commemorationem Deo imprimis laudi, vobis autem caeterisque, ad quorum manus ista perferentur, et voluptati et ad virtutum amorem incitamento fore confidimus* [1].

Atque ut a Sacramento poenitentiae initium sumamus, per hoc enim gratiam coelestem in hominum mentes largissime derivari experimur, mulier, quae iam totos octo annos mariti consortio ac contubernio caruerat, eosque turpissime per luxum in prostibulo consumpserat, post retecta apud nos in confessione peccata, huius Sacramenti virtute marito est reconciliata, quo similiter per confessionem emundato, intermissa a tot annis inter eos mensae domusque communicatio ac societas concordibus utrinque animis est repetita. Nec minus in eodem Sacramento presidii expertus est vir quidam, qui a multo tempore ab hoc ipso se alienaverat; nam ex confessione fortior factus iniurias omnes, quae et plurimae et gravissimae erant, iis, qui illas sibi intulissent, ex animo remisit. Duo praeterea cum huius sacramenti frequentationem, nescio qua incuria ac negligentia, omisissent, ac inde in foedissima quaeque vitia prolapsi essent, puderetque seu pigeret pristinam confitendi consuetudinem resumere, tandem cum a se [2] ut apud nos confiterentur impetrassent, ita sunt vi sacramenti confirmati ut antiquo more confiteri in hunc usque diem *cum maximo animarum suarum spirituali profectu* perseverent. Sed et duo alii, qui *aliquot annos* [3] tanto praesidio caruerant, confessi sunt non sine proposito idipsum crebrius in posterum factitandi, quorum *unius* [4] uxor quoque ac filia iam hic etiam *eius* [5] exemplo confessae sunt. Audita est etiam opulentae admodum matronae confessio, quae cum ruri ageret, conscenso equo, non alia de causa ad nos advolarat; estque reversa animo,

---

[1] Quae italicis descripsimus, a Polanco suppressa sunt.

[2] Ita; sed clarius haec ipsa reperies apud Polancum, *Chronicon*, t. III, an. 1553, pag. 110, n. 207.

[3] *integrum triennium* scripserat Pontanus.

[4] *alterius*. Pontanus.

[5] *simili*. Pontanus.

quam venerat, *longe* sereniore et tranquilliore: *aliae etiam vel occasione filiorum, quos ad scholas erudiendos deducunt* [1], *vel* per filios *suos*, qui nostris fratribus dant operam, ad confessionem adductae *sunt*, *inter quas quaedam, quae biennium a confessione abstinuerat* [2], tantoque nunc in ea facienda ferventior ac frequentior, quanto hactenus cunctantior ac negligentior fuit, neque hoc ipso contenta plurimis ut idem facerent mulieribus persuasit.

Aegrotis quoque in *xenodochio decumbentibus* [3], quam potuimus, operam impendimus, quorum tres trium annorum (quibus a confessione abstinuerant) vitiis irretiti, sacramento poenitentiae liberati sunt, inductique ut ad desertas uxores (singuli enim suam dimiserant) statim, reddita sanitate, se reciperent. *Alii propterea, qui tres vel quinque annos* [4] variis gravibusque peccatis impliciti *erant*, eodem poenitentiae Sacramento [5] curati sunt, nec longo intervallo corporis quoque *vinculis quidam eorum est expeditus.*

Haec sunt, quae superiori quadrimestri immensae suae bonitatis Deus hic edidit indicia, exigua quidem, ac si cum iis, quae passim a fratribus fieri accepimus, comparentur, prope nulla; verum si ex sese atque authore ipso aestimentur, non omnino contemnenda.

Quod ad scholasticorum nostrorum mores ac studia attinet, omnia, Dei beneficio, tam prospere se habent, ut, si ex principio de fine *conjicere* [6] liceat, summa omnia expectare possimus. Numerus centesimum ac trigesimum excedit, fitque in dies maior [7]. Progressus studiorum is est, ut eius neque nos neque ipsos merito poenitere possit; siquidem quatuor his mensibus, quibus ludum aperuimus, maiores firmioresque in literis profectus fecerunt, quam sub aliis praeceptoribus, quibus antea

---

[1] *Sed et altera mulier, cum filium ad nos erudiendum deduceret, ad confessionem reducta est, qua ex re magnopere se adjutam testata est. Simili quoque ratione alteri mulieri auxiliatum est.* Pontanus.

[2] *adducta est, quam totum biennium neglexerat.* Pont.

[3] *valetudinario degentibus.* Pont.

[4] *Alterius quoque in peccatis trium annorum jacentis generalis, ut vocant, confessio audita est. Alter quoque.* Pont.

[5] *ad quod a quinquennio non accesserat, expeditus est.* Pont.

[6] *pronuntiare.* Pont.

[7] Crevit sane initio usque ad centesimum quinquagesimum; at postea temporis progressu imminutus est ob rationem, quam POLANCUS, *loc. cit*, n. 206, affert.

operam dederunt, toto triennio, toto quinquennio, *quidam etiam* [1] et septennio.

Morum etiam fit quotidie in melius commutatio. Haec sunt, quae de *scholae* [2] nostrae nascentis adhuc rudimentis et incunabulis habui exponenda. Oramus Dominum Deum ut, quo favore principia haec fundamentaque iacere dignatus est, media eodem prosequatur et ultima, ad quod vestrae charitatis preces humillime imploramus.

Ipsi Deo laus, honor et gloria per infinita saecula. Amen.

E Collegio nostro Patavino, octavo calendas Aprilis, anno 1553.

Jussu Patris Elpidii.

Eleutherius Pontanus.

Superscriptio. † Al molto R.do in Chro. P. il P. M. Ignatio de Loyola Preposito generale della Comp.a di Jesù.

In Roma.

Alia manu: Padoa 1553, 25 di Marzo.

Et alia: R. Ex Patavio.

---

[1] *adde etiam.* Pont.

[2] *Collegii.* Pont.

CCVIII

P. Michaël Govierno,
Ex commissione Patris Joannis Baptistae de Barma,
Patri Ignatio de Loyola.
Gandia, 6 Aprilis 1553 [1].

IHS

Muy R.do Padre N. en el S.or
La gracia del S.or sea siempre con todos. Amen.

De lo que el S.or ha obrado por acá en estos 4 meses solamente scriuiré en uniuersal y algunos casos particulares, porque scriuirlos todos sería cosa muy larga. Ya sabrá por las otras cartas V. P. el fruto que el Señor ha sacado aquí en Gandía de los sermones de nuestro P. Doctor Baptista; y el gran número de los que frequentemente reciben los Sacramentos ha crescido tanto que han dado bien que hazer á los confessores.

En Concentaina tambien ha perseuerado este exerçiçio desde la peregrination de nuestro Padre, que hizo por aquella tierra el año de 1551 [2], porque los mismos Sacerdotes nos han dicho que son tantos que para cada domingo communican treinta.

De Ontinente [3], que es un gran pueblo dos vezes más que Gandía, de gente muy indeuota, rica y llena de bandos, abundante

1 *Epist. Quadrim., 1553-1554.* Autographa, duplici fol. 492 et 493.
2 Vide Polanco, *Chron.*, t. II, pag. 346, n. 371, et pag. 662, n. 553; et *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 589 et 744.
3 Onteniente communius appellatur. Olim vero Fonteniente et Ontinente dicebatur. De nomine, origine et situ hujus oppidi plura invenies apud Escolano, *Décadas de la historia de... Valencia,* lib. IX, cap. 37.

de juegos y juramentos y otros viçios públicos, han tomado tanta devotion á los sermones de N. P. desde la sobredicha peregrination, que no han parado hasta lleuarle allá esta cuaresma muy contra la voluntad del demonio, que tenia todo aquel pueblo tan rebuelto, que querían ya embiar al Rey por un gouernador y aun habia quien dezia que, aunque viniese el mismo rey en persona y supiese perder diez vidas, no haria pazes con unos ni se quitara á otros el bonete. Estaua todo el pueblo en dos partes diuidido, siéndoles forçado á los indifferentes seguir la una parte por no estar mal con entrambas, que cada uno dezia *qui non est mecum contra me est*, y todas las diuisiones, que eran muchas por ser todos muy promptos á reñir, se reducian á los dos bandos principales, poniéndose el que reñia en el bando contrario; y este mal llegaua hasta los sacerdotes.

Todo esto he dicho para que V. P. alabe al S.or por la mutatation grande que ay aora en aquel pueblo en todos los estados y en todo género de vicios y virtudes; porque los que estauan más fieros han sido tan conuertidos á nuestro Señor de coraçon que ya, después que nuestro P. les ha predicado en esta quaresma, quieren tener paz con todo el mundo y muchos la han pedido de rodillas á sus contrarios, y quien antes estaua muy enemistado, está ahora tan conforme á la voluntad diuina, que se anda sin armas y dize que, si sus contrarios le acometiessen, huiria si pudiesse, y si no, suplicarles ía de rodillas que no le matassen; y quando no le valiesse, rogaría por ellos al Señor que los perdonasse.

Hauiendo pues N. P. predicado comunmente todos los domingos y fiestas hasta el domingo de la Septuagésima aquí en Gandia, despidiósse de aquí, poniendo tanto espanto con autoridades y exemplos en aquel sermon á los que solamente oyessen y no fuessen operarios, que fué gran parte el temor que sacaron del sermon para aliuialles el sentimiento que auian de tener de su partida y para que les quedase su doctrina muy impressa. Esse mismo domingo á las dos oras de la mañana nos auiamos leuantado los hermanos y congregados todos en la yglesia y auiendo preçedido una disciplina, después de bueltas [á] ençender las lumbres y sacado el Sanctíssimo Sacramento sobre el altar maior, nos hizo una plática N. P. conbidándonos que fuéssemos al S.or que nos estaua conbidando, y nos le diéssemos y

le recibiéssemos por S.or y encomendándonos que rogássemos al S.or por toda la Compañía para que le diesse y conseruasse en ella su spíritu y pidiéndonos particularmente rogássemos al S.or que le diesse ciertas virtudes, de que se sentia necessitado. Baxándose del púlpito, se fué delante del altar maior y renouó sus uotos y lo mismo hizieron por su orden todos los hermanos, y el hermano Roca [1] y el hermano D. Pedro de Cabrera [2] los hizieron de nuevo auiendo primero pidido á N. P. de rodillas la licentia: acabado esto y vuelto en su lugar el Sanctísimo Sacramento, se abrazaron todos con nuestro P. y entre sí con grandíssimo gozo interior y nueuo esfuerço para emplear la uida y fuerças en el seruicio de tan buen S.or

Mucho sintió el S.or Maestre de Montesa [3] la partida de N. P.; tanto que dixo que estaua ya para romper del todo con el mundo y irse con él, y por cierto inconueniente lo dexó.

Passó N. P.e de camino por Cosentaina, dexándolos muy esforçados y acresçentando el número de los germans (que así los llaman ellos á los que perseveran en frequentar los Sacramentos).

El domingo antes de Carnestolendas hizo el primer sermón en Ontinente, reprehendiéndoles las vanidades que en tal tiempo començauan ya á hazer, y mouió tanto que luego con público pregon fué mandado so cierta pena pecuniaria y de carçel que ninguno fuesse osado á jugar en toda la quaresma ni en aquellas carnestolendas ha hazer disfraçes, danças, músicas ó cantares desonestos, arrojar agua ó naranjas, etc., y seis ó siete mançebos hecharon en la carçel hasta uer lo que N. P. ordenaba dellos; y ansí en la misma noche de carnestolendas auía tanto silençio como si fuera Semmana Sancta. Oianle con tanta devoçión que dizen ellos nunca auer visto tanta multitud de gente.

No quiero dexar de poner algunos casos particulares de los muchos que hay: estauan diuididos entre sí los saçerdotes y la justiçia seglar; y nuestro P. con una plática que de parte [4] hizo á los saçerdotes, los assosegó y ellos le rogaron que procurasse

---

[1] Vide POLANCO, *Chron.*, t. II, p. 661, et supra, pag. 70, annot. 3.
[2] Vide supra, t. I, pag. 666.
[3] Petrus Ludovicus Galceran de Borja et Castro Pinos, frater Sancti Francisci de Borja. Ejus vitam et praeclara gesta videre est in his *Monumentis, Sanctus Franciscus Borgia*, t. I, pag. 432 et seq.
[4] *de parte, de aparte*, seorsum.

de conçertarlos. Dos saçerdotes, que ni podían hablar, ni aun ver á dos seglares, marido y mujer, porque los auían hecho descomulgar en la yglesia por falsa sospecha, hizieron pazes por medio de N. P. con lágrimas de ambas partes: y fué publicada en la yglesia otra carta, con que se voluía la fama á los saçerdotes.

Acabando el P. el sermon de dilectione inimicorum, le fue auisar un saçerdote que queria hazer paz con su contrario.

Otro hombre fue á casa de un saçerdote su enemigo y de rodillas le pidió perdon, quedando el saçerdote confundido, viendo que él lo auia de hazer. Otro fue á casa de su contrario con quien se hauia pensado matar, y dixo le queria hablar dos palabras: la habla fue que quedaron grandes amigos y fueron juntos á visitar al P. y juntos tratauan otras pazes. Un clérigo, que auía muchos años andaua en malquerençias con su padre con grande desedifficaçion del pueblo, fue paçificado y conçertado por medio de N. P. Y otro á quien días ha cortaron una mano y, dándole gran quantidad, nunca había querido perdonar, se fué de su motiuo al Padre para hazer lo que le aconsejasse. A uno, que iua por matar á otro hombre, le tocó N. S.or en el corazon y se fue ha hablar al P. muy arrepentido de su peccado. Tambien otro que dos días auía que asechaua á su contrario tras una mata con un arcabuz de pedernal, quiso N. S.or que nunca passó el contrario; y el día siguiente fue tan mouido en el sermon que se fue al P. luego y con arrepentimiento le contó el negocio.

El más principal del pueblo, que es cabeça de bando, yendo ha hablar con N. P., quedó ia con propósito de se confessar y tener paz con todo el mundo.

Con estos y otros muchos negoçios, que ha concluido N. P., que, por ser cosa larga, no se escriuen en particular, han cobrado los del pueblo tal crédito del P., que dizen no ha de tomar negoçio que no acabe; y assí le vienen unos que acabe pazes, otros que aiunte casados que estauan diuididos, otros que concluia matrimonios clandestinos, otros, que ha muchos años que no se han confessado por algunos peccados particulares, le uan á pedir consejo con propósito de se confessar, otros, que quieren perdonar y quitar rencores, se van á poner en sus manos. Al fin no ay negoçio que á él no acuda; y graçias al S.or le ha dado tan buena mano, que el odio y rencor de aquel pueblo se ha conver-

tido en amor y hermandad, que ia no quieren auer gouernador que les paçifique la tierra, pues queda tan paçífica. No ay quien ose iurar por las calles, antes si uno iura, luego le uan á la mano. Es ia tanta la devocion en oir dezir missa á N. P. [que] no se pueden detener de llorar, y los que antes no tenian en la yglesia la deuida reuerençia, ya los uerán con ambas las rodillas en tierra, que no es poco para lo que antes era. Sola esta lástima tiene N. P. y dos compañeros que allá tiene, y es ver tam buena disposiçion y que no ay operarios que les ayuden á coger el fruto. El P. Parra [1], compañero del P., está tan occupado en confessar, y el hermano Maestro Piñas [2] en leerles la doctrina christiana: comenzóla en el hospital, do están aposentados, y cresçía tanto la gente, que huuieron de passar á una yglesia harto grande y ancha y de allí á la mayor: ponen lumbres por la calle para quando sallen, que es á las ocho de la noche. Ha durado en este exercicio cada dia hasta la dominica in Passione, que fué á otro pueblo á enseñarla, y todos le oian con mucho fruto, y quedó en su lugar en Ontinente otro hermano que auia ido á uer el P.

El Domingo de Ramos despues de comer se fue N. P. á otro pueblo á predicar secretamente con un compañero, y por secreto que sallió, topó mucha gente en el camino que no se les encobrió su ida y aguardáuanle: fuéronse todos con él despaçio, diziendo una letania é inuocando los ángeles y santos del pueblo á do iuan, y díxoles despues el P. que, pues en aquel dia auia Hierusalem reçebido con alabanças al S.or, que tambien ellos lo alabassen conbidando cada uno á los otros con un particular benefiçio; y començó el Padre: dixo que le alabassen porque le auia hecho religioso. Otro dezia que, porque auiendo sido él grandíssimo peccador, se lo auia dado á conoscer y propósito de le servir. Otro, porque auiendo sido moro, le auia trahido á su verdaro conosçimiento. Otro, porque siendo un gran jurador y blasfemo y que no se hartaua de peccar, le dió una gran enfermedad, en que se reconosçia, y aora le daua salud y propósito de le servir. Desta manera iuan diziendo todos por su órden tantas cosas y con tantas lágrimas, que era para quebrantar los cora-

---

[1] P. Petrus Parra.
[2] Vide *Litterae Quadrimestres*, t. I, pag. 469.

çones. Muchos lo oian quitados los bonetes con harto sentimiento; y entretanto lo alcançaron los principales de Ontinente, que sabido el negocio, iuan tras él para oirle, y parándose el P. en una parte, do auia muerto un hombre las días passados, hízoles una breue plática de la çertitud de la muerte y inçertitud de la hora, y llegados al pueblo, porque no cabían en la yglesia, pusieron en la plaça una silla sobre un tablero y allí predicó.

Andan los de Ontinente procurando muy de ueras que N. P. acçepte una muy buena yglesia, que está hecha en una muy buena parte, con un Collegio, que quieren hazer; dízenle que es cosa muy conueniente, porque es tierra muy sana y alrededor á una legua ay muchos pueblos y á dos leguas muchos más, do podrían los hermanos hazer mucho fruto: la casa podría tener linda huerta y una fuente en medio. Otras cosas dexo que pudiera á V. P. scriuir de acá, por no ser más largo.

El Spíritu Sancto dé perseverancia á sus sieruos, y á los demás los conuierta para que viuan y perseueren en su sancto seruicio. Amen.

De Gandía á 6 de Abril de 1553.

De V. P. indigníssimo siervo en el S.or

Por comission de N. P. Baptista,

Gouierno.

Superscriptio: Ihs. Al muy R.do y Char.mo Padre nuestro en el S.or el P.e M. Ignacio preposito general de la Compañía de Ihesus,

En Roma.

Et alia manu: Q. Gandía. 53. 6. April.

CCIX

P. Joannes Queralt
Patri Joanni de Polanco.
Barcinone, 22 Aprilis 1553 [1].

IHS

Muy Reverendo en Christo Padre.

La gracia, paz y amor de Jesucristo nuestro Señor sea siempre en nuestras ánimas. Amen.

Recibí la de V. R. de 27 de Enero á 10 de Abril junto con las nuevas de Viena, Nápoles, Florencia y Mesina; y las otras nuevas que v. re. me acusa en su carta de 5 de deziembre, Módena, perosa y augubio, con una copia auténtica del breue nuevamente concedido á la Compañía [2], no los recebí asta oy. Lo que en este mes se ofresce y en los pasados, ya por las otras lo escriuí.

Estamos agora de presente con mucha prisa de la fábrica de nuestra capilla, la cual començamos á la primera piedra biernes á 14 deste. Parésceme que se a ya señalado esta quaresma de lo que Dios nro. S.or se a de servir della; porque como asta agora apenas nos querian conoscer en esta cibdad, ni entremeterse de la compañia muy particularmente, paresce que agora a mouido Dios nro. S.or á los coraçones de piedras con piedras: que viendo las piedras y otras moniciones [3]

---

[1] *Epist. quadrim., 1553-1554,* tota autographa, unico fol. 476.

[2] Breve *Sacrae religionis,* quo Julius III Societati Jesu concedit confirmationem privilegiorum aliaque nova privilegia. R. ap. S. P., XXII Oct. 1552. Pont. ann. III.

[3] *Municiones, materiales,* materiae congestae ad exstructionem templi necessariae.

que se aparejaban para la fábrica de nuestra capilla, se an muchos mouido á querer entender nro. instituto de la compañía y aprouecharse de los ministros della, y assí esta quaresma nos han dado mucha prissa en las confessiones y se a mostrado mucho fruto spiritual en algunas ánimas que han mucho mudado de vida. Un hombre particularmente, casado, que hazia poca vida con su muger (haunque ella bien honrrada), mucho amigo de los aduersarios de la compañía, y éste tenia tal opinion por este pueblo, que le tenian por caporal entre ruines. Confessóle el p.e m.o Gesti [1] de gerona, y ale tanto ganado, que agora viene aquí en nuestra casa muchas vezes y nos trae de sus amigos muchos para que les confessemos, conversemos y hauisemos de los engaños del mundo.

En su casa no querria huuiesse ninguno que no se confessase ó tratase á los Padres de la compañía. A otros muchos ha mouido Dios nro. S.or con estas piedras, que se aprouechan. Dimos los exerçicios á uno que estaua agora para se hazer doctor en leyes; es bachiller in utroque, buen latino y ha oidos los hartes; de muy buena presentia y edification; sano y alto de cuerpo; por acá muy conoscido de virtuoso toda su moçedad; de edad poco más de treynta años: éste se a determinado para la compañía, que pienço saldrá buen hijo, aunque catalan; dízese Maluquer [2], natural de Balaguer. Speramos la respuesta y liçentia de nro. p. Provincial, si querrá que sea reçebido.

En fin, Padre mio, que este rumor de obra sirue ia de redes para traer almas en connoscimiento de Dios nro. S.or, que es de creer que mucho más se seruirá su diuina magestad del todo, pues tanto vemos que se sirue ya de las partes. Para nuestro padre M. Ignatio se pusso una piedra al canton de leuante, en los fundamentos, con el nombre de Jesus engranado, y el suyo debaxo del nombre de Jesus, en la misma piedra tambien engranado. Para todos los collegios, casas, padres y hermanos de la compañía, que podimos tener memoria, se pusso una piedra en particular. Dios nro. Señor les aga á todos tales ministros de su yglesia, que merescan y sean con su divina gracia para sustentar en las ánimas de los próximos lo

[1] P. Joannes Gesti, de quo vide *Cartas de San Ignacio,* t. v, pag. 195.
[2] Vide Polanco, *Chronicon,* t. iii, pag. 385, n. 846.

que en ellas está fundado por la sangre preçiosíssima de Jesuxpo. nro. Redemptor. Amen.

Aquí estamos todos sanos, Dios loado; somos de presente en casa quatro Padres y dos hermanos; hoc est, el P.e Monserrate Soler, el P. M.o Gesti de Gerona, el P.e Lois Cisteron y Joan Queralt [1]. Los hermanos son: Joan Oliua [2] y Joan Bernat [3], alias Queralt, que le dizen por ser mi sobrino, hijo de hermana. Estos dos estudiauan de Theología en Gandía, y me los imbiaron acá por estar malos de cabeça y les prouaua mal aquella tierra. Agora acá me siruen de coadjutores y veedores en lo de la obra, y assí occupados se allan más sanos. Porque se offrescen algunas vezes que an de ayudar manualmente. Para ayudar en los seruicios de casa tengo otro sobrino de edad poco más de 14 años: no es de la Compañía, pero es tan bien inclinado, que no se tiene por fuera della, ántes se tiene por natural della, y assí le tenemos ya como hijo de la Compañía. Este tengo por no tener otro que nos sirua despues que morió el flamenco tapicero. Otras cosas no se me offrescen por el presente. Iesuxpo. nro. S.or nos de á todos su santísima bendicion, spíritu y gracia para en todo perfetamente conoscer, sentir y complir su diuina voluntad. Amen.

De barcelona á 22 de Abril 1553.

A la memoria de nro. p.e m. Ignatio deseamos ser tenidos y encomendados en las oraciones de V. R. y de todos los Padres y Hermanos que ay stuuieren.

De V.ra R. sieruo en Iesuxpo.,

JOAN QUERALT.

Superscriptio. † Al muy R.do padre en Xpo. el pe. mro. joan de polanco de la compañía de jesus, á s.ta María de la strada, en Roma.

Et alia manu: Jesus, 1553, Barcelona del p.e queralt, de 22 de aprile.

---

1 P. Monserrat Soler videtur distinguendus ab Antonio Monserrat, de quo POLANCO, in *Chronico,* t. II, pag. 649, n. 522.—De P. Joanne Gesti, vide supra, not. 4.—Joannes Queralt est ipse qui litteras scribit.

2 Vide POLANCO, *Chronicon,* t. II, pag. 105.

3 Sic; usitatius et rectius *Bernal.*

CCX

P. Cyprianus Suarez
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipona, 25 Aprilis 1553 [1].

IHS

Pax Domini nostri Iesucristi sit semper in animis nostris. Amen.

Et R. P. Mironis et tua, Pater animo meo charissime, voluntas mihi cognita flagitat ut de omnibus, quae nostrum hoc novum gymnasium spectant, diligenter scribam. Atque utinam

---

[1] Terna nobis prae manibus sunt harum litterarum exempla. Primum, in folio duplici, nn. 616 et 617, quod videtur autograhum, sed imperfectum; desideratur enim tertium folium, in quo erant extrema epistolae verba, subscriptio et superscriptio. Alterum, certo apographum, in folio item duplici, nn. 594 et 595, cui in quarta pagina haec superscripta sunt: *1553. Quad. sine loco.—Conimbrice.* Tertium, secundo simile, nn. 615 et 618, cui etiam alia manu superscriptum est: *Quad. Conimb., 1553.* In nullo eorum reperitur nomen loci, in quo datae litterae fuere, nec nomen auctoris subscriptum, nec denique superscriptio.

Verum 1.° autographum primum esse ideo arbitramur quod in eo id cernatur quod tantum in his nostris autographis est reperire, cancellata scilicet, ne exscribantur, quaedam verba, immo et integras periodos, quae desiderantur proinde in certo apographis secundo et tertio.—2.° quamvis apographa haec duo nomen *Conimbricae* superscriptum habeant, certum videtur litteras non Conimbricae sed Ulyssipone datas fuisse; agunt enim tantummodo de rebus Ulyssipponensibus, et de P. Urbano Fernandez aiunt "*huic* Ulyssiponensi Collegio praeerat„.—3.° indubium est earum auctorem esse Cyprianum Suarez; habent enim litterae haec: "R. P. Emmanuel Alvarez *mecum* Conimbria profectus est octavo calendas Februarii, qui dies D. Pauli...„, quibus respondent haec Polanci: "Ad aperiendam scholam Ulyssiponae evocati fuerunt Conimbria *P. Cyprianus Suarez* et P. Emmanuel Aluarez, qui vigesima quinta die Januarii D. Pauli conversioni sacra.....„ *Chron.*, t. III, pag. 394, n. 863.—4.° tandem vox illa *Paternitas* argumento est litteras ad S. Ignatium esse datas.

Quae, in autographo cancellata, in apographis desiderantur, italicis, ut noster mos est, hic describemus.

tam impigri ad instituendam hanc juventutem, tam prompti ad eius mores formandos et tam obedientes denique tuae P. voluntati, quam se magna occasio ad uberes fructus colligendos ostendit.

Ut omnia igitur ordine scribam, R. P. Emmanuel Alvarez mecum Conimbria profectus est octavo cal. Februarii, qui dies D. Pauli conversioni est sacer. In itinere, cum mane antequam iter ingrederemur, tum vesperi antequam iremus ad Xenodochium, in aliquot oppidis cum oppidanis, qui huius rei causa conveniebant in templum, locuti sumus. Bis etiam vocari permultos pueros fecimus, qui et divinae legis praecepta vulgari carmine scripta cantantes, et ea, quae a nobis adversus flagitiosam iurandi consuetudinem dicebantur, attente audientes, et veniam a se mutuo petentes puerilium iniuriarum, itineris molestiam minuebant. In quodam oppido gravissimae erant inimicitiae inter duas honestas foeminas, quarum altera quintum iam mensem erat in carcere cum ancilla, quod alteram foeminam verberassent. Accedebat ad eius miserias gravis morbus, quem importuniorem loci faciebant angustiae. Sed Deus *O. Maximus,* cuius in manu nostra sunt omnia, sic odia haec restinxit, ut non modo quae fuerat laesa a persequenda destiterit iniuria, sed ad carcerem etiam cum magna totius oppidi, tum admiratione, tum laetitia venerit, ut aegrotam inviseret.

Postquam Ulyssiponem venimus, adventus nostri causam et tuae P. voluntatem declaravimus viris aliquot et religione et doctrina eximiis ut instituti gymnasii rationem in concionibus populo declararent. Inter quos erat R. P. Montoya, nostrum omnium amantissimus et Dominicanorum Moderator, quem Provincialem vocant, vir, ut alias eius singulares virtutes omittam, flagrantis studii ad hominum vitia extirpanda, nostri certe perstudiosus. Hi cum caeteris tam fructuosum laborem hunc nostrae Societatis christianis omnibus, non modo iuventuti, esse intellexerunt, ut eam vel solam rationem esse dicerent instaurandi antiquum illum christiani populi fervorem, qui tantopere iam ubique refrixit atque adeo in multis regionibus penitus extinctus est; quam eorum sententiam cum haec urbs intellexisset, concursus illico magnus factus est, receptique sunt multi optimae indolis adolescentes his conditionibus: ut singulis mensibus ad purgandos animos in sancta confessione accederent,

rem divinam quotidie audirent et ad suscipiendum christianum animi cultum omnibus diebus festis convenirent. Quas conditiones cum exponeremus, multi mirabantur, quod haec, quae nos quasi laboris nostri premia flagitamus ab auditoribus, ad multo maximam eorum utilitatem pertineant, et cum non mediocri nostrorum sacerdotum occupatione coniuncta sint. Initio duo tantum habuimus gymnasia, quorum alterum cum haberet post paucos dies auditores centum et octoginta numero, nec possent commode tam multi ab uno praeceptore, quamvis is est P. Emmanuel, et diligentia et doctrina singulari, laboris praeterea patientissimus, edoceri, scripsimus ad R. P. Doctorem Torres, qui tertium e *vestigio* misit praeceptorem Rochum Sanctium, natione valentinum, et ipsum iam in docendo exercitatum, cui datum est tertium gymnasium amplum valde. In eo sunt hoc tempore centum circiter auditores, in secundo nonaginta, in primo quadraginta uno minus, qui omnes in certos ordines sunt distributi, quos decurias, quod decem fere habeant discipulos, vocamus. Inter hos est unus, qui omnium decuriarum in suo gymnasio curam habet; cuique etiam decuriae suus praeest decurio. Sic nullo labore intelligitur si quis absit, si parum in audiendo attentus, si negligens in memoria exercenda sit. Haec res maiorem nostra opinione in dies ostendit commoditatem ad multitudinem gubernandam. Sunt autem positi in decuriis pro uniuscuiusque profectu. *In 3.° gymnasio pueri diligenter in elementis grammaticae discendis exercentur: in 2.° audiunt Ciceronis epistolas, quas familiares vocant, eiusdem librum de Amicitia et difficiliora grammaticae praecepta: in primo vero rhetoricem ad Herennium scriptam, orationes Ciceronis, Salustium et graecam grammaticam, quam memoriter ediscunt cum rhetorices praeceptis. Salustium vero et Ciceronem in patrium etiam sermonem vertunt, quod faciunt permulti non ineleganter.* Nec illud quidem a nobis negligitur ut bene ac velociter scribant, propterea quod curamus ut pueri tertii gymnasii tum mane tum vespere scriptam domo afferant lectionem, quam memoriae commendarint: idem fit in aliis duobus gymnasiis. Quod attinet ad juventutis mores, alii iam esse videntur, atque initio erant; plurima enim quotidie deferebantur iuramenta, multae puerilies iniuriae, quae nunc omnia Christi Domini nostri bonitate sunt emendata, ut magna iam

in tranquillitate versemur. Correctorem habemus virum probum et communis utilitatis ita cupidum, ut minime obliviscatur suae utilitatis; ait enim se hunc laborem suscipere, quo suos omnes affectus penitus extinguat, *quos habuit olim vehementissimos, ut aiunt qui hominem noverunt.* Christianam institutionem docentur diebus festis unusquisque in suo gymnasio; ad confessionis autem Sacramentum sunt venturi quotidie aliquot, prout dies mensis cum auditorum numero convenerint. Haec de nostro Collegio dicta sint, quod ubi quatuor habuerit gymnasia, non dubito quin, Deo nostris laboribus aspirante, magnam habiturus sit frequentiam; cujus rei nec dum quidem venit necessitas, iam tamen imminet.

Venio nunc ad Fratrum mihi charissimorum discessum, qui tam multi et tam exercitati, cum in literarum studiis, tum in diuinarum rerum meditationibus, tam experientes praeterea in audiendis confessionibus, in ministrandis sacramentis aliisque eius generis salutaribus studiis, tum in Brasilium, tum in Indiam missi sunt, ut merito summa earum nationum speretur spiritualis utilitas inde proventura [1]. In Indiam P. Urbanus, qui Collegio nostro Coimbriae integre ac diligenter praefuit, et eo tempore huic Ulyssiponensi praeerat, vir, praeter singularem doctrinam, magna in rebus et humanis et divinis prudentia praeditus, cui datus est satis commodus locus in Praetoria navi. Ei comes est datus P. Balthasar Diez, qui iam grandior receptus in Societatem ante aliquot annos, satis ostendit quam grata sit Deo Optim. Maxim. assidua sollicitudo ac vehemens studium, quod quis sibi ipsi vincendo adhibet. *Ipse sibi plurimum detrahere, sua omnia extenuare, ac de se tamquam de ignavissimo Christi servo sentire; ad labores autem tam alacri erat animo ut Coimbriae omnis conditionis hominibus esset acceptissimus; digressurum certe magna multitudo ad vestibulum nostrarum aedium expectabat, quae abeuntem cum lachrimis est prosecuta.* Frater Alexius Diaz fuit tertius, iuvenis innocentissimo animo et ad serviendum omnibus promptissimo. Altera in navi datus est P. Franciscus Viera, qui permultos annos nostram hanc domum gubernavit usque eo assiduus in procuranda omnium salute, ut

---

[1] "ut merito *nostrum desiderium earum nationum leniat utilitas* scripserat Suarez.

plurimos eius opera civitas haec habeat opifices, permultos etiam nobiles, qui orationi et pietati et divinis rebus se fere totos dedicarint. Eo die, quo erat discessurus, magnus omnium concursus factus est, tantusque in nostro templo fuit fletus ut me certe ea res vehementer affecerit. Omnes abeuntem ab portum, in quo erant naves, ad tertium ab urbe lapidem sunt prosecuti, et in eo pago sequentem diem, quo naves solvebant, expectarunt. Inter alia non existimo illud esse silentio praetereundum, quod omnia, quae ab his obtrudebantur, non solum Pater Franciscus repudiavit, sed etiam de rebus aliis tam longae navigationi necessariis minimum fuit sollicitus. Audio tamen, eo insciente, fuisse quaedam per piam fraudem illata in navim. Adolescens quidam nulla ratione potuit a suis prohiberi quominus iret cum eo: quatuor alii in sequentem annum profectionem adornant: quae res non modo in magnam Domini nostri Jesu Christi laudem redundat, qui sui amoris igne tam suaviter hominum nec religiosorum nec literatorum animos inflammat, ut, postpositis omnibus praesentis vitae utilitatibus, solum Jesum Christum quaerant et hunc crucifixum; sed multis etiam relligiosis [1] stimulos addere potest ut incipiant de infidorum hominum salute cogitare, cum videant homines, qui suis manibus victum parant, eadem animo agitare. P. Franciscus socium habuit Antonium Alvarez, atque ita omnes discesserunt sexto calendas Aprilis.

Ad Brasiliam missi sunt R. Patres Ambrosius Pires, Tuae Paternitati de facie notus [2], et Ludovicus de Grana, qui, die Sacrosantae Virgini festo, concionem habuit in nostro templo, quae non magis nobis quam omnibus auditoribus (habuit autem frequentes) mirifice placuit. Tertius est Blasius Laurentius cum quatuor fratribus.

Nunc superest ut de Regis nostri clementissima in nos liberalitate dicam, qui non modo viatico nostros prosequitur, sed dat insuper liberalissime pecuniam, qua bibliothecae mittantur ad nostros aliaque, quibus regiones illae minus hactenus frequentatae carent. Hoc ipso anno non minus quam octingentis aureis nostrorum ei navigatio constitit et, cum decem iam annos simili

---

1 *relligiosis* inseruit Polancus.

2 Ambrosius Pires procurator Romae fuerat cum Petro Diaz anno 1551. Vide Polanco, *Chronicon*, t. II, pag. 194, n. 66.

utatur liberalitate, non modo non defatigatur, sed quotidie adiicit etiam aliquid ad cumulum pristinae beneficentiae. Duo eius fratres, Enricus, Cardinalis amplissimus, et Ludovicus, Princeps, cum Rege ipso certant charitate in nos omnes.

Superest ut scribam de domesticis occupationibus: superiore quadragesima in nostro templo concionatus est R. P. Carnerius [1], Rector noster; P. vero Gonzalus Vaz in duabus urbis huius Parochiis magna populi frequentia. Domi audiuntur confessiones multae. R. P. Miron, tum in carcere vinctos, tum in nosocomiis aegrotos, superioribus diebus aliquoties ad patientiam est adhortatus. Illud etiam occurrit, quod nobilissimus quidam vir et magni nominis in Lusitania singulis hebdomadis accedit ad sacrosanctam Eucharistiam cum tanto animi fervore, ut eum satis appareat cum magna siti accedere ad misericordiae fontem. P. Miron iuventuti etiam divinae legis praecepta enarrat in altero gymnasio; nam pueros omnes in altero docere coepit R. P. Doctor Torres, qui nobis omnibus magno exemplo est ad Domini nostri Jesu Christi humilitatem imitandam, amplectendam atque per omnem vitam [2] exosculandam.

Haec scripsi carptim. Oramus tuam Paternitatem ut nostri semper sis memor ante Domini conspectum.

Anno ab humanitatis salute MDLIII, septimo calendas Maias.

---

[1] Melchior Carneiro, qui Rector Collegii Eborensis primus fuerat, et mense Februario Ulysipponam translatus fuit ut loco Patris Urbani Fernandez Collegio Sancti Antonii praeesset. Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 422, n. 935.

[2] Hic explicit exemplum primum, quod autographum putamus.

CCXI

Petrus Diez,
Ex commissione Patris Leonis Enriquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 26 Aprilis 1553 [1].

IHS

Admodum R.de in Christo Pater.

Gratia et amor Domini nostri Jesu Christi sint semper in cordibus nostris. Amen.

Cum jussa tuae P. contemnenda non sint, certiorque mihi proinde sis faciendus eorum omnium, quae toto hoc quadrimestri spatio his in locis gesta sunt, ante omnia se offert doctrina, quam, inde a Januario, castella vicique huic civitati proximi sunt edocti. Qua re non parum animis eorum hominum commodatum est: maxime puerulis rudimenta christianae fidei perdocendis, quod prae caeteris Patrem nostrum Emmanuelem Godinum ad id jubendum perpulerat. Atque principio quidem quindecim aut sexdecim fratribus id officii commissum est. Sed non multo post, cum negotia nonnulla existerent, necessario illis occurrendum fuit; nihilo tamen secius sex septemve hactenus in eo perstiterunt. Itaque ex quodam viculo, licet 24 stadiis abs civitate distet, singulis hebdomadis copiosus satis puerorum numerus, una cum aliis jam virilis aetatis, huc pro-

---

[1] Autographum in duplici folio nn. 606 et 609. Auctor nonnisi nomen *Petrus* his litteris subscripsit; eas tamen Petro Diez seu Diaz adscribere audemus, quia, ut videre est in Polanco, *Chronicon*, t. ii, pag. 698 et 702, huic Petro Diaz in Conimbricensi Collegio degenti injunctum erat ut Romam de rebus Portugalliae scribendi curam gereret.

perant, peccata sua nostris Patribus confessuri, pollicentes se singulis quibusque mensibus idem esse facturos. In quodam item alio nonnulli, qui se invicem odio capitali prosequebantur, ad amicitiam revocati sunt. De quibus unus in templo publice veniam ab eo petiit, idque affatim defluentibus lachrymis, a quo fuerat affectus injuria; id quod plebem universam ad pietatem et lachrymas vehementissime excitavit.

Pater vero D. Gonzalus [1], post aliquot Bracharae transactos dies, Portugalliam [2] ire jussus est; ita fieri cogentibus incolis, ubi et de die et de nocte strenue laboravit, tum in concionibus atque cohortationibus familiaribus, tum in audiendis poenitentium confessionibus, tum in administrando sacro Eucharistiae sacramento. Tantoque pietatis studio flagrabat is populus, ut, quia nequibat aliter omnibus satisfacere, bene magnam noctis partem praemeditandis concionibus et precibus horariis recitandis fere semper impendere cogeretur. Quamquam nec sic quidem omnibus poterat. Ad ejus conciones publicas, ad peccata frequenter confitenda percipiendamque sacram synaxim numerosissima hominum turba confluebat, ut festum natalitiorum Domini nostri Jesu Christi Pascha Resurrectionis ejusdem videri posset; nam praeter alias communicantium mensas, aliquot 300 homines continebant; exceptis etiam quotidianis communionibus, quae, quandiu ibi moratus est, non cessarunt. Viginti quoque plus minus homines ab eo solita exercitia spiritualia perceperunt, quorum etiam generales confessiones audivit.

Iam vero in hac ipsa civitate, et concionibus publicis, et confessionibus audiendis, et conferendo Sanctissimum Sacramentum corporis Domini nostri Jesu Christi, augentur in dies magis ac magis spirituales proventus. Cum enim diebus dominicis lapsae quadragesimae, idem ille Pater a prandio concionaretur in templo Misericordiae, quod in media civitate situm est (ut alios interim sermones taceam, partim in Collegio Regio ad scholasticos, partim aliis in locis habitos), adeo crevit numerus confitentium peccata sua et communicantium octavo quoque die, ut compertum sit apud nos solummodo singulis dominicis diebus 120, tum viros tum foeminas, et eo amplius ad sa-

---

[1] P. Gundisalvus Sylveira. Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 413, n. 910.
[2] Ut notum est, hoc etiam nomine appellatur urbs Portus (*Porto, O Porto*).

cram synaxim accedere. Quorum ardentissima studia non modo duratura diutius, verum etiam augenda confidimus, concionibus et mirificis christianae doctrinae enarrationibus, quas idem ille Pater diebus dominicis, mane quidem domi, a prandio vero in eo ipso Misericordiae templo habere insistit, impellendo maximam partem hominum ad sacram Domini mensam frequentandam, ad quod praestandum videtur speciale quoddam et singulare donum a Domino accepisse, unde fit saepenumero ut Patres nostri tot confessionibus non sufficiant. Quin etiam hic ipse Pater proxime praeterita quadragesima duobus foeminarum monasteriis juvandis dedit operam, quorum alterum Sanctae Annae, alterum Sanctae Clarae dicatum est. Commoratur in his ingens monacharum turba, quas omnes alternis diebus invisens privatim, diligentissime instruebat: atque ita effecit per illum Dominus, ut in utroque monasterio bona earum pars spiritalia exercitia meditaretur ac etiam nunc in oratione persistat, speremusque adeo fore ut nunquam ab incoeptis desistant, maxime cum eas ille bis singulis invisat hebdomadis.

Jam in ipso principio quadragesimae, cum Patri Doctori [1] optimum consilium videretur ecclesias huic annexas Collegio doctrina spirituali communire ac pascere, quando earum temporalia metimus, Patres Petrum Diez et Emmanuelem Leite ad S. Felicis misit, ut una cum iis, qui ibi erant, frequentissime parochias illas omnes inviserent, tum poenitentes audiendo, tum concionando, tum Dominicum Corpus Sanctissimum ministrando, qui etiam nunc in hoc munere perseverant. Duos quoque fratres ad S. misit Antonii [2], qui totam quadragesimam docendae plebi navarunt operam, et pueris in primis christianae fidei rudimentis instruendis aliisque spiritalibus rebus non paucis. Visitabant eos qui in proxima quadam civitate (Guardae illi nomen est) tenebantur in vinculis; docebant eos; suis interdum humeris plenos aquae cantharos ipsorum usibus necessariis bajulabant.

Qua in civitate ac in quinque vel sex viculis, quos statis quibusdam diebus uniuscujusque hebdomadae revisebant, tri-

---

[1] Michaëli de Torres. Polanco, *Chronicon*, t. III, pag. 414, n. 912.
[2] Ad S. Antonii de Benespera Abbatiam, quae Conimbricensi Collegio erat annexa. Polanco, ut supra.

ginta homines atque etiam amplius ad mutuum amorem reduxerunt, quum sese antea alii alios pessime odissent. Ad Castellum etiam quoddam regium, Tomar vulgo nominatur, missus fuit P. Michaël de Sousa, ipso Rege id postulante, ubi aut bis aut ter singulis hebdomadis docebat populum, audiebat arcanas poenitentium confessiones, administrabat sanctum Eucharistiae sacramentum, ad quod multi saepe pro more accedebant, incitati ad id faciendum P. D. Gonzali concionibus, quas anno proxime elapso ibi habuerat et frequentes et ardentissimas. Inde vero, diebus dominicis et festis duas parochias vicinas, alteram mane, alteram vespertinis horis, concionaturus petebat, ex cujus sollicitis adhortationibus uberrimos fructus illi homines acceperunt. Sed is fuit longe maximus, quod 130 aut 140 homines, capitalibus odiis impliciti, maximam partem diutinis, ad concordiam et familiaritatem revocati sunt, ex quibus multi publice, obortisque lachrymis, ac provolutis ad terram genibus, alii alios veniam postulabant, aliis omnes sibi illatas injurias sponte propria condonantibus. In eodem Castello bis unoquoque die frater quidam ex nostris [1], quos vocant conscientiae casus, praelegebat ministris Ecclesiae, quorum ibi ingens est numerus, id quod illis, qui confessiones audiunt, plurimum profuisse credimus. De aliis quibusdam Patribus, quos ad Episcopatum, vulgo de Portalegre vocatum, miserant concionaturos, nihil habemus scribere Tuae Pat.; nam neque ipsi reversi sunt, neque ullas ad nos literas dederunt.

Ad Indos quinque hoc anno missi sunt, tum Patres, tum Fratres; ad brasilienses vero septem, qui omnes magno animo sese laboribus quibusvis devoverunt, quum plerique eorum gravibus morbis cruciarentur; nam divina bonitate hinc indidem argumentum efficax satis sumpserunt, quo profectionem suam P. Doctori persuadere possent; tantum abest ut impedimento fuerit. Dicebant medicos id probare consilium: morbos, quibus tenebantur, his in locis curare non posse, neque forsitan aliis: sineret proinde eos proficisci, inter infideles saltem morituros: se, si non aliis rebus, at certe perdocendis puerulis posse sufficere [2].

---

[1] Marcus Georgius *(Jorge)*. POLANCO, ibid., pag. 415, n. 913.

[2] Clariora haec multo fient legentibus quae habet POLANCO, in *Chronico*, t. III, pag. 411, n. 907, et sequentes Marci Jorge litteras.

Ac caeteris quidem nec argumenta nec ferventissima desideria deerant: major quippe pars ardentissime petebat, nonnulli etiam decurrentibus in terram lachrymis, ut vel ad Indos vel ad Brasilienses ire juberentur. Sed aliter Deo visum est, illosque forte temporibus aptioribus destinavit.

Recepti sunt a Januario in fratrum numerum quatuor adolescentes, omnes optimae expectationis: unus dialecticem audire coeperat, alter theologiam; atque hic ipse, cum dudum servire Domino in hac ejus Societate desideraret, adlocutus est quemdam, qui ex nostris aliquando fuerat, exigebatque ab eo causam cur a coeptis destitisset. Ille intolerabile esse respondet cum ejusmodi hominibus vivere, qui te, velis nolis, sanctum conentur efficere: at adolescens, qui id unum mirum in modum optabat, protinus ad nos sese decrevit recipere, nec diutius foris remoratus est.

Haec hactenus Dominus per suae Societatis ministros effecit, R.e P., neque aliud superest in praesentia quam ut nos omnes benedictioni tuae ac precibus charissimorum fratrum nostrorum commendemus.

Faxit Deus Opt. Max. ut ejus voluntatem et cognoscamus et exequamur. Amen.

Ex Conimbricensi Collegio 6 Cal. Maji anno Domini 1553.

Ex Patris D. Leonis imperio

† Petrus. †

Superscriptio: † Admodum R.do in Christo Patri
Ignatio.

Alia manu: 1553. Quad. Conimbrica 26 Aprilis.

CCXII

P. Marcus Jorge,
Ex commissione Patris Leonis Enriquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 26 Aprilis 1553 [1].

†
Ihus

Mui Reuerendo en X.° padre.

La graçia y amor de Christo nuestro Señor sea syempre en nuestras almas. Amen.

Auiendo de complir com la obediençia de V. R. y darle cuenta de lo que pasó en estas partes por estos quatro meses, lo primero que se me offreçe es de la Doctrina, que dende enero á esta parte se ha continuado en los lugares y villas cercanas á esta çiudad, em que por la graçia de nuestro Señor se ha hecho en las almas mucho fructo, praecipue en ensenhar á los niños los rudimentos de la fee, que fué el principal intento.

Los que en esto se occuparon al prinçipio fueron quinze ó deciseys hermanos y succediendo despues algunas occupaçiones, fué neçessario acodir á ellas, empero syempre continuaron hasta ora y continuan seis ó syete dellos; y así de uno destos lugares, ahunque estaa de aquí una legoa, acostumbran á venir

---

[1] Autographae litterae sub num. 607 et 608. Eadem prorsus hic enarrat hispano sermone F. Jorge, quae latine scripta habes calamo P. Diez in n. superiori. Addit tamen in postscriptis quaedam de iis qui in dioecesi Portalegrensi versabantur.—Suas has litteras latinitate donavit ipse Marcus Jorge, cujus adversarium a Polanco emendatum habemus in folio duplici, nn. 611 et 612. Hujus etiam latinae versionis, a Polanco emen, datae, extat apographum duplici item in folio, nn. 610 et 613, quod infra, more nostro subjiciemus.

cada semana razonable número de muchachos y otras personas á confessarsse aquí en el Collegio con determinaçion de hazerlo cada mes. En otro tambien algunas personas que estauan en odio, se truxeron á concordia, demandando el mismo injuriado y offendido una vez públicamente perdon en la Iglesia con muchas lágrimas, lo que causó edificaçion y deuoçion en el pueblo. El padre dom Gonçalo [1] despues de haber estado em bragua [2] algun tiempo, como ya se tendrá escripto, fué emviado á la çiudad del Puerto á instançia de los moradores della, á do trabajaua de dia y de noche en prédicas y confessiones y administraçion del Sanctisimo Sacramento; y tanta era la devoçion del pueblo que, no podiendo de otra manera satishazer á todos, era forçado gastar quasi siempre la maior parte de la noche en estudiar los sermones y rezar sus horas, y ahun con esso no podia. Era grande el número de los que concorrian á sus sermones y de los que se confessauan y comulgauan á menudo. En tanto, que la pascoa de nauidad pareçió pascoa de Resurrection, porque allende de otras mesas delos que comulgaron, uuo algunas de trezientas personas, ultra de las communiones que ordinariamente todos los dias de la semana se hazian. Dió tambien los exercicios spirituales á más de veynte personas, oyéndolas generalmente de confession.

Aquí en la ciudad creçe cada dia el fructo spiritual con las prédicas y confessiones y administraçion del Sanctísimo Sacramento, porque predicando el mismo Padre D. Gonçalo esta quaresma passada, aquí en la Iglesia de la Misericordia, que es en el medio de la çiudad, los dominguos á la tarde, allende de otros sermones que por la semana hazia á los estudiantes y en otras partes, se acreçentó tanto el número de los que se confiessan y comulgan cada ocho dias, que se halla aquí en casa solamente comulgar en cada dominguo çiento y veynte y mas personas de fuera, cuio fervor no solamente esperamos conseruarse mas ahun augmentarse mui mucho con los sermones y doctrina, que el mismo padre gonçalo continua aora aquí en casa y en la misma iglesia de la Misericordia cada Dominguo á la tarde, persuadiéndoles en los mas dellos la frequentaçion

[1] P. Gundisalvus de Sylveira.
[2] *Braga*, Brachara.

del Sanctísimo Sacramento, para lo qual le tiene Nuestro Señor dado don y zello speçial; y ansi muchas vezes acaeçe no poderen aquí los Padres satishacer á tantas confessiones. El mismo P. Dom Gonçalo esta quaresma se ocupó por la semana con dos monasterios de monias que aquí ay, uno de Sancta Ana y otro de Sancta Clara, á do ay gram muchedumbre de monias, y hizo nuestro Señor tanto por él con la mucha dilligençia, que él de su parte puso, visitándolas un dia un monasterio y al otro dia el otro, y doctrinándolas particularmente, que las más dellas tomaron los exerçicios spirituales em entrambos los monasterios y perseueran en oracion y ay esperança que yrán adelante, maiormente porque él las visita ahun aora dos vezes en la semana.

Al principio de la quaresma, pareciendo bien al padre Doctor Torres proveer las iglesias, annexas á este Collegio, de doctrina spiritual, pues dellas teniamos lo temporal, embió á Saō Fins los padres pedro diaz y manoel leite pera que con los que allá estauan se occupassen en visitar mui á menudo todas aquellas parrochias, confessando y predicando y administrándoles el Sanctissimo Sacramento, y ahun aora perseueran en ello. Embió tambien á Sancto Anton de Byenspera, otra iglesia del Collegio, á dos hermanos, los quales toda esta quaresma se occuparon en hazer doctrina al pueblo y en enseñar los Rudimentos de la fee á los mochachos y otras occupaçiones espirituales, entre las quales una era visitar á los presos de la çiudad de la Guarda y hazerles doctrina, yéndoles tambien á vezes á buscar agoa á cuestas. Hyzieron ultra desto en la misma ciudad y otros çinco ó seis lugares, que entre semana visitauan, más de treinta personas amigas, que de antes estauan en odio.

En esta misma quaresma se envió otro padre, que llaman Miguel de Sousa, á una vylla del Rey, que llaman Tomar, á peticion de su Alteza, y allí se occupaua en hazer entre semana dos ó tres vezes doctrina al pueblo y en oir confessiones y administrarles el Sacramento de la eucharistía, que reçebian á menudo muchos, los quales el padre dom guonçalo empuso en ellos, predicando allí el anno passado. Allende desto el mismo padre miguel de sousa, estando allí, iua los dominguos á dos parrochias, á una de ellas por la mañana y á la otra á la tarde,

á predicar; y entre otros prouechos spirituales, que de sus sermones se sacaron, fué uno que en los últimos dellos se reconçiliaron çerca de cyento treinta ó quarenta personas que estauan en enemistades, y algunas dellas de muchos dias, pediendo en público perdon unos á otros de Rodillas con muchas lágrimas y deuocion, y otros perdonando á los que le tenian offendido y injuriado.

Leyó tambien en la misma villa hun hermano [1] dos lectiones de casos de consçiençia cada dia á los Saçerdotes de alli, que son muchos, con la qual se hizo fructo á los confessores. De otros padres, que esta quaresma fueron á predicar al obispado de portalegre á petiçion del Obispo, el qual es mui amiguo de la Compañía, no tenemos ahun nueuas que escreuir á V. R. porque ni son ahun uenidos, ni tenemos cartas suyas dello [2].

Pera la India se ham embiado este año entre padres y hermanos çinco, y pera el Brasil siete, todos muy offreçidos á los trabaios que nuestro Señor les quisiere dar: no obstante seren los más dellos harto enfermos, lo qual por la bondad de dyos no solamente no les ha sido impedimiento para ello, más ahun tomaron la enfermedad como por medio y Razon mui eficaz pera persuadir al padre doctor que los enbiasse, diziendo que, pues el Médico les daua liçençia y la enfermedad era irremediable en estas partes, los dexasse ir á morir entre infieles, porque siquiera aprouecharian allá para enseñar los niños. Ni á los que aqua quedan faltaron buenos desseos y Razones para los acompañar. Antes los más dellos pedieron con muchos feruores y instançias, y algunos con lágrimas, al padre doctor los embiasse tambien ó á la India ó al Brasil, syno que nuestro Señor lo ordenó de otra manera, guardándolos para otro tiempo.

Han entrado en la Compañia, de enero á esta parte, quatro hermanos, todos de buena espectation, de los quales uno tenia empeçado el curso de artes, y otro acabado y empeçaua a oyr Theología. Este mismo, teniendo ya hauia dias desseos de seruir á nuestro Señor en la Compañía, habló con uno, que avia estado en ella, pediéndolhe Razão de su salida y él le Respondió que no era cosa tolerable biuir en compañía de tales hom-

[1] Ipse Marcus Jorge, harum litterarum scriptor.
[2] Vide tamen infra postscripta.

bres, pues ahunque uno no quisiesse, le auian de hazer sancto por fuerça. Él que otra cosa no desseaua, oydo esto, se determinó entrar en la Compañía y muy presto effectuó su propósito.

Por aguora no otro sino que todos nos encomendamos en la bendiçion de vuestra reuerencia y oraciones de nuestros Charíssimos padres y hermanos, pediendo á dios nuestro señor nos dee á sentir y complir su sancta voluntad. Amen.

deste Collegio de Jesu de Coymbra, á los 26 de Abril de 1553 annos.

Por commission del padre Dom Leaō
minimo hijo,

Marcos Jorge.

Esto es en suma lo que sabemos de los PP. Santa ✠ y Correa [1] que an ido a portalegre, de los quales haze mençion esta carta.

En todos los lugares á do llegauan se procuraua que se aiuntasse la gente, y hazia el p. S. ✠ pláticas con satisfaçion del pueblo, y ambos oian algunas confessiones.

En portalegre predicaua el p. S. ✠ en dos iglesias parrochias y en el hospital, cuia iglesia es de las más capazes de la çiudad, y algunas ueces en un monasterio de monias, y con mucha satisfaçion y grande auditorio de la gente principal. Hazia tambien pláticas priuadas, á las quales concorria mucha gente de la principal y monstrauan aprouecharse mucho, porque obedeçian al P. más de lo que algunos súbditos hazen á los superiores en las religiones, tanto que el mismo padre se confundia y marauillaba; mandáualos meditar dos tres horas, uesitar los encarcelados, hospital y otras cosas semeiantes; y desto se esperaua mucho más fructo si el p. no enfermara, de lo que la gente mostró mucho sentimento.

El p. Antonio correa, su compañero, iua todos los sábados á un lugar dahí tres legoas, e ahí predicaua los domingos por la mañana, y á las tardes hazia pláticas en la misma iglesia, á do por la bondad del Señor se hizo fructo. En la ciudad de por-

---

[1] PP. Jacobus de Santacruz et Antonius Correa.

talegre tambien hazia pláticas en una iglesia una y dos uezes en la semana, á las quales concorria mucha gente, y se hizo en ello fructo. Predicó la passion en una parrochia con mucha moçion y satisfacion de los oientes; lo más del tiempo oia confessiones, y algunas generales, de que se seruió mucho el Sr.

En aquel pueblo auia gente mui aprouechada, instruida por otros padres de la Compañía. Un hombre honrado, en los tiempos pasados terrible, tiene hecho grande mudança. Una noche que iba de uesitar el p. S. ✠, le dieron una grande herida por la cabeça, la que él recebió como mui gran beneficio de Nuestro Señor y nunca quiso descobrir quién se la diera. A otro tambien de los principales, la noche del uiernes sancto, despues de auer andado en la proçission dezcalço, iéndose para casa, pareçe que á diçiplinarse secretamente, le dieron una mui grande herida por una pierna, y de las primeras cosas que hizo fué rogar á Dios por el que se la diera, y dizia que holgara de saber quién era, para le hazer alguna buena obra; y no consentia que alguno dixesse mal de lo que le hiriera, y esto con grande gozo, puesto que padeçia mui grandes dolores, y quando le curauan, uno de los maiores refrigerios que mostraua tener, era abraçarse con uno de los padres. Otros hombres honrados y deuotos pareçe que se andauan aprecibiendo para padeçeren otro tanto por honra de nuestro Señor; y esto se atribuie á la Compañía, porque de ántes, segun ellos dizen, era gente mui dura. Mucho tambien a aprouechado el Obispo con su virtud, prudencia y buen cuidado.

Superscriptio: † Al muy R.do en Christo Padre Ignatio.

In ora sinistra, prope verbum Ignatio legitur: 1.a *(i. e. prima via.)*

Et alia manu: Quad. Coimbra, 26 de Aprile 1553.

Praecedentium Fratris Marci Jorge litterarum latina versio [1].

†

Pax Domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

Cum ea, quae superiores hos quatuor menses R. P. T. filios, quos in Domino genuisti, occupatos tenuere, scripturus sim, et tuae voluntati obtemperaturus, illud in primis occurrit, quod ad puerorum institutionem, quam scio P. tuae magnae semper esse curae, pertinet. Quos in proximis huic urbi pagis et oppidis, ad primum et secundum milliare, fratres diligenter, ab ipso usque ianuario, Divina praecepta et alia fidei rudimenta docent, cum magna oppidanorum omnium utilitate. Initio quindecim aut sexdecim fratres hanc iucundissimam provinciam festis diebus, quibus non erat praeceptoribus opera danda, obierunt; sed quamvis multorum opera rebus aliis necessaria postea fuerit, sex aut septem tamen adhuc perseverant in eodem labore. Veniunt et pueri et homines non pauci ab oppido quodam ut singulis hebdomadis ad divina Sacramenta accedant. In altero, fratris, qui eo ibat, diligentia, reditus in veterem gratiam est factus ab aliquibus, qui odia inter se fovebant, e quibus unus, cum iniuriam ipse accepisset, publice ab eo, qui laeserat, veniam in templo postulavit, non sine lachrymis, quod omnibus eius oppidi fuit exemplum perquam salubre.

P. D. Gonçalvius cum Braccharae fuisset aliquot diebus, in urbem, quam Portum vocant, Lusitaniae, post Olissyponam, maximam, missus est, efflagitantibus id atque cupientibus maiorem in modum ipsis civibus, apud quos superioribus annis fuerat. In ea urbe non interdiu non noctu quies ulla dabatur, cum hinc vocarent conciones, hinc urgerent multi, quorum confessiones erant audiendae. Cumque non posset D. Gonçalvius omnium satisfacere petitionibus, quibus certe plurimum

[1] Vide supra, pag. 228, not. 1.

debet Societas ob maximam quamdam charitatem, qua iam inde ab initio eam prosequuntur, quicquid erat diurni temporis eorum utilitati tribuebat, noctem magna ex parte meditandis atque instituendis concionibus impendens, ad quas semper magnus est factus concursus; confessionis etiam et Sacrosanctae Eucharistiae Sacramenta tanto fervore sunt frequentata, ut Pascha Dominici Natalis non fuerit absimile diei, quo eiusdem Domini Resurrectio celebratur. Aliquoties enim 300 simul accessisse audio, praeter eos, qui hebdomada ipsa se ad hoc Sanctissimum Sacramentum sumendum conferebant. Plures etiam quam XX se in solitis meditationibus, eiusdem Patris opera, exercuerunt. Quorum omnium confessiones, quas generales vocant, sunt ab eo auditae.

Postea venit Conimbriam, ubi maius in dies singulos sentitur augmentum rerum spiritualium. Nam eodem in Misericordiae (ita enim vocatur) templo, superiori quadragesima concionante, quod in urbis umbilico situm est, idque vesperi dominicis diebus, et in publico gymnasio aliisque locis in ipsa hebdomada, usque adeo numerus eorum, qui ad Sacramenta veniunt, auctus est, ut plures quam centum et viginti eius rei causa singulis hebdomadis ad nos confluere comperiantur. Quem numerum (tantum abest ut metuamus ne imminuatur) magis magisque auctum iri speramus, Dei Opt. Max. auxilio freti. Nam D. Gonçalvius non desistit in plerisque omnibus concionibus, auditorum animos incitare atque adeo inflammare ad Sacramenta ista frequentanda. Quam ad rem videtur Pr. ipse privatim a Deo Opt. Max. vim admirabilem in concionibus consequutus. Unde fit ut saepenumero non possint Nostri omnium, qui huc ad confitendum veniunt, votis satisfacere. Nec illa sane fructuosissima eiusdem occupatio, quam habuit superiori quadragesima, silenda est. Alternis enim diebus ibat ad duo coenobia monialium, quorum alterum Divae Annae, alterum Divae Clarae dicatum est, idque maximum et in Lusitania maxime celebre propter multitudinem nobilium virginum, quae in eo sunt. Quo labore tam assiduo multum profectum est. Nam moniales fere omnes se in spiritualibus exercitiis diligenter exercuerunt et in oratione perseverant, cum magno (ut credibile est) profectu. A quo studio ne recedant, bis in hebdomada docentur a Domino Gonçalvio.

Ineunte quadragesima, visum est R. P. Doctori Torres ad eas ecclesias, quarum redditibus hoc Collegium sustentatur, P.es Petrum Diaz et Emmanuelem Leite mittere, ut cum aliis fratribus, qui sunt in monasterio D. Felicis, frequenter parochias omnes adirent, illosque rusticanos homines diligenter edocerent, quod faciunt in hunc usque diem. Duos alios fratres ad D. Antonii misit ecclesiam, qui in pueris edocendis et oppidanis ipsis, aliisque similibus occupationibus quadragesimam impenderunt; inter quas ea erat non postrema, quod ibant ad urbem, quam Guardam appellant, quae VI passuum millibus distat, ut eos, qui in publica custodia clausi erant, consolarent atque etiam docerent multa, quae illi hominum generi sunt valde necessaria, quibus nonnumquam etiam aquam e fonte humeris adsportabant. Plures ad haec quam XXX, tum in eadem urbe, tum in quinque pagis, quos adibant, in gratiam pristinam reduxerunt.

Hac ipsa quadragesima P. Michaël de Sousa ad oppidum Tomar, cuius commoda diligentissime a Rege providentur, Regis ipsius petitione missus est, ubi populum bis aut ter in hebdomada docebat; quod reliquum erat temporis audiendis confessionibus et Eucharistiae Sacramento administrando impendens. Ad quod accedebant multi, idque frequenter. Nam D. Gonçalvius superiori anno in eodem fuerat oppido.

Dominicis porro diebus P. Michaël ibat ad duas parochias, in quas confluunt finitimi rusticani, in quarum una mane, in altera vesperi concionabatur: atque inter alia commoda, quae conciones illae pepererunt, illud fuit vel praecipuum, quod postremis concionibus 30 supra 100 homines [ad] amicitiam revocarunt, odia et simultates lachrymis deponentes. Sacerdotes praeterea, qui sunt permulti Tomar, quotidie duas lectiones audiebant de iis quae ad audiendas confessiones spectant, quas lectiones legebat frater, qui cum Michaële de Sousa ad illud oppidum venit.

De duobus sacerdotibus, qui ad dioecesim, quam Portalegre vocant, concionatum ierunt, flagitante id Episcopo, viro integerrimo et Societatis amicissimo, nihildum compertum habemus.

Ad Indiam hoc ipso anno quinque missi sunt e nostris; ad Brasiliam vero septem, omnes parati atque alacres ad subeun-

dos labores quoscumque pro Dei gloria. Aliqui enim ex ipsis, cum diuturnis morbis conflictati, recuperare in hac regione pristinam valetudinem non poterant. Qua occasione non destiterunt a R. P. Doctore etiam atque etiam petere ut eos ad Brasiliam mitteret, ubi certe docendis atque instituendis pueris utiles esse poterant. Ne fratres quidem alii minus hoc efflagitabant; qui plerique omnes lachrymis magnum animorum ardorem declararunt; sed, Domino ita volente, alii reservantur tempori.

In nostrorum numerum quatuor scholastici sunt recepti, qui optimam de se spem excitarunt, quorum unus est dialecticus, alter theologus: is cum, ex multo tempore, vitae nostrae rationem amplecti statuisset incidisetque in quemdam, qui eamdem reliquerat, causam interrogat mutati consilii. Alter dicere: Intolerabile cumprimis esse cum his vivere, qui vel invitum te in alium hominem mutent. Quod ubi audivit, magis in suo proposito confirmatus, paulo post ad nos se contulit.

Accedunt his et alia nonnulla, nuper nobis comperta, scitu quidem non minus digna, quae divina bonitas operari dignatus est per duos ex nostris patribus, quorum unus Jacobus Sanctae Crucis, alter vero Antonius Correa nominatur, idque in civitate, quam vocant Portalegre, ad quam iverant concionatum. Primum quidem, dum iter eo conficerent, quocumque perventum erat, illud in primis curabatur ut vicino populo undique congregato unus e duobus concionaretur, nimirum P. Jacobus, cui id munus praecipue incumbebat; quo facto cum magna totius populi satisfactione, deinde sese offerentes confessiones audiebant. Ad civitatem igitur ubi ventum est, P. Jacobus concionari coepit in duabus ecclesiis parochialibus et in ecclesia xenodochii, quae maxima est et capacissima inter alias civitatis, interdum etiam in quodam monialium coenobio, cum magna alacritate auditorum eorumque nobilium. Ad haec privatim aliquot ab eodem sermones fiebant, quibus audiendis non mediocris multitudo confluebat auditorum ex nobilissimis quibusque et primatibus urbis, in quibus obedientia summa, qua Patrem officiosissime observabant, percepti ab illis fructus et spiritualis profectus indicium erat. Tantopere enim mandata patris exequebantur ut illum ipsum in admirationem traherent vehementem. Nam et divina mysteria per duas aut tres horas me-

ditari, et publica custodia clausos consolari, et pauperum hospitium invisere, et id genus alia quam plurima cum juberet facere singulos, in singulis non mediocrem cernebat obtemperando obedientiam.

Hinc multo uberior fructus sperabatur, nisi morbo aegrotare coepisset P., quo graviter affectus, a fructuosa occupatione coactus est cessare; id quod omnes illius civitatis homines magna tristitia affecit. Porro alterius Patris, hujus socii, non minus utilis labor extitit. Nam et oppidum quoddam, tribus illinc distans leucis, singulis diebus sabbati frequentare et ibidem dominicis diebus mane concionari et vesperi in eadem ecclesia solebat. Unde non parum spiritualis profectus Dei beneficio illius loci hominibus accessit. Idem insuper in civitate praedicta, in una ecclesiarum, singulis cujusque hebdomadis utilia salutis documenta et virtutum admonitiones, his qui conveniebant, inculcabat.

In die item Parasceves de Passione Domini in una parochialium ecclesiarum concionatus est non sine lachrymis et magna auditorum interna commotione. Denique, quod reliquum erat temporis, audiendis confessionibus, nonnullis etiam generalibus, fructuosissime impendebat. Quo factum est ut major in dies rerum spiritualium sentiretur augmentum.

Ex populo hoc nonnulli optime erant instructi et in spiritualibus a nostris jam olim edocti.

Nobilis quidam vir, olim insolens habitus et turbulentus valde, exemplo et doctrina Patrum longe alius est factus. Idem nocte quadam a P. Jacobo rediens, quem aegrotantem inviserat, vulnere in capite est percussus, id quod adeo lubenter et hilari fronte accepit, ut summum Dei beneficium crederet, neque unquam percussoris nomen voluit aperire. Alius item nobilis in nocte Parasceves, postquam, in supplicationibus publicis, nudis pedibus ambulaverat, domum rediens, ad flagella (ut creditur), vulnus et ipse grave in crure clanculum accepit. Quo accepto, prima, quae sub id temporis verba protulit, preces Deo pro percussore fuere: Optarim (inquiens) hominem agnoscere ut ei boni aliquid facerem. Tantum aberat ut vindictam expeteret; nec ullo modo ferre poterat mali quicquam in vulneris auctorem a circumstantibus dici. Atque haec sane omnia laetus admodum, quamvis magnis doloribus conflictatus

transegit, cumque a medicis curaretur, una illi Patris, qui aderat, praesentia solatio magno erat; quem subinde complectens, cordis laetitiam eximiam declarabat. Hic cernere erat non paucos ad similia aequo animo ferenda pro Dei gloria paratos. Tanta hujus populi, qui antea ferox et durae cervicis fuerat, ad Deum conversio et vitae mutatio tota Deo per ministerium Societatis tribuitur; sed hujus habet non minimam partem vir summa religione et pietate et Societatis amicissimus, illius dioecesis Episcopus.

Haec sunt, R. P. in Christo, quae 4.or his mensibus Divina bonitas in his locis per suos servos operata est. Superest ut T. P. nos omnes Deo nostro etiam ac etiam commendet, quod ut facias patres omnes et fratres charissimi vehementer cupimus.

Conimbricae V Kalend. Maji 1553.

In quarta pagina, manu Patris Polanci: Ex Coimbria. Quad. 5 cal. Maii, 1553.

CCXIII

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 30 Aprilis 1553 [1].

IHS

Gratia et pax X.i sit semper nobiscum.

R.de in X.o pr.: quia obedientia sancta urget literas quadrimestres ad P. V. scribere, conabor paucis ad X.i gloriam attingere [2], quae dominus sua gratia Coloniae operari dignatus est.

In primis quatuor hisce mensibus satis nostra Colonia a Deo paterne castigata et afflicta fuit variis morborum generibus bellorumque turbinibus, nec modo ex toto libera [3], sed quod magis dolendum est, quod nulla [4] sequatur emendatio. Hisce temporibus magna oblata fuit occasio visitandi infirmos, ad quos pluries vocati fuimus, inter quos aliqui octogenarii cum magna contritione peccatorum a pueris confessionem inceperunt, quia nunquam bene confessi erant, et sic de reliquis, cum magna omnium aedificatione, ita ut publice in mensis dicant homines, "mirum est quod omnes infirmi, qui huic Patri confitentur, restituantur sanitati, et vitam in melius commutant„. Adfui etiam hominibus desperatissimis, qui seipsos diabolo etiam literis proprio sanguine scriptis tradiderant et per annos

[1] Autographa, duplici folio sub nn. 304 et 305.—Habemus et apographum, in Hispaniam Roma missum, in *Historia varia*, t. I, fol. 305.

[2] *Contexere* scripserat Kessel, quo deleto, suprascripsit Polancus *attingere*.

[3] nec*dum* libera *est*. Polancus.

[4] Hoc etiam emendavit Polancus, *nulla* delens et scribens *exigua*.

aliquot visibiliter cum daemone conversati sunt, qui per confessionem et sanctissimi corporis X.[i] sumptionem vitam in melius converterunt. Benedictus Deus. Aliis etiam hominibus afflictis adfui, qui plurimum in domino consolati sunt. Multi etiam adfuerunt nobis consulendi, confitendi, boni aliquid audiendi gratia ad vitam corrigendam. Bonus odor Societatis augetur in dies, sed non dormit daemon, qui optima semper conatur invertere, aut impedire. Quam vera sit Apostoli sententia dicentis: *qui pie in Christo volunt vivere, persecutionem patientur,* experimur quotidie, Benedictus Dominus, ut si qui se X.[i] servitio mancipare intendunt, parentes ut leones rapaces, in eorum filios surgunt, ac omni conatu retrahunt; quod si terroribus atque blanditiis non possunt, invocant brachium saeculare ut vi retrahantur, ac bene incepta relinquant, ut experientia satis didici, qui hic X.[um] sequi velit, hoc in silentio facere [1] debet, et tandem adhuc clam fugere cogitur, quia mundum relinquere et sanctae obedientiae iugo se submittere insaniam et dedecus magnum reputant. Tanta est hic hominum caecitas. Et haec una causa fuit, quare confratres nostri Magister Joannes cum aliis sociis [2], insciis parentibus, clam Romam profecti sint ultima Martii, quia bonum opus impedivissent, qui, post eorum discessum, tragoediam excitare conati sunt, sed dominus omnia vertit in melius, ita ut plurimi eorum bona desideria imitari maxime desiderent. Ad senatum vocatus fui, sed ita dominus dedit loqui, ut nullus haberet amplius, quod diceret. Omnia iam pacata sunt.

Magna nobis spes est hic collegii habendi, quod multi maxime cuperent, ut de necessariis illi providere possint. R.[dus] Pater prior carthusiae [3] cum primum intellexerit progressum collegii nostri apud Lovanienses, intendit summam [4] pecuniae ad eos mittere; idem intendit et Coloniae facere, cum primum nostri collegii principia prospexerit, qui plurimum commendat se P. V., et R.[dus] Dominus Doctor Grupperus, singularis amicus noster [5], et nos omnes commendamus P. V. semper.

---

[1] *fieri*. Kessel.

[2] Verba haec *Magister Joannes cum aliis sociis* interseruit perspicuitatis gratia Polancus, cujus vide *Chronicon,* t. III, pag. 266, n. 595.

[3] *Carthusiae* additum a Polanco.

[4] *bonam* summam. Polancus.

[5] *patronus* scripserat Kessel ubi Polancus *amicus noster*.

Bene valeat P. V. in X.°
Ultima Aprilis 1553. Raptim. Coloniae.
R. V. servus indignus,

LEONARDUS KESSEL.

Superscriptio. † R.do in X.° patri dno. Ignatio a Loyola preposito generali societatis Jesu. Romae.
Alia manu. 1553. Quad. Colon. ult.a apri.

CCXIV

Theodorus Peltanus,
Ex commissione Patris Alphonsi Salmeron,
Patri Ignatio de Loyola.
Neapoli, 30 Aprilis 1553 [1].

† IHS

Pax Domini J.
R.de in X.° P.r

Huius quadrimestris gesta, obiter, ut iussi sumus, transcribimus. Sex magnae spei iuvenes ferventissimis [2] desideriis nostrae sese Societati dederunt, inter quos unus, egregius sane adolescens, una cum his, qui Roma profecti erant, Patribus ac fratribus in Siciliam, metu parentum, se contulit.

Magna his mensibus, et praecipue in quadragesima, confi-

---

[1] Autographae, unico folio, sub. n. 122. Eas emendavit Polancus, et emendatas transcripsit alius in fol. 123 v.°
[2] *aestuantissimis* scripserat Peltanus.

tentium frequentia fuit, inter quos plurimi totius suae vitae historiam generali confessione exposuerunt; quidam etiam infirmi, nonnulli item carcere detenti, P. Andreae [1] confessi sunt.

Creati sunt duo sacerdotes, P. Joannes Franciscus [2], P. Nicolaus Paradensis, qui etiam in audiendis confessionibus strenue sese exercuerunt, praesertim P. J. Franciscus, quod nonnihil ante P. Nicolaum gradum hunc conscendisset.

Doctrina christiana feria sexta, ut ante, pueris exponitur. Finierat eam paulo ante ferias paschales P. Andreas; successit iam P. J. Franciscus, qui eamdem denuo a capite resumpsit, et quo copiosior messis inde proveniat, consuevit singulo quoque die a singulis aliquam eius partem reposcere.

Mag. Salmeron hac quadragesima in templo Annuntiationis concionatus est; porro quomodo munus hoc exegerit, creditu vobis quam dictu nobis facilius puto; dicam tamen unum aut alterum de multis, e quibus caetera ipsi minori negotio colligere, quam nos significare poteritis. Imprimis universos fere [3] amplissimae huius civitatis primarios viros ac mulieres auditores habuit continuos, ni forsan nonnulli id temporis negotiis forensibus praepedirentur: deinde (quod mirum est) in dies, ad ultimum etiam usque diem, audientium accrescebat numerus, adeo sane, ut locus, alioqui capacissimus, concurrentium multitudinem vix capere posset. Iam, si lubeat, gratiam, spiritum, doctrinam, sermonis ac rationum claritatem, denique omnia alia, quibus usus est, adamussim referre, haud dubie epistola in iustum volumen excresceret. Pro his omnibus igitur, hoc, quod et ipse saepius audivi, dico: omnium scilicet auditorum iudicio, vix similem Neapoli auditum esse concionatorem; unde inter caetera et illud consecutum est [4] ut, cum civitas ante adventum Patris non perinde nostra praesentia afficeretur, in praesentiarum universa Collegio quam maxime faveat; voluerunt quidam e primatibus hinc inde eleemosynas Patri pro stipendio emendicare; verum tantum abfuit ut hoc admitteret, ut

---

[1] P. Andreas de Oviedo.
[2] Joannes Franciscus Araldus.
[3] *fere* inseruit Polancus.
[4] Verba haec *unde inter caetera illud consecutum est ut* sunt Polanci; Peltanus enim dixerat: *et rem ita habere hinc vel facile colligere est, nam.*

etiam clam eo delatas [1] referri iuberet, quae res non parum, in concionibus natum, favorem promovit.

Eidem Patri magna quaedam pecuniarum summa in eleemosynas eroganda concredita est: eam autem filius Proregis [2] quondam e proprio stipendio elargitur.

Concionatus est diebus festivis et domi P.r Joannes Franciscus; idem quoque quatuor alii in diversis locis et coenobiis fecerunt; P. Andreas saepe carceri inclusis, saepe etiam incurabilibus, saepissime vero conversis concionatus est. P. Hieronymus Ottellus, qui cum P. Hieronymo Domenech, cum duobus aliis Sacerdotibus et 14 fratribus, in Siciliam proficiscebatur, ter aut quater hic etiam egregium ecclesiastem egit.

P. Andreas auspicatus est 17 Aprilis casus conscientiae explicare: plurimum institerat Episcopus ut ea lectio in templo cathedrali legeretur; verumtamen edoctus rationibus magis in rem fore si domi nostrae legeretur, placide acquievit. Hanc lectionem quamplurimi sacerdotes frequentant; multi etiam laici interesse consueverunt: non dubito quin plurimum fructus inde in auditores redundet, praesertim si ipsi suo fungantur officio; legitur ter in hebdomada.

Res scholastica, si ordinem quaeras, more solito procedit; sin alia, omnia mutata videbis; est enim nunc, quam fuit ante unquam, modestia, pietas, numerus, profectus auditorum, major.

Patres et fratres omnes corpore et animo bene valent: benedictus in omnibus Dominus, quem, quam fieri potest maxime, obtestamur, ut in eo, in quo sumus statu, conservare, *et res omnes ad suam gloriam augere* [3], dignetur.

Te etiam atque etiam, Pr., rogamus ut filios tuos quam maxime semper in sanctissimis orationibus tuis commendatos habeas.

Ex Neapoli pridie calendarum Maii MDLIII.

V. R. P.ta

Ex commissione R.di P. Salmeronis,

indignus in Christo servus tuus,

THEODORUS PELTANUS.

---

[1] *oblatas.* Peltanus.

[2] *Interregis.* Peltanus. Obierat Neapolitanus Pro-rex, Petrus de Toledo, 22.a Februarii. Ideo Peltanus addit *quondam.* De harum eleemosynarum distributione videndum omnino POLANCI *Chronicon,* t. III, pag. 175, n. 367.

[3] Italicis descripta inseruit Polancus.

In tertia pagina, quae alioquin nitida tota est, manu P. Joannis Philippi Vito: Mandata a Portugal.

Superscriptio in quarta pagina: † Al molto R.do nro. Pre. in Jesux.o il P.e m. Ignatio di Loyola, Preposito gnale. della Comp.a di Jesu.

Est et haec superscriptio iterum in extrema ejusdem paginae parte, quae, post plicata juxta morem folia, supereminere debebat, repetita, et ante illam haec addita verba: Al molto R.do nro. P.e

Alia manu: R. Neapoli.

Et prope marginem. 1553. Napoli, Quadrimestre del Maggio.

Q. S.

CCXV

Benedictus, catalaunus,
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 1 Maji 1553 [1].

†

Admodum R. P. in Xpo. Dno.

Gratia et benedictio Domini mansiones faciat in animabus nostris. Amen.

Per literas, quas superioribus mensibus ad te dedimus, certior factus es de infirma P. nostri Gonçalis [2] valetudine: de qua, Domini beneficio, non omnino liber evasit, ac subinde nec suo desiderio potest facere satis, impedientibus etiam id quam plu-

---

[1] Autographae, duplici folio, n. 388.—De harum litterarum auctore consule Polanco, *Chronicon,* t. III, pag. 316, n. 716.

[2] P. Joannes Gonzalez, Vallisoletanae domui praefectus.

rimis negotiis, quae illi de integro, tamquam operario suo, quotidie Dominus iniungit; eius bonitati gloria. Amen.

Multum in hoc quadrimestri tempore Dominus, ac plusquam hactenus, est operatus, quare satis et animarum profectus et Domini copiosior apparet infusio. Ex multis subiiciam quae ipse novi.

Cum eques quidam Cantaber in carcerem ecclesiasticum, homicidii accusatus, convictus esset et capitis a iudicibus damnatus, non potuit (ne inimicis parceret) nec ab huius oppidi abbate, nec eius vicario nec a religiosis ad confessionem faciendam persuaderi. Sed a Domino visitatus, immisso morbo, cum a patre quoque nostro [1] (postquam id audivit) inviseretur, cor eius dulcis Dominus convertit, et ab ipso, alium nolens confessarium, audiri postulavit, qui sui oblitus per aliquot annos, et bona et adversa valetudine praeditus, sine confessione permanserat. Itaque consolationem, et ad omnia, quae Pr. vellet imperare, promptitudinem accepit: adeo quod etiam mortem (si offerretur), modo illi Pater adesset, aequo et libenti susciperet animo.

Abundantia praeterea confessionum hac quadragesima nobis fuit concessa: quare alter ex patribus, inter alias, duodecim aut tredecim confessiones audivit generales: quod non parum fuit Domino gratum. Ex his, omnes unoquoque mense, plerique vero quinto decimo quoque die, octavis quoque diebus alii confitendi consuetudinem induerunt. Tum praeter hos aliqui factitabunt idem: iam enim ad id praemoniti se ipsos praeparant.

Hoc insuper tacendum non est: nempe quod homo, qui per quadriennium odium in alium conservaverat, a quo non poterat avelli (quin potius sibi videbatur obsequium praestare Deo inferre quantum nocumenti posset inimico), postquam ad domum nostram a Domino, confessionem facturus, adductus est, ex primo ingressu mitis effectus, peccatum suum novit, condonavit offensam, loquiturque cum adversario, multumque gaudet quod sibi videtur ab onere gravi liberatus, quod hactenus non persenserat.

Addam et de alio, qui in malo degebat statu et per annos occasionem domi retinebat, adeo in hoc infixus luto, ut a nullo

---

[1] Idem P. Gonzalez. POLANCO, ibid., n 701.

posset eripi: ita tamen, postquam ad nos accessit, Dominus illum excitavit, quod non occasionem solum exterminavit, sed etiam caste proposuit deinceps vivere et assuescere confessioni.

Quod autem attinet ad alia exercitia, quae R.ae P.i T.ae in aliis literis expressimus, eadem prosequimur hilariter.

Dominicani quoque nobis favere prae se ferunt ac nos familiariter visunt, cum patribus Societatis sermones conferre desiderantes.

Denique, qui hic manemus, valemus, et omnes student placere Deo. Sit nobis auxilio R. P. T. et charissimi patres ac fratres istius domus suis orationibus et sacrificiis.

Vallis Oliti, Calendis Maii 1553.

Indignus et inutilis

R. P. T. filius,

Benedictus.

Superscriptio. IHS.—Al muy R.do P.e en ihu. Xpo. nro. S. el padre mr. Ignatio preposito general de la Compañía de Ihs.

en Roma.

Et alia manu: Q. Valladolid. Cal. Maii 1553.

Q. V.

CCXVI

Martinus Gewarts
Patri Ignatio de Loyola.
Vienna, 1 Maji 1553 [1].

IHS

Gratia et pax Jesu Christi Domini nostri sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Si nova gratiarum merita novum gratitudinis officium requirunt, aequitati sane cum primis videtur consentaneum ut quae Deus opt. max., labente hoc quadrimestri, nobis in commune, et per nos aliis, dignatus est conferre munera, ad ipsius gloriae nonnullum augmentum, P. V., ac deinde caeteris patribus ac fratribus charissimis nostrae Societatis transcribamus; id quod facere constitui juxta novum decretum V. P., hoc est, breviter luculenterque. Tribus igitur fere capitibus summam complectar fructus spiritualis, quem Deus noster sua misericordia, curriculo jam dicti temporis, per nos, minimos incultae suae vineae operarios, excitare proferreque dignatus est in hac natione Germaniae Austriacae.

Et ut tanquam a fundamentis ipsarum rerum sumat exordium haec nostra epistola, primum aperiemus paucis statum scholae nostrae literariae, ex qua quidem, si uberiores fructus in Domino promittere possum in praesentiarum, quam decerpere, neminem arbitror nobis id vitio daturum, cum nunc primum omnibus nostro magisterio sese erudiendos offerentibus reserari

---

[1] Tota autographa, duplici folio, sub n. 283. — Est et apographum, in Hispaniam Roma missum, in *Historia varia,* vol. I, fol. 314, quod ne uno quidem verbo ab autographo discrepat.

incipiat: porro quid in causa fuerit quod tam pium institutum hactenus dilatum sit, opinor non otiosum fore, neque a nostro scopo alienum, id breviter attingere, qui sane non est aliud quam Dei omnipotentis gloriam apud quamplurimos amplificare. Intellexit Paternitas V. ex privatis litteris Patrum nostrorum, quo pacto, hieme novissime transacta, scholae, tum publicae tum privatae, ob nimium saevientem pestem conticuerint; neque interim sola ea causa principiis scholae (quam nos jussu V. P. erigere moliebamur) obstare, rem procrastinando, comperta est. Sed multo magis aestimatio, secundum humanam prudentiam concepta, nostro negotio adversari videbatur; cum censeretur opus non esse novo ludo literario in tam praeclara Academia, in qua minime desint doctissimi, literarum etiam humaniorum, professores, ubi praeterea sint ludimagistri plures, qui in suis scholis trivialibus pueros in grammaticis praeceptionibus valent sufficienter instituere; praeterea non levis sane invidia hinc videbatur adversus nostros conatus suscitari, quod a quibusdam literatis viris diceremur nescio quam novam docendi rationem meditari, quae inclitum hoc gymnasium funditus aliquando labefactaret. Interea dum Serenissimus Rex Romanorum cum summo magistratu hinc abest, nihil certi in hac re possimus obtinere; nos tamen quorumdam virorum, non ex infima sorte, usi consilio, admisimus, ista sic exoriente tempestate, pueros quosdam ad lectiones domesticas fratrum nostrorum, potius obtrusos quam a nobis susceptos. Deinde paulatim ita crescere coepit numerus, donec his diebus a primario magistratu ex aula reverso (dominos de regimine vocant) indultum sit nobis ut scholam nostram aperiamus. Ex his primordiis mirum dictu quam suavi odore magistratus viennensis atque populus ipse recreari videatur. Ex praecipuis enim non pauci liberos instituendos nobis commisere, summum favorem et operam nobis polliciti. Magnam profecto utilitatem redituram speramus ex novella hac schola, quam in tres ordines seu classes (ut vocant) divisimus; nam postquam potestas sic docendi nobis tandem facta est, praescriptae sunt omnibus communes leges, quae rectam institutionem pietatis ac doctrinae respiciunt. Deus sua benignitate bene fortunet quod ejus misericordia feliciter inceptum est.

De concionibus Patrum nostrorum nunc aliquid summatim

dicam: utinam tot hic haberemus de nostra Societate, id est, catholicos ecclesiastes, ut in commemorando praedicationis fructu haec saltem angusta charta mihi non sufficeret. Putarem non offensum iri hinc P. V. quasi contra ipsius recens mandatum de brevitate literarum scribendarum observanda aliquid admitterem. Sed esto duos tantum habeamus, quorum alter germanis, alter italis, diebus dominicis ac festis concionetur (non enim praeter P. Canisium est quisquam sacerdotum, qui linguam sonet perfecte germanicam, neque praeter unum opus est italis concionatore); uterque tamen adeo sollicite ac vigilanter verbo Dei suos instituit auditores, ut si fructum respiciamus, multo plures duobus possumus asserere. Dominus Joannes a Victoria, praeter concionandi officium, festis quoque diebus suos italos in doctrina christiana erudit; sunt enim nunc, postquam curia non adest, fere ejus auditores tegularii, lapicidae, fabri murarii, et hujus generis homines, quorum summa est in fundamentis nostrae religionis ignorantia: deinde fratres aliqui designati eadem docent eos, qui sunt juniores. D. vero Canisius suas conciones germanicas in templo Beatae Virginis continuat, quamquam piae importunitati monialium diversorum coenobiorum aliquando in hoc officio morem gerere cogitur. Boni et catholici illum libenter sequuntur et audiunt. Pro majori parte quadragesimae peragravit Austriam hanc inferiorem praedicationis ergo; nam Serenissimus Rex ad nostrum collegium misit ex Graecio (ubi tota hieme se continuit) exemplaria quatuor aut quinque literarum cum facultate concionandi et administrandi sacramenta, praesertim in iis locis ubi oves Christi pastoribus omnino sunt destitutae. Solus ipse sacerdotum explere jussa potuit, qui (ut dixi) solus callet linguam germanicam: pii homines in iis locis, in quibus fuit, gavisi sunt de pio zelo christianissimi Regis nostri, et gavisi sunt tales esse, qui ita zelose ac sincere verbum Dei praedicarent; dura etenim res hujuscemodi illis videbatur ista D. Canisii peregrinatio in tanta nivium abundantia, in tanto gelu ac frigore, ac, quod majus est, in tanta hominum barbarorum atque haereticorum passim occurrentium petulantia.

Reliquum est nunc solum percurrere quod ad explicationem fructus confessionum spectat: hic minime dissimulandum est non esse nunc similem rationem, quantum ad fructum attinet,

qui ex confessionibus colligitur, atque est dum Rex cum aula Viennae agit, diebus confessionum. Nam plurimi sunt in familia regia, tum Itali tum Hispani, qui nostros Patres confessarios habent. Attamen compensatum videtur hoc nostrorum dispendium, cum non pauci hoc anno ex remotis civitatibus harum provinciarum (est enim gens itala passim dispersa per has regiones) huc confluxerint, audita fama quod hic essent sacerdotes itali. De necessitate nihil attinet dicere; propter inopiam etenim sacerdotum palam asserebant se pluribus annis haud confessos.

Confessionum gratia sese contulit P. Victoria in hebdomada passionis in oppidum quoddam regni Hungariae, cui confessa est Domina de Sforza [1] cum sua familia et milites nonnulli, e quibus plures audisset, si res belli ad arma contra hostes capessenda illos non subito compulisset. Reperit ibidem turcam quemdam, quem ipse catechizavit; cupiebat enim, relicta lege mahometica, christianus fieri.

Haec sunt, R.^{de} P., quae putavi nunc Paternitati V. scribenda: boni consulat et meum qualecumque obsequium et labores suorum filiorum, pro quibus (ut solet) Dominum Jesum dignetur jugiter deprecari.

Viennae Austriae Calendis Maji 1553.

R.^{dae} paternitatis T. filius indignus,

Martinus Stevordiensis.

Manu Joannis Philippi Vito: Già sono fate 7 copie, laus Deo.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al molto R.^{do} in Chto. Padre M. Ignatio de Loyola, Preposito gnale. della Compag.^{a} de Jesu en Roma.

Alia manu: 1553. Quad. Vienna, Cal. Maii.

Manet aliquod vestigium rubrae cerae et sigilli.

---

[1] Vide Polanco, *Chronicon,* t. iii, pag. 246, n. 550.

CCXVII

Marcellus Vaz
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 1 Maji 1553 [1].

IHS

Admodum R.[de] in Xpo. pater.

Gratia et pax dni. Nostri Iesu X.[i] sit semper in cordibus nostris. Amen.

In hoc quadrimestri non est aliud, de quo Paternitatem tuam debeamus facere certiorem, nisi quod Dei misericordia unus ex Patribus, qui huc ad nos Conimbrica missi sunt, nomine Petrus de Parada, assidua et magna cum contentione, qua toto hoc tempore in audiendis confessionibus elaboravit, multum fructus in animabus x.[i] effecit, et nonnulli per eumdem ad sui cognitionem sunt reducti.

Alius Pater nomine Tyburtius de Quadros, quem hactenus Rectorem habuimus (cui successit frater Alfonsus de Barreto), solus est, qui nunc fructum ab aliis factum, quoad potest, conservare et augere nititur. Est ille non parvus tam in monasteriis religiosarum (quae pulchre adhuc procedunt quaeque in suis spiritualibus exercitiis), quam in aliis in saeculo hominibus. Sacerdotes duo, uterque vitae sanctimonia et morum probitate praediti, et alter ecclesiastico beneficio in Ecclesia *summa* huius civitatis provectus et odore suae virtutis a do-

[1] Autographum, duplici folio constans, sub n. 634.—Quaedam habet a Polanco emendata vel addita, quae italicis edemus.

mino Cardinali [1] Rector constitutus in collegio quodam Orphanorum, quod in eadem hac civitate habet; hi, inquam, duo *ad* nostram societatem *anhelant*, et ex toto animo parati ad obediendum et penitus abiiciendam propriam voluntatem et ad puerilem denique simplicitatem quaerendam (ut audio) vehementer affecti. Sit Deus benedictus.

In *aedificio* Collegii nostri nunc maxima festinatione laboratur, magna multitudine operariorum. Nam decrevit Dominus Cardinalis fratres illuc quam citissime transferre, et huius gratia illud frequenter (ut audio) invisit. Dominus *dignetur id* ad gloriam et honorem suum perficere.

Tuis, Venerande Pater, sanctis precibus et sacrificiis assidue commendari suppliciter petimus.

Ex Collegio Eborensi Calendis Maii 1553.

Filius inutilis,

† Marcellus Vaz. †

†

Superscriptio in quarta pagina: Al muy R.do en Christo padre el padre Maestro Ignatio praeposito general de la Compania de Jesu.

Em Roma.

Alia manu: 1553. Quad. Ebor. Maii.

---

[1] Henricus, Portugalliae Infans, Cardinalis, et Eborensis Archiepiscopus.

CCXVIII

P. Michaël de Bairros
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 1 Maji 1553 [1].

IHS

La gratia divina sea siempre en nro. continuo favor y ayuda. Amen.

En esta, que es de los cuatro meses, no ha cosa notable de que se dee cuenta á V. R. sino que por la misericordia del Señor un P. de los que vinieron de Coimbra, llamado Pero de Parada, haa muy bien trabajado todo esto tiempo con lo su talento de las confesiones, y pienso que con mucho fruto de las ánimas, y por su medio han entrado algunos en conoscimiento de sí mismos.

El Padre Tyburcio de Quadros, que hasta ora fué nuestro Rector (al qual succedió el hermano Alphonso Barreto), él solo sustenta el fructo que hizo el P. Parada y lo que tambien dejó hecho el P. Carnero [2], que no es pequeño, ansí en los monasterios de monjas, que aun proceden muy adelante en sus exercitios spirituales, y tambien en otras personas seglares. Unos dos Padres beneficiados, y uno de ellos en esta Iglesia mayor, se han determinado entrar en la Compañía. Son personas que aun en el siglo edifican con su vyda santa y recogida, y por tales á

[1] Autographa, duplici folio, n. 631.—Aliud non est quam praecedens Marcelli Vaz epistola in hispanum sermonem translata: in qua tamen nonnullorum vocabulorum orthographia auctorem lusitanum declarant.

[2] P. Melchior Carneiro.

uno de ellos eligió el Cardenal Rector de unos colegiales y niños orphanos, que en esta cibdad tiene. Ellos están muy de propósito asentados en la obediencia y resignacion de las voluntades en las manos de sus superiores, y prestos para toda la mortificacion y abiection, y finalmente con determinacion de se volvieren niños. Bendito sea el Señor.

El nuestro collegio se daa a mucha prissa; trabajan en él muchos officiales porque S. A. determina passarense los hermanos muy presto para él y lo visita amenudo. Pliega al Señor que sea todo para su gloria y servicio. Amen.

En las S.tas oraciones y sacrificios de V. R. me encomiendo humilmente como hijo suyo inútil.

De este Collegio devora, oy primer dia de Mayo de 1553.

Hijo indigno de V. R.,

Miguel de Bairros.

Superscriptio: Al R.do en Chro. P. el Padre M. Ignatio praeposito general de la Compañía de Jesus.

En Roma.

Alia manu. Jesus. 1553. Dévora. De Michel Bairros, p.º de Maggio.

CCXIX

P. Antonius Vinck
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 2 Maji 1553 [1].

IHS

Gratia, pax et misericordia d. n. Iesu X.[i] sit nobiscum semper. Amen.

Ne rerum multitudine simus prolixiores, id facit nostra negligentia: ut vero quae sunt scribenda, breviter perstringamus, cogit nos tua nobis iam pridem perspecta voluntas, P. in X.[o] Iesu observandissime.

Ut igitur unum verbo dicam quod audire de domesticis desideras, valent omnes, Dei gratia; nec est quisquam, cui non accessio facta sit aliqua et virtutum, et (a quibus hoc etiam exigitur) literarum. Scholarum autem ratio huiusmodi est ut nihil penitus ad ea, quae postremis quadrimestribus literis scripta sunt, addendum videatur. Unum igitur superest (opinor) ut spiritualem fructum externorum, quis fuerit, recenseamus. Post M.[i] Benedicti [2] discessum, auditorum in sacris concionibus frequentiam paulo solita minorem (nam ante quanta fuerit non ignoras) domini Iesu benignitas ad nos adduxit; neque id festis tantum et dominicis, sed et singulis diebus quadragesimae, quibus quotidiana evangelia et psalmos 7 poenitentiales interpretati sumus. Qua in re et profecisse nonnihil, et ultra

---

[1] Autographae, duplici in folio, n. 143. Emendatae in paucissimis sunt a Polanco, et harum sic emendatarum apographum habemus in *Historia varia,* t. I, fol. 345.

[2] Mag. Benedictus Palmius.

quam sperare audebamus, satisfecisse populo existimamur. Successit deinde R. P. D. Hieronymus Otellus, qui die passionis dominicae primam in hac civitate concionem habuit apud auditores non minus multos quam diligenter attentos. Perstitit deinceps magno populi concursu diebus dominicis ac festis. Nec tantum concionando, sed legendo quoque, fama eius in dies magis ac magis increbrescit et augetur. Quare magna nos spes tenet fore ut fructum uberrimum colligat. Plurimi siquidem atque ex his tum canonici aliquot, tum nobiles plurimi ac primarii, et si qui sunt alii eruditi, ad Epistolae D. Pauli ad Ephesios enarrationem, quam postridie resurrectionis Domini in templo nostro est auspicatus, sedulo conveniunt. Breviter, placet omnibus: et a doctis pariter atque ab indoctis propter eius ferventissimum zelum attentissime, propter copiosam eruditionem libentissime, auditur. Diebus veneris duos, qui superfuere, e septem psalmis prosequitur. Concionum autem et confessionum (quae plurimae proxima quadragesima fuerunt, etiam generales, et nunc quoque sunt supra id quod ferre hoc tempus videatur) hi fere sunt fructus. Paces plurimae compositae, pacataque odia tum gravia tum maxime diuturna; quae qui deposuerunt, magna ex parte veniam ab *inimicis* [1] ipsi lacessiti rogarunt.

Hic me, quantumlibet properantem, remoratur mulieris unius dictum, quo multorum virorum virtutem superasse merito censeatur. Huic cum Pater fuisset occisus, nulla ratione adduci poterat, ut facinoris authoribus ignosceret: audita vero quadam die D.i Hieronymi concione, unum e R. P. nostris adiens, animo valde commota, inter confitendum: Scito (inquit) si pretio istud conficiendum fuisset, ne arcam quidem auro plenam sufficere potuisse; amore autem d.i n.i Iesu Xpi., quicquid in me est commissum, libentissime remitto. Intervenerant autem, ut hoc sopiretur odium, totius urbis primates, neque tamen quicquam profecerant. Sed pergamus ad alia.

Nonnulli, coniugio copulati, cum domesticis dissidiis mutuisque odiis flagrarent, invicem sunt reconciliati; ex quibus aliqui multis iam annis seiuncti vixerant. Una etiam mulier veneno maritum de medio tollere tentaverat. Sed ut horum

[1] *Hostibus* scripserat Vinck.

coniunctio reconciliatioque bonis omnibus grata est, ita et illorum, quos turpis amor et concubinatus crimen coniunxerat, debet esse iucunda disiunctio. Fuere huiusmodi permulti, qui ab ea vivendi ratione penitus discedentes, partim ad connubia redierunt, a quibus se seiunxerant, partim iis se legitimo coniugio copularunt, quibus antea contra Dei legem perperam usi fuerant. Hic si referre aliqua singulatim liceret, non sine admiratione audiretur, fuisse in illis mulieres, quibus, praeter maritum, quatuor essent viri, alias quibus septem, iique tum soluti, tum uxoribus obstricti. Sin tempus spectatur, totos duodecim annos hac sorde immersos vixisse quosdam comperimus. Imo et mulier quaedam XX annis hoc vitae genus egerat, quae, etsi viro nupta esset, plurium tamen aliorum sese libidini subiecerat, inter quos (quod horrendum est auditu) duo ejus generi fuerant. Ipsa vero etiam diabolicis superstitionibus erat implicita. Fuit quoque qui uxorem fratris, novem annis habitam, dimiserit.

Ex his autem non est difficile illud colligere ad nos confitendi gratia venisse non paucos multis ante annis non confessos; alii enim iam sextum, alii decimum, nonnulli duodecimum annum ab huius sacramenti ultima perceptione agebant: unus vero etiam (ut ipse aiebat) trigesimum aut quadragesimum. Nec dictu facile sit quam multi e pessimis moribus ad meliorem vitam conversi sunt, et in his non pauci nobiles, integraeque familiae restitutae. Nam, victi plerique uxorum patientia et obedientia viri, vel inviti, illarum sequuntur institutum. Est autem quarumdam tanta humilitas ut a viris multa inique perpessae, tamen, quasi illos offenderint, veniam rogent. Quo fit ut ipsorum, quantumvis feros et erga se prius immites, animos emolliant, et ad sui imitationem sensim, nonnumquam etiam repente, ut mente prorsus confusos et commotos, attrahant.

Haec quidem divinae primum gratiae, deinde confessionibus et concionibus nemo dubitet esse tribuenda; sed est etiam quod non mediocriter adiuvat: quorumdam piorum hominum charitas et diligentia, qui nobis iam dudum cogniti et familiares, atque in spiritualibus exercitiis paulo caeteris provectiores, diligentem in hoc operam impendunt, ut quamplurimos ad Dei cognitionem et vitae emendationem, praecipueque ad sacra-

mentorum frequentem usum adducant: neque id verbis tantum monendo hortandoque, sed re multo magis et exemplo, dum et visitandis infirmis, et pauperibus sublevandis, et mortuis sepeliendis diligenter aeque ac lubenter occupantur. Si quos etiam odia norunt exercere, illos adeunt libere, ac secum delata Iesu X.i crucifixi imagine, monent, hortantur, rogant, nihil non faciunt, dummodo illorum animos possint inflectere, ut, odiis a se fugatis, pacem admittant.

Multum haec res aedificationis adfert huic civitati, sicuti et nobilium quarumdam matronarum ad pietatem conversio, quae non minus ad Dei obsequium et laudem, abiectis vanitatibus, reliquas mulieres invitant atque solicitant ipsae, tum hortantes, tum ea, quae suadent, praestantes, quae antea muliebri curiositate superfluoque ornamentorum cultu ad aemulationem superbae vanitatis incitabant. Ut vero uno verbo dicam, iis fere omnibus unus est finis, qui apud nos confitentur, ut aliquos secum trahant.

Nec ab animo tantum, sed etiam e corporibus daemones expelluntur; tres enim liberati fuerunt.

Iuvenes aliquot in religionem ingredi proposuerunt, alii nostram, alii capuccinorum. Sunt quoque (ut scis) hinc profecti Romam aliqui ut reciperentur, cum hic illis ingressus in praesentia negaretur. Virgines nonnullae monachalem habitum induerunt, et magna ex parte capuccinorum, ea (ut ipsae aiunt) de causa, quod quae huius ordinis sunt, liberius ad nos venire possint [1].

R. in X.° P. D. Bobadilla 22.ª Aprilis ex Apulia Messanam venit, fuitque nobiscum ad festum usque S. Petri Martyris, quo die iterum in Calabriam transfretavit, moram facturus aliquandiu in oppido, quod ibi est maximum, Stae. Agathae nomine. Ivit autem accepta benedictione ab Episcopo Rhegiensi, qui nunc est Messanae. Est ea regio valde infecta hac nova haeresi lutheranorum; proinde illi, quod agat, non defore credendum est [2].

Nos praeterea, quod ad te scribamus, non habemus, R. in X.° P. Quare ignosce nostrae negligentiae, rogo, et tuis ad

---

[1] Vide Polanco, *Chronic.*, t. iii, pag. 195, annot. 1.
[2] Ibid., pag. 194, n. 409.

Deum assiduis precibus adiuva, ut eius voluntati diligentius inservientes, illum mereamur habere propitium. Amen.

Messanae 2.ª Maii 1553.

P.tis Tuae inutilis servus et ingratus in Chro. Iesu filius,

ANTONIUS VINCK.

Alia manu in tertia pagina: Mandata a Portugal.

Superscriptio in quarta: †IHS. R.do in chro. Patri M. Ignatio de Loyola, preposito generali Societatis Iesu.

Romae.

Et alia manu: Messina 53, 2 di Maggio.

R.

Messina.

Vestigium sigilli.

CCXX

P. Maximilianus Capella
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 2 Maji 1553 [1].

IHS

Admodum R.de in Christo pater.

Gratia et pax dni. nri. Iesu Christi et communicatio Sancti Spiritus semper sit nobiscum. Amen.

Iam tempus adest ut paternitati tuae reddam rationem eorum, quae hoc quadrimestri temporis intervallo benignus Dominus per servulos suos dignatus est operari.

Cogitanti autem unde potissimum exordiar, imprimis se mihi offert nova quaedam et admiranda vitae immutatio civis cuiusdam huius oppidi, viri generis nobilitate clari, aetatis 43 annorum, cuius ad Deum conversio usque adeo inopinata omnibus extitit ut multis tamdiu incredibilis haberetur, donec rumor, celari nescius, per totam urbem dispersus, nullum ambiguitati locum relinqueret: nec mirum profecto; quum enim vir iste sacro subdiaconatus ordine initiatus esset, canonica insuper dignitate in ecclesia Salmantina decoratus, cum magno omnium offendiculo et gravi animarum iactura, permutatis, aut, ut creditur, divenditis bonis ecclesiasticis, sub habitu laico vitam degebat perniciosissimam, nec id occultum erat, sed toti oppido

[1] Autographae, cum nonnullis emendationibus P. Polanci, duplici folio, sub nn. 449 et 450. — Est et emendatarum litterarum apographum, duplici item in folio, nn. 461 et 462. — Aliud non sunt quam latinitate donatae litterae, quas altero post die dedit P. Portillo sermone hispano. Vide n. CCXXI, pag. 267.

notissimum, quin etiam Castellae regnum atque alias etiam provincias haec fama celebris peragrarat. Hic itaque pridie incarnationis dominicae, divini amoris iaculo sauciatus, quamvis paucis ante diebus, ita permittente Domino, grave infortunium perpessus fuerat, in animum induxit suum variis rerum successibus cunctisque huius saeculi pompis aeternum vale pronunciare [1], sicque affectus, ad nos venit aut perpetuo permansurus, aut certe recte deinceps vivendi formam suscepturus: nunc quinque hebdomadae praeterierunt, a quibus est [2] domi nostrae, confidimusque in Domini misericordia non antea exiturum quam, exuta vetustate Adae, novum [3] hominem induerit eumque multis virtutibus decoraverit. Hunc credimus X.m Dominum ad se attraxisse concionibus P. Baptistae [4] veluti tenaci quodam glutino mentem eius sensim capiente : solebat enim dicere quum adhuc in profundo coeni iaceret, se doctrina P. Baptistae mire admodum aedificari : cumque a quopiam interrogaretur qui non potius audiret [5] insignem atque eximium verbi divini praeconem, qui tunc Metymnae concionabatur, respondit ideo se affectu singulari sermonibus Baptistae delectari quod sciret eum prius operi manum adhibuisse quam os ad loquendum aperuisset. Qua de causa eo die quo aedes nostras intravit, protestatus est longe antea hoc idem desiderium in votis [6] habuisse, sed quominus illud opere exequeretur obstitisse nescio quas tricas, quibus districtus detinebatur.

Praeter hunc multi alii tum publicis P. Baptistae concionibus, tum in ecclesiis, tum in platea publica, et eiusdem aliorumque patrum privatis exhortationibus atque quotidiana conversatione commoti, vestium luxum atque immodicam pecuniarum cupiditatem nimiamque lucrandi [7] sollicitudinem aut penitus sustulerunt, aut saltem modum illis posuerunt. Inter hos unus prae caeteris, qui nummularius erat (vulgo comptor appellabatur) [8], amoris divini singulare specimen exhibuit : hic etenim

---

1 *tandem dicere.* Polancus.
2 *jam* quinque hebdoma*des* domi nostrae *fuit.* Polancus.
3 novum *prorsus.* Polancus.
4 Patris Joannis Baptistae Sanchez.
5 audiret *quemdam alium.* Polancus.
6 hoc idem *se* in votis. Polancus.
7 *lucri.* Polancus.
8 *(banchum vulgo dicunt).* Polancus.

munus suum, quo publicitus [1] magno cum honore fungebatur, dereliquit [2]. Fertur alium eiusdem functionis, exemplo alterius [3] provocatum, suo itidem officio defungi velle. Hinc etiam provenit ut eorum numerus [4], qui octavo quoque die domi nostrae confitentur sacramque sumunt eucharistiam, non minus virtutum incremento quam hominum multitudine [5] in dies magis ac magis augescat.

In quadragesima audivimus confessiones omnium fere pauperum totius civitatis, eorum etiam qui carcere detinentur inclusi, in quibus omnibus per gratiam Dei non exiguus fructus decerptus est: nonnulli enim ex his reperti sunt, qui a quindecim aut sexdecim et viginti annis confessi non fuerant. Et haec de externis dicta sint.

Quantum autem ad nos attinet, iam domi sumus viginti tres, annumerato illo, quem supra memoravi [6], quorum septem sunt sacerdotes. Alius ex filiis vicini nostri Antonii Acosta, cuius amplior facta est mentio anno superiori, admissus est in Societatem nostram, qui numero fratrum suae carnis appositus quaternarium efficit; sunt enim hi quatuor fratres ex utrisque eisdem parentibus [7] nati, iamque Societati nostrae dedicati; qui quidem cum caeteris omnibus mirum in modum proficiunt, tum in omni genere virtutum, tum maxime in humili obedientia suique ipsius abnegatione; usque adeo enim acriter quilibet carnem suam persequuntur, eamque tam sedulo satagunt spiritui subigere, ut ne latum quidem culmum [8] (quod aiunt) eam sinant a recto rationis tramite declinare. Exercitia item literaria, iuxta classis uniuscuiusque facultatem, quotidie in melius provehuntur. Illi namque, qui hactenus prima linguae latinae rudimenta didicerunt, iam paulo provectiores effecti, incipiunt sapientium ac doctorum virorum monumentis operam navare: ii vero, qui artium liberalium studiis vacant, ad finem studiorum suorum

---

1 publi*ce*. Polancus.
2 reliquit. Polancus.
3 eiusdem *officii*, exemplo *huius*. Polancus.
4 ut *ii*. Polancus.
5 quam multitudine. Polancus.
6 Scil., subdiacono ad meliorem frugem converso et domi nostrae degente.
7 ex utroque eodem parente. Maximilianus.
8 Ita quidem hispane, *ni una paja, ni el grueso de una paja;* sed latini dicebant *ne latum quidem unguem*, quod etiam in hispanum transiit *ni el grueso de una uña, ni el canto de una uña*.

prope accedunt, omnesque non poenitendum fructum ex studiis ac laboribus suis reportaturos speramus. Precor Dominum Iesum ut nos omniaque studia et exercitia nostra ad nominis sui gloriam proximorumque utilitatem benigne dignetur dirigere. Amen [1].

Sub finem transactae quadragesimae sex ex fratribus nostris multis precibus impetrarunt a P. Rectore ut, verae paupertatis exercendae gratia, ad certa loca religioni consecrata ac hominum devotioni dedicata, sine pera et sacculo mitterentur: nec inanis fuit concessa facultas; haec siquidem peregrinatio non ipsis dumtaxat, sed et proximis quoque profuisse testatur eius effectus ac felix successus [2]; sua etenim conversationis modestia et morum probitate tantam sibi benevolentiam conciliarunt apud eos, ad quos divertebant quibusque loquebantur, ut vix quisquam inveniretur qui, semel ab eis admonitus, non vereretur postea verbum aliquod indecorum ex ore proferre nedum inhonestum quippiam opere perficere [3]; quod quidem constat ex toto itineris progressu, speciatim tamen ex duobus aut tribus eventis, quae ipsis praeter spem contigere. Dum enim die quodam festo villulam [4] pertransirent, casu inciderunt in coetum hominum rusticorum, qui eo tempore, quo sacra solemnia agebantur, lusui chartarum operam dabant; ad quos propius accedentes, qua poterant benignitate adhortabantur atque obnixe rogabant ut, ab eiusmodi lusibus abstinentes, Dei templum adirent divina officia audituri. Illico iussa facessunt rustici et omni vanitate posthabita, protinus omnes ad ecclesiam confluunt. Non huic absimile neque minus admiratione dignum est, quod alibi sequenti die accidit: quum enim populi pars magna saltibus et choreis indulgerent, advenirentque fratres, coepit unus eorum verba facere de regno Dei et de Domino Iesu Christo. Saltantes vero rei novitate attoniti et ad praedicantem conversi non solum non eum contemptui aut ludibrio habuerunt, verum (mirum dictu) prostratis ad terram genibus, summa cum attentione ac reverentia Dei sementem,

---

1 Haec a voce *Precor* suppressit Polancus.

2 haec siquidem peregrinatio *quod* non ipsis dumtaxat sed et proximis quoque pro*fuerit,* testatur felix successus. Polancus.

3 per*petrare*. Polancus.

4 *pagum*. Polancus.

mentibus eorum demandatam, suscipiunt. Aderat tunc forte fortuna pastor illius vici, iam senex et ipsa canitie venerandus, qui rem omnem cernens et altius contemplans, adiit fratres nostros et ad genua provolutus fusisque per ora lachrymis se gravissimum peccatorem humillime profitetur, supplexque deprecatur ut preces ad Deum fundere pro eo dignarentur, his adiiciens ipsos se, quocumque irent, secuturum nisi obex tunc, a daemone forsitan obiectus [1], impediret. Postero die ad alium pagum quum pervenissent, audierunt inibi adesse mulierem, quae a septem annis vehemens odium fovebat in pectore adversus proximos suos: nec inventus est qui mulierculae duritiem emollire potuerit. Ad hanc acciti sunt fratres nostri, pannosi, pauperes et mendici, quorum mentibus et linguae tam abundans gratiae donum infudit benignus Dominus, ut non solum cordis adamantinam duritiem emollirent, sed et penitus frangerent: factum est enim ut cum lachrymis et amore ardentissimo eos amplexaretur, quos paulo ante lethali prosequebatur odio; sicque in gratiam omnes redierunt cum magna astantium admiratione et ingenti totius populi laetitia.

Iam ad finem perducta erat epistola, quum mihi in mentem venit quod nunc subnectam. Est iuxta domum nostram insignis ecclesia Divo Ioanni consecrata, quam habet habuitque semper P. Baptista suis concionibus peculiariter destinatam. Is autem, qui eam moderatur, ex numero est eorum, qui cruce signati sunt; vir profecto dignus tali munere. Hic igitur cum caeteris, quorum fidei ecclesiae tutela commissa est, nuper P. Rectorem alloquuti, sponte obtulerunt, quinimo precibus etiam instQiterunt, ut intra septa ecclesiae suae locum deligeremus idoneum extruendo Collegio Societati nostrae, idque omnino gratis, addentes insuper, ne forte locus videretur angustior quam par esset, facile protendi posse, aliquot domunculis, quae in circuitu sunt, parvo aere comparatis. Ignoro quid hac in re fiet: faciat Dominus Iesus quod bonum est in oculis suis. Ipsi laus, honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. Ad hanc autem ultroneam oblationem impulit bonos illos viros summus amor, quo erga nos nostramque Societatem semper affecti sunt.

---

[1] nisi *quaedam sibi omnino praestanda.* Polancus.

In omnibus et per omnia laudetur et glorificetur pater misericordiarum Iesus Christus dominus et salvator noster, quem omnes supplices deprecamur ut Pat. tuam nobis diu servet incolumem, nobisque illam gratiam dignetur elargiri, qua ipsi syncere ac fideliter serviamus. Amen.

Metymnae Campi pridie sanctae crucis anno 1553.

R. P. T. minimus et indignus filius,

MAXIMILIANUS A CAPELLA.

Superscriptio. IHS. Perquam R.do in Christo patri, patri M. Ignatio de Loyola praeposito generali Societatis Iesu.

Romae.

Alia manu. 1553. Quad. de Medina, 2 Maii.

Manet pars rubrae cerae sigilli.

CCXXI

N. Portillo
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 4 Maji 1553 [1].

IHS

Muy Reverendo en Christo Padre.

La gracia y paz de Nuestro Señor Jesu Christo y el amor del Espíritu Sancto sea siempre con nosotros. Amen.

Por ser llegado el tiempo para dar cuenta á V. P. de lo que Dios por estos sus mínimos siervos ha querido obrar en estos quatro meses, escribo. Y pensando de dónde començaria, se me ofreció una admirable mudança de un ciudadano deste pueblo, de claro y noble linage y de edad de quarenta y tres años, la conversion del qual estaua de todos tam alexada, que con gran difficultad sin verlo lo creyeran, hasta que la fama por todas partes andaua y ponia gran admiracion tam presto de trocar Nuestro Señor una tal persona. Y era de más admirar auiendo sido de epístola ordenado y canónigo de la iglesia de Salamanca y, dexando la iglesia, permutada la calongía ó medio vendida, andaua en hábito seglar muy excesiuo y supérfluo, y su vida era acerca de todos tenida por muy distrayda, y más siendo á todo el pueblo público auer sido de la iglesia; y no solamente en este pueblo, pero por todo el reyno era muy cono-

---

[1] Tota autographa in duplici fol. sub nn. 451 et 452; Auctorem putamus esse P. Hieronymum Ruiz del Portillo, qui sequenti anno Patrem Franciscum de Villanueva, Placentini Collegii initia positurum, comitatus est; id tamen affirmare certo non audemus quia nondum de tempore, quo Societatem ingressus est, satis constat.

cido y la fama suya era manifiesta; y quiso nuestro Redemptor que un dia antes de la Encarnacion Dios inspiró en él, aunque pocos dias antes le hauia acontecido un caso terrible, y de tal manera, que renunció todas las uanidades y pompas mundanas, y ansí inflamado vino á este Collegio para quedar en él ó á lo menos para tornarse á manera de uiuir honesta, y habrá cinco semanas que está en nuestra compañía, y esperamos en el Señor que, ántes que salga, dexará el hombre exterior y se vestirá del interior y nuebo hombre; y la visita que nuestro Señor le hizo fué oyendo al P. Baptista [1] segun creemos, porque solia dezir, cuando en el mundo estaba, edificarse mucho con los sermones del P. Baptista, porque preguntado de un su amigo por qué no oya á un gran predicador que entonces en Medina estaba, respondió que amaba en gran manera la doctrina del P. Baptista, porque sabia que primero auia obrado que hablado. Por lo qual el mesmo dia que uino á nuestra casa dixo que hauia muchos dias que prometiera y ofreciera misas á Nuestra Sra. por la tal entrada y que mucho ántes ubiera entrado, si no lo ubieran detenido ciertos impedimentos.

Y otros muchos por los sermones del P. Baptista, ansí de las iglesias como de las plazas, y conuersaciones y pláticas de casa, an mudado su manera de uiuir, dexando las superfluidades de los uestidos y la demasiada cobdicia de los dineros y ganancia mala; y esto quasi del todo, que se admiran el pueblo de tan súbita mudança; y entre estos principalmente un cambio [2], que era de gran crédito y negocios, abrasado con el amor de Dios, menospreciándolo todo, dexó el cambio de todo punto; y dícese que otro gran cambio, prouocado con el exemplo deste, procura dexarlo con todas sus fuerzas.

El número de los que cada domingo confiessan y comulgan cada dia se augmenta más y todos crecen en virtudes y deseo de seruir á Dios. En la quaresma se oyeron quasi todos los pobres del pueblo de confesion aquí en casa, y todos los de la cárcel, en los cuales por la gracia de Dios se hizo gran fructo, porque se hallaron algunos que no se hauian confesado quince años auia. Y acerca de los de fuera esto baste.

---

[1] P. Joannes Baptista Sanchez.
[2] Sic; sed obsolevit jam hic sensus, et nunc dicitur *cambista*.

Acerca de los Padres y Hermanos, somos ya veinte y tres, dexando el arriba dicho; y los siete son sacerdotes; y el hermano que se recibió [1], es hijo de Antonio de Acosta, el que tenia tres hijos acá y aora tiene quatro ia en la Compañía recevidos y hijos propios de un padre y madre, los quales aprovechan en las virtudes y principalmente en la abnegacion y mortificacion y por extremo en la obedientia [2].

En lo de los estudios, todos con gran ánimo trabaxan, y los que sabian algun latin oyen libros de latinidad buenos, como Ciceron y otros. Y los otros oyen cosas menores: los que estudian artes van ya al fin del curso y esperamos que sacarán no poco fructo de sus trabajos, lo qual yo ruego á Nuestro Señor Jesuchristo que quiera guiar á nosotros y nuestros estudios para su gloria y probecho del próximo. Amen.

Al fin de la quaresma seis hermanos desta casa pidieron con gran instantia y ruegos al P.e Rector que los dexase ir á peregrinar, y el P.e se lo concedió, y fueron las peregrinationes de gran fructo para los peregrinos, y para los próximos de gran edificacion en ber la modestia y humildad, que muy rara suelen ber; porque dexaron por todo el camino rastro muy loable por sus buenas costumbres y doctrina; mudaron á muchos y los despertaron del sueño, y principalmente les acontescieron dos cosas: la primera, que un dia de fiesta, passando por un lugar, vieron como unos labradores estauan jugando á las cartas y bolos, mientras las vísperas se decian; y un hermano començóles á reprehender y exhortar en las cosas de Dios, y todos, dexados los juegos, se fueron luego á la iglesia. Y la 2.a fué tambien de gran admiracion, que en otro pueblo estaban vailando y holgándose, y un hermano començó á decirles de la gloria y de la uida de N. S.or Iesu X.o y otras cosas, y los que vailaban, admirados de la nouedad, se pusieron todos de rodillas á oir la palabra de Dios con gran attencion y reuerencia; y acaso hallóse el cura del pueblo allí, y considerando las cosas que les decia el hermano, se uino á los peregrinos, y pros-

---

[1] Frater Josephus de Acosta. In *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, a PP. DE BACKER et SOMMERVOGEL edita, praeclarus hic scriptor admissus in Societatem dicitur *vers 1554*. Ex his autem litteris et ex *Chronicon*, t. III, pag. 305, clare patet illum ingressum fuisse anno 1553.

[2] Horum nomina reperies in *Chronicon*, t. III, pag. 305, not. 2.

trado, llorando con gran lástima, con unas canas honrradas, decia ser gran peccador, que por amor de Dios le encomendassen á nuestro S.or y que le dexasen ir en su compañía, que donde quiera que fuesen los seguiria, si no estubiera con el cargo de ovejas. Y otro dia vinieron á un lugar donde supieron estar una mujer, que auia siete años que estaba enemistada con unas sus parientas, que no las hablaba, y nadie auia podido hazerlas amigas. Entonces nuestros hermanos con sus pobres vestidos vinieron á la mujer, y dióles nuestro Señor tales palabras, que no solamente ablandaron el corazon duro de la mujer, mas aún lo quebrantaron, la qual con lágrimas y amor ardentíssimo fué á abrazar á sus enemigas; y todos los presentes se admiraron y dieron gracias á nuestro Señor.

En todas las cosas y por todas sea loado y glorificado el P.e de las misericordias, Jesus Naçareno, N. Señor y Salvador, al qual todos postrados rogamos que guarde á V. P. por mucho tiempo sano y saluo y á nosotros quiera otorgar aquella gracia de que todos le siruamos simple y fielmente. Amen.

De Medina del Campo á 4 dias del mes de Mayo año de 1553.

Mínimo y indigno sieruo.

R. P. T.,

† PORTILLO. †

Ya estaba esta escripta, cuando se me acordó esto que aora diré: Que junto á nuestra casa está una iglesia, que se dice de Sanct Juan de Sardon [1], en la qual siempre a predicado y predica el P. Baptista, y el que la tiene á cargo est prior della, y llámase prior de S. Juan, y tray la cruz blanca [2], y digno por cierto de tal dignidad. Vinieron, pues, á casa á hablar al P.e Rector éste y los principales de la iglesia á ofrecer con gran voluntad, y lo que es más, rogándonoslo con gran instancia que dentro del cimenterio de su iglesia escogiésemos lugar idóneo para hazer el Collegio della Compañía, y que si

---

[1] Templum Ordinis militaris equitum Sancti Joannis de Jerusalem, seu de Malta.
[2] Insigne equitum Sancti Joannis.

nos pareciese el lugar angosto, que fácilmente se podria estender, comprando unas casas de poco ualor que cerca estaban. Jesu X.º nuestro Señor haga lo que á sus ojos bien estubiere y á él sea honrra, gloria y alabanza en los siglos de los siglos. Amen.

A este ofrecimiento tan de voluntad compelió á aquellos benditos hombres el gran amor que tienen á nosotros y á la Compañía.

Por amor de X.º V. P. me alcance de nuestro S.or humildad y obediencia.

Superscriptio. I✝HS. Al muy R.do en X.º padre el padre Micer Ignatio de Loyola Prepósito general de la Compañía de Jesus en Roma.

In margine, alia manu: Quad. 1553. Medinada *(sic)* del Campo 4 di Maggio.

CCXXII

Franciscus Bordon
Patri Ignatio de Loyola.
Mutina, 5 Maji 1553 [1].

Ihũs.

Grã. et pax dni. nri. Iesu Christi sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Tempus iam exigit ut tibi, perquam observande in X.° Pr., rationem reddamus omnium (quo sane sanctae obedientiae praecepto satisfaciamus), quae dns. Deus in hoc collegio societatis effecit, utens fratrum et Patrum opera ac industria, qui in hanc urbem sunt missi, ut vineam christi Domini ad eius laudem ac animarum utilitatem pro viribus excolerent. His igitur literis dabo operam (est namque a S.ta obedientia mihi praescriptum) enarrare res gestas his quatuor mensibus transactis, tum de literarum studiis, tum de religionis ac pietatis officiis.

Numerus studiosorum in dies crescit (ut hinc initium sumamus). Ac ii quidem, qui semper nostrum collegium frequentant, sunt centum quinquaginta, plurimis exceptis, qui, infirma valetudine impediti, non adveniunt. Ac in universis quidem laudandus est dominus, quod adeo a pristina vivendi ratione recesserint, ut ab iis neque detestatio, neque iuramentum, nec male-

---

[1] Autographae quadruplici in folio, nn. 94 et 95.—Eas emendavit Polancus, quaedam, haud pauca, delens, plura mutans: et earum sic castigatarum duplex nacti sumus exemplum apographum, unum nn. 93 et 94, alterum nn. 97 et 98. Quoniam vero emendationes hujusmodi plures longioresque sunt quam ut in textu distingui aut in annotationibus exhiberi commode possint, ideo nos, post litteras, quales confecit Bordon, eas, quales adornavit Polancus, exhibemus.

dictum, nec verbum turpe proferatur, non minus ac si his nunquam abusi fuissent. Ex his grandiores natu peccata confitentur, et ad Dnicam. accedunt mensam. Quadragesima proxima in eius statim principio, cum pater [1] adhortaretur ad ieiunium, ex studiosis quidam, quamvis aetate ad hoc minime tenerentur, statuerunt totum illud sanctum tempus ieiuniis traducere, quod certe constanter praestiterunt; alii tres dies in hebdomade, alii diem veneris ieiuniis dederunt. Parvuli, qui sunt quasi innocentes, summopere ducuntur confessione, eaque adeo afficiuntur, ut, si patres non gravioribus distinerentur negotiis, confessionem frequentarent ad eorum arbitrium. Ad haec quidem illud nos cum admiratione delectat, quod tam brevi tempore magna extrahantur vitia, turpes pellantur mores, quibus summe infecti erant, ac cernantur florere et adolescere tenerae plantae virtutum, modestiae sane, humilitatis, bonitatis ac continentiae. Proficiunt universi quidem in literis ac illi primae classis exercentur componendis orationibus latinis, quas, memoria comprehensas, diebus festis in nostro templo magna cum audientium voluptate, nec sine aemulatione quidem externorum studiosorum, habent.

Existunt quidam cum praediti magno ingenio, tum magnam in literarum studia operam conferentes, quocirca haud mediocres habent in doctrina progressus.

Quod spectat ad fructum, qui tum divini verbi instrumento, tum salutarium sacramentorum dono percipitur, ne is quidem modo parvus habendus est, quippe cum plurimi statim in principio, ut fere fit, nobis infesti existerent, ac nobis per urbem euntibus occurrerent aut subsequerentur irrisores nostri instituti, ac nobis hypocrisim et plurima vitia obiectarent, alii tempore hyberno nivem proiicerent: enimvero, cum perdiu animadverterent a nobis sua maledicta et contumelias contemni, deterriti sunt ab iniuriis, ac restant, Dei quidem benignitate, valde nro. affecti instituto. Itaque modo nobis acrius negotium eorum obsequia, quam proximis diebus contemptus aut vituperationes, facessunt.

Atque hac proxima quadragesima Praetor huius urbis visit nos, ac cum rei divinae interesset, voluit introduci in gymnasia

---

[1] Pater Caesar Aversanus. Vide Polanco, *Chronicon*, t. iii, pag. 146, n. 294.

ac domum, ac petenti rationem instituendae iuventutis, traditae sunt regulae scholasticorum, quas perlegit, ac summopere nrum. morem et institutum commendavit, ac omnibus denique rebus valde commotus sese totum obtulit Societati, pollicens suum studium et operam nusquam nobis defuturam. Ad hoc civis quidam, homo honoratus ac Iurisperitus et senio venerandus, quum quodam die audiret concionem in nro. templo, divino numine adeo incensus fuit ad religionem chrianam., ut eodem die reversus ut prem. alloqueretur, eo non reperto, in dubio esset: nam ita erat inflammatus, ut vix modum tenere sciret. Quocirca accersivit quemdam ex fribus., ac ei suam mentem expressit, hoc est, percupere inservire pietati ac se totum tradere rebus divinis; addebatque se hactenus non intellexisse quid esset divinus cultus. Praeterea quidem se ac omnes fortunas suas obedientiae Pris. tradebat, declarans se percupere fieri fidelem Xpi. servum. Ac rerum certe eventus declarat hominis studium. Etenim ab illo tempore sumpsit principium singulis diebus dominicis confiteri peccata nro. patri, ac coenam X.i dni. edere cum magno suo fructu et totius familiae. Uxor namque saepenumero excipit sanctissimum X.i corpus: adeo animum ad res divinas confert ut oibus. sit institutioni ac nobis suppeditet magnam materiam christum Dnum. laudandi. Haec mulier iuvenis quidem cernitur aetate: prudentia autem et modestia senex. Efficitur piscatrix animarum ac quam plurimas matronas capit, ac in chri. Dni. rete immittit. Huic erat ancilla, cui quidem nihil tam arduum et molestum erat quam eleemosynam elargiri pauperibus, quamvis id agere sibi foret praescriptum. At modo certe adeo mutata est et omni animi pravitate exuta, ut illud unum expetat et propositum inter caetera habeat bene mereri de pauperibus eisque omni charitate inservire. Necnon assidua confessione ac vero angelorum pane inflammatur ad pietatis studia. Commemoratus item paterfamilias studiosissime inservit proximorum saluti. Nam arcet homines cuiusque ordinis ab omni improbitate nobisque adducit ad confessionis asylum et vitam chrianam. Ad haec nos tantopere diligit charosque habet, ut parem aut forte maiorem rationem rerum nrarum. habeat quam nos ipsi. In nos etiam magna confert beneficia et imprimis vehementer contendit nobis parare locum aptum scholis, idque profecto omni sua ope

conatus est. Idem fuit author ut Dux Ferrariae elargiretur quinquaginta aureos quotannis huic collegio, et licet id impetratu facile esset, quippe quod Dux Ferrariae bene affectus esset erga Societatem, tamen in hac re cernitur verus amor et industria huius viri, cui summe sumus devincti. Deus pro tot tantisque in nos meritis gratiam referat.

Cernuntur et beneficia divini spiritus in multitudine cuiusque status, qui modo salutifera confessionis et Eucharistiae sacramenta celebrant, quod quidem incipere ob mundi pudorem valde fuit arduum et difficile. At quicquid divinus spiritus afflat, inde repente pellit omnem timorem inanem. Concursus itaque hominum, quibus quotidie, nedum diebus festis, sancta ministrantur sacramenta, tantus est, ut iis satisfacere non possimus. Atque si in quadragesima fuissent quatuor sacerdotes, qui hoc confessionum munus tantum subirent, eo sane fuissent singulis diebus satis occupati. Nam tanta erat frequentia eorum, qui ad confessionem advenirent, ut vix pribus. vacaret sumere necessaria corpori, ac multi cogebantur reverti, cum a patribus audiri non possent. Atque ex his, qui a nobis sunt auditi, fuerunt homines honorati ac in mundo nobiles; praeterea quidem Vicarius episcopi, qui ad nos saepe gratia confessionis venit. Plurimi, quos quidem conscientiae maleficiis refertae cruciabant, quaeque hostis fraude ne exoneratae fuerant unquam, apud nos generali confessione confecta ac multis doloris et luctus signis demonstratis, magno affecti gaudio recesserunt. Alii, et hi non pauci, adfuerunt, qui ante multos annos nunquam salutiferis sacramentis usi fuerant ac, vitiis inveterati ac tanquam membra inutilia ac arida, vitam agebant; inter quos praesertim repertus fuit unus, qui certe, licet aetatis maturae, ante septem aut octo annos nunquam confessus erat, et semel in omni vita ad coenam domini accesserat. Enimvero hi omnes sunt impulsi tum ad peccatorum dolorem et luctum, tum conciliati Chro. Dno., ac in hanc sententiam adducti, ut deinceps vitam recte factis redimere, ac tenebras, in quibus perdiu misere versati fuerant, fugere statuerent.

Nonnulli haeretici intervenerunt, qui nimia simplicitate ab improbis chri. hostibus decepti fuerant: verum quum rei veritate (divino spiritu suffragante) essent instructi ac illustrati, effuderunt confessione omne venenum errorum conceptum,

omnem opinionem detestantes, ac ita absoluti in dno. abierunt. Venerunt ad nos plurimi alii varii generis maximis ac detestabilibus peccatis infecti ac corrupti.

Elaboratum est ut nonnullae item meretrices et huiusmodi aliae a libidinum sordibus avocarentur, effectumque tandem est, ut ex illis unam vere ac recte poenituerit suarum corporis voluptatum, tum vitae praeteritae mores et quaestum reiiciendo, tum asciscendo honestum aetatis degendae institutum, in quo modo, luctui maleficiorum, confessionibus ac divinis epulis studens, sibi constat. Alia, quae etiam a pietate abhorrebat, fuit constituta in foeminarum conversarum coenobio, ibique studiosissime se totam divino cultui tradit.

Caeterum quum in harum foeminarum [1] sermonem incidimus non committam quin breviter earum pietatem perstringam. Hae itaque divini numinis praesidio satis honeste ac pie se gerunt in religione et spiritus ratione ac via, ac singulari flagrant studio resarciendi damnum et culpam, quae a se in mundo est commissa: inserviunt viriliter spiritui, cupiditatibus magno imperant animo, corpus verberibus caedunt, ac id rationis obsequio et hanc dei imperio subiiciunt [2]: animum vigiliis, orationum et sacramentorum frequentia alunt, atque quidem declarant in rebus agendis magna constantia suam vocationem. Apud has foeminas religiosas est quaedam X.[1] virgo, cuius mater, haud scio quo malo spiritu impulsa, conabatur omnibus viribus et artibus eam a commemorato coenobio avocare, ita ut vigilantissimum urbis pastorem eo adire necesse esset ut virginis animum exploratum haberet, quae constanter respondit nullo modo se unquam egredi velle, sed potius in illa sancta domo aetatem ducere.

Sed modo ad id unde discessimus redeamus. Nonnulli etiam accurrerunt ad nos, qui alibi peccata fuerant confessi, tamen cum animum quietum et sedatum habere non possent, ac de nobis cognoscerent, nos precati sunt, ut in hoc animarum lavacro adiuvarentur; ac suam confessionem redintegrantes, exacti examinis suffragatione, quod a nobis fieri solitum est, plurima deprompserunt scelera et maleficia, quae antea dimota non fuerant, hocque modo mentis pace comparata abierunt. Illud etiam

---

[1] Intellige quas vocant *conversas*.
[2] corpus rationis obsequio, rationem Dei imperio subiiciunt.

velim maxime exploratum habeas, Pater optime, nos dedisse operam ut omnes homines, qui ad nos praevia gratia veniebant, adhortaremur ad confessionis frequentiam ac doceremus hoc unum esse singulare medicamentum ad sanandas animi aegritudines et depellendas vitiorum propensiones. Ac Dnus. Iesus vim ac virtutem suo verbo per nos pronunciato praestitit, siquidem a pascha hominum numerus, qui commemorationem mortis dominicae celebrant, auctus est, et in dies nonnulli, rebus mundanis despectis, accedunt.

Sunt quaedam matronae divini cultus percupidae ac chri. gloriae amantissimae, quae, prorsus pro nihilo habito mundo et omni humana reformidatione expulsa, magno studio piscantur tam viros quam foeminas ac plurimos adducunt secum et ad confessionem et ad convivium coeleste. Quaedam igitur ex his cum virum suum non posset allicere ad confessionis medicinam, sese ad eius proiecit pedes ac tanto animo se gessit, ut voti compos fieret. Alia ut vir audiret verbum dei, a quo sane abhorrebat, toties eum est precata et adhortata ut modo veniat ad conciones. Hae denique sanctae X.[1] matronae sunt artifices plurimorum meritorum in ecclesiam et multarum animarum gubernatrices. Quodam die sex simul matronae novae sese totas tradiderunt, in rebus divinis, obedientiae Pris. nostri.

In nostro templo praelegitur diebus dominicis chriana. doctrina, quo accurrunt tot homines, ac nonnulli docti, ut locus sit admodum angustus nec eos capere possit. Omnibus pro viribus satisfit, quod maxime hoc probatur argumento, quod, lectione absoluta, plurimi confessionem adeunt.

Visuntur et pauperes aegroti in Xenodochio ac adiuvantur tum concionibus, tum privatis exhortationibus, tum confessionibus, ubi non mediocris fructus nascitur ex animis, ut persaepe pres. dicant se eo a Deo mitti ob res graves, quae accidunt. Eodem pacto et ii, qui in custodia sunt publica, adiuvantur, quibus quamvis sit arduum ac difficile fidem facere ut adversariis parcant, nihilominus tamen tanto conatu id peragitur, ut divini verbi vi tandem deliniantur et in gratiam reducantur cum inimicis, et etiam hoc modo ad poenitentiam et patientiam pro chri. amore suscipiendam deducantur.

In hoc collegio manemus novem, et iuvenis quidam, natus circiter XX annos, deditus est Societati, et a nobis, pris. com-

missarii [1] praescripto, Ferrariam est missus. Magna quaedam ab eo spectamus, quippe qui et simplicitate columbina et admirabili bonitate sit ornatus.

Magnus fructus perciperetur in hac urbe, si manerent hic operarii boni, quoniam, licet homines ii sint depravati et opinionum perversitate infecti, tamen facillime possent ab erroribus revocari ad veritatem, maximeque hoc tempore, nam ille, qui seminavit zizaniam errorum lutheranorum et hanc urbem opinionum pravitate infecerat, die lunae, hoc est calendis maii, publice in summo templo, ubi solitus fuerat concionari, cum multis mensibus egisset poenitentiam, refellit revocavitque pravissimas, quas emiserat, opiniones, se maxime accusando et veniam a populo et Episcopo flexis genibus precando; idque maxima omnium instructione et disciplina egit.

Nobis non deest animus recte efficiendi, verum debiles sunt vires nostrae, quocirca apte possumus cognoscere quod, si quicquam officii praestamus, id benigne et pure a deo manat. Atque illud tantum deberemus dolere quod non exerceamus dona accepta ut par est ac secundum gratiam, quam summa bonitas nobis elargitur. Quare te supplices universi precamur, Pr. optime, ac omnes R.dos Pres. et char.mos in Dno. fres. ut deum pro nobis oretis quo, ab eo perfecto grae. lumine et amore nobis concesso, possimus perspicere et perficere eius sanctissimam voluntatem.

Mutinae, 3.° nonas maii 1553.

Tuus,

FRANCISCUS BORDON.

Patris Caesaris praescripto.

Superscriptio. Al molto R.do in X.° Pre., il P. M. Ignatio de Loyola, Preposito de la Compagnia di Iesu, in Roma.

Et alia manu. Mutina.

Manet vestigium cerae rubrae.

---

[1] Patris Joannis Baptistae Viola.

Praecedentium Francisci Bordon litterarum exemplum a P. Polanco emendatarum [1].

Gratia et pax, etc.

Tempus iam exigit ut tibi, perquam observande P.r, rationem reddamus eorum, quae Dominus Deus in hoc Collegio Societatis effecit, fratrum et Patrum ministerio. His igitur literis perstringam tum quae de literarum studiis, tum quae de religionis ac pietatis officiis occurrent.

Numerus studiosorum in dies crescit (ut hinc initium sumamus) ac ii quidem, qui assidui in nostrum collegium ventitant, sunt centum quinquaginta, plurimis omissis qui, infirma valetudine impediti, non veniunt. Ac in universis quidem laudandus est Dominus quod adeo a pristina vivendi ratione recesserint, ut ab iis neque iuramentum, nec maledictum, nec verbum turpe proferatur, non minus ac si his nunquam abusi fuissent. Ex his grandiores natu peccata confitentur et ad Dominicam accedunt mensam. Quadragesima proxima in eius statim principio, cum Pater adhortaretur ad ieiunium, ex studiosis quidam, quamvis aetate ad hoc minime tenerentur, statuerunt totum illud sanctum tempus ieiuniis traducere, quod certe constanter praestiterunt: alii tres dies in hebdomada, alii diem veneris ieiuniis dederunt. Parvuli, qui sunt quasi innocentes, summopere ducuntur confessione, eaque adeo afficiuntur, ut si nostri non gravioribus distinerentur negotiis, confessionem frequentaturi essent ad eorum arbitrium. Ad haec quidem illud nos cum admiratione delectat quod tam brevi tempore magna avellantur vitia, turpes pellantur mores, quibus summe infecti erant, ac cernantur florere et adolescere tenerae plantae virtutum, modestiae sane, humilitatis, bonitatis ac continentiae. Proficiunt universi quidem in literis, ac illorum prima classis exercetur componendis orationibus latinis, quas, memoria comprehensas, diebus festis in nostro templo magna cum audientium voluptate, nec sine aemulatione quidem externorum studiosorum, habent.

[1] Sunt exemplaria bina, unum in foliis 93 et 94; alterum in foliis 97 et 98.

Existunt quidam, cum praediti magno ingenio, tum magnam in literarum studia operam conferentes, quocirca haud mediocres habent in doctrina progressus. Quod spectat ad fructum, qui tum divini verbi instrumento, tum salutarium sacramentorum dono percipitur, nec is quidem modo parvus habendus est, quippe cum plurimi, statim in principio, ut fere fit, nobis infesti existerent, ac nobis per urbem euntibus occurrerent aut subsequerentur irrisores nostri instituti, ac nobis hypocrisim et plurima vitia obiectarent, alii tempore hyberno nivem proiicerent. Enimvero, cum perdiu animadverterent a nobis sua maledicta et contumelias contemni, deterriti nonnulli sunt ab iniuriis, ac restant Dei quidem benignitate valde nostro affecti instituto. Itaque modo nobis acrius negotium eorum obsequia, quam proximis diebus contemptus aut vituperationes, facessunt. Atque hac proxima quadragesima Praetor huius urbis visit nos, ac cum rei divinae interesset, voluit introduci in gymnasia ac domum, ac petenti rationem instituendae iuventutis, traditae sunt regulae scholasticorum, quas perlegit ac summopere nostrum morem et institutum commendavit, ac omnibus denique rebus valde commotus sese totum obtulit Societati, pollicens suum studium et operam nusquam nobis defuturam. Ad hoc civis quidam honoratus ac iuris peritus et senio venerandus, quum quodam die audiret concionem in nostro templo, divino numine adeo incensus fuit ad religionem christianam, ut eodem die Patrem allocuturus reverteret, ac, eo non reperto, ita erat inflammatus, ut vix modum tenere sciret; quocirca accersivit quemdam ex fratribus ac ei suam mentem expressit, hoc est, se percupere inservire pietati ac se totum tradere rebus divinis; addebatque se hactenus non intellexisse quid esset divinus cultus. Praeterea quidem se ac omnes fortunas suas obedientiae Patris tradebat, declarans se percupere fieri fidelem X.[i] servum. Ac rerum certe eventus declarat hominis studium. Etenim ab illo tempore sumpsit principium singulis diebus dominicis confitendi peccata et accedendi ad coenam X.[i] Domini cum magno suo fructu et totius familiae; uxor namque saepenumero excipit Sanctissimum X.[i] Corpus; adeo animum ad res divinas confert, ut omnibus sit exemplo, ac nobis suppeditet magnam materiam Christum Dominum laudandi. Haec mulier iuvenis quidem cernitur aetate, prudentia autem et modestia senex, Efficitur pisca-

trix animarum atque plurimas matronas capit ac in Christi Domini rete inducit. Huic erat ancilla, cui quidem nihil tam arduum et molestum erat quam eleemosynam elargiri pauperibus, quamvis id agere sibi foret praescriptum. At modo certe adeo mutata est, et omni animi pravitate exuta, ut illud unum expetat et propositum inter caetera habeat, bene mereri de pauperibus, eisque omni charitate inservire. Necnon assidua confessione ac vero angelorum pane inflammatur ad pietatis studia. Commemoratus item paterfamilias studiosissime inservit proximorum saluti. Nam arcet homines cuiusque ordinis ab omni improbitate, nobisque adducit ad confessionis asylum et vitam christianam. Ad haec nos tantopere diligit charosque habet, ut parem aut forte maiorem rationem rerum nostrarum habeat quam nos ipsi. In nos etiam magna confert beneficia, et in primis vehementer contendit nobis parare locum aptum scholis, idque profecto omni sua ope conatus est. Idem fuit author, ut Dux Ferrariae adiiceret quinquaginta aureos quotannis huic collegio; et licet id impetratu facile esset, quippe cum Duce Ferrariae bene affectus esset erga Societatem, tamen in hac re cernitur verus amor et industria huius viri, cui summe sumus devincti. D. Deus pro tot tantisque in nos meritis gratiam referat.

Cernuntur et beneficia divini spiritus in multitudine cuiusque status, qui modo salutifera confessionis et Eucharistiae sacramenta celebrant, quod quidem incipere, ob mundi pudorem, valde fuit arduum et difficile. At quicquid divinus spiritus afflat, inde repente pellit omnem timorem inanem: concursus itaque hominum, quibus quotidie, nedum diebus festis, sancta ministrantur sacramenta, tantus est, ut iis satisfacere non possimus. Atque si in quadragesima complures fuissent, praeter nos, sacerdotes, qui hoc confessionis munus subirent, eo sane fuissent singulis diebus satis occupati. Nam tanta erat frequentia eorum, qui ad confessionem advenirent, ut vix Patribus vacaret sumere necessaria corpori, ac multi cogerentur reverti cum a Patribus audiri non possent. Atque ex his, qui a nobis sunt auditi, fuerunt homines honorati ac in mundo nobiles, inter quos Vicarius Episcopi, qui ad nos saepe gratia confessionis venit. Plurimi, quos quidem conscientiae maleficiis refertae cruciabant, quaeque hostis fraude non exoneratae fuerant unquam, apud nos generali confessione confecta, ac multis doloris et lu-

ctus signis demonstratis, magno affecti gaudio recesserunt. Alii, et hi non pauci, adfuerunt, qui ante multos annos nunquam salutiferis sacramentis usi fuerant, ac vitiis inveterati ac tanquam membra inutilia ac arida vitam agebant, inter quos praesertim repertus fuit unus qui certe, licet aetatis maturae, ante septem aut octo annos nunquam confessus erat, et semel in omni vita ad coenam Domini accesserat. Enimvero hi omnes sunt impulsi, tum ad peccatorum dolorem et luctum, tum conciliati Christo Domino, ac in hanc sententiam adducti ut deinceps vitam recte factis redimere, ac tenebras, in quibus perdiu misere versati fuerant, fugere statuerent.

Nonnulli haeretici intervenerunt, qui nimia simplicitate ab improbis Christi hostibus decepti fuerant: verum quum rei veritate (divino spiritu suffragante) essent instructi ac illustrati, effuderunt confessione omne venenum errorum conceptum, ac ita absoluti in Domino, abierunt. Venerunt ad nos plurimi alii varii generis maximis ac detestabilibus peccatis infecti ac corrupti.

Elaboratum est ut nonnullae item meretrices et huiusmodi aliae a libidinum sordibus avocarentur, effectumque tandem est ut ex illis unam vere ac recte poenituerit suorum peccatorum, tum vitae praeteritae morum. Alia, quae etiam a pietate abhorrebat, fuit constituta in foeminarum conversarum coenobio, ibique studiosissime se totam divino cultui tradit. Caeterum quum in harum foeminarum sermonem incidimus, non committam quin breviter earum pietatem perstringam. Hae itaque divini numinis praesidio satis honeste ac pie se gerunt in religione et spiritus ratione ac via, ac singulari flagrant studio resarciendi damnum et culpam, quae a se in mundo est commissa; inserviunt viriliter spiritui, cupiditatibus magno imperant animo, corpus castigant, ac id rationis obsequio, et hanc Dei imperio subiiciunt, animum vigiliis, orationum et sacramentorum frequentia alunt, atque quidem declarant in rebus agendis magna constantia suam vocationem.

Sed modo ad id unde discessimus redeamus. Nonnulli etiam accurrerunt ad nos, qui alibi peccata fuerant confessi, tamen cum animum quietum et sedatum habere non possent, ac de nobis audissent, nos precati sunt ut in hoc animarum lavacro adiuvarentur, ac suam confessionem redintegrantes, exacti examinis

auxilio, quod a nobis fieri solitum est, plurima deprompserunt scelera et maleficia, quae antea patefacta non fuerant, hocque modo, mentis pace comparata, abierunt.

Illud etiam velim maxime exploratum habeas, Pater optime, nos dedisse operam ut omnes homines, qui ad nos praevia gratia veniebant, adhortaremur ad confessionis frequentiam, ac doceremus hoc unum esse singulare medicamentum ad sanandas animi aegritudines et depellendas ad vitia propensiones. Ac Dominus Jesus vim ac virtutem suo verbo per nos pronunciato praestitit, siquidem a Pascha hominum numerus, qui commemorationem mortis dominicae communicando celebrant, auctus est, et in dies nonnulli, rebus mundanis despectis, accedunt.

Sunt quaedam matronae divini cultus percupidae, ac Christi gloriae amantissimae, quae, prorsus pro nihilo habito mundo et omni humana reformidatione expulsa, magno studio piscantur tam viros quam foeminas ac plurimos adducunt secum et ad confessionem et ad convivium coeleste. Quaedam igitur ex his cum virum suum non posset allicere ad confessionis medicinam, sese ad eius proiecit pedes, ac tanto animo se gessit, ut voti compos fieret. Alia ut vir audiret verbum Dei, a quo sane abhorrebat, toties eum est precata et hortata ut modo veniat ad conciones. Hae denique sanctae Christi matronae sunt artifices plurimorum meritorum in ecclesiam et multarum animarum gubernatrices.

In nostro templo praelegitur in diebus dominicis christiana doctrina, quo accurrunt tot homines, ac nonnulli docti, ut locus sit admodum angustus, nec eos capere possit. Omnibus pro viribus satisfit, quod maxime hoc probatur argumento, quod, lectione absoluta, plurimi confessionem adeunt. Visuntur et pauperes aegroti in xenodochio ac adiuvantur tum concionibus, tum privatis exercitationibus, tum confessionibus, ubi non mediocris fructus nascitur. Eodem pacto et ii, qui in custodia sunt publica, adiuvantur, quibus quamvis sit arduum ac difficile fidem facere ut adversariis parcant, nihilominus tamen tanto conatu id peragitur, ut divini verbi vi tandem deliniantur, et in gratiam reducantur cum inimicis, et etiam hoc modo ad poenitentiam et patientiam pro Christi amore suscipiendam deducantur. Iuvenis quidam, natus circiter xx annos, deditus est Societati, et a nobis, Patris Commisarii praescripto, Ferrariam est missus. Magna

quaedam ab eo expectamus, quippe qui et simplicitate columbina et admirabili bonitate sit ornatus. Magnus fructus perciperetur in hac urbe, si manerent hic operarii boni, quoniam, licet homines ii sint depravati et opinionum perversitate infecti, tamen facillime possent ab erroribus revocari ad veritatem, maximeque hoc tempore, nam ille, qui seminavit zizaniam errorum lutheranorum, et hanc urbem opinionum pravitate infecerat, die lunae, hoc est calendis Maii, publice in summo templo, ubi solitus fuerat concionari, cum multis mensibus egisset poenitentiam, refellit revocavitque pravissimas, quas tenuerat ac emiserat, opiniones, se maxime accusando et veniam a populo et Episcopo flexis genibus precando, idque maxima omnium instructione et disciplina egit, etc.

Mutina, 3 nonas Maii 1553.

FRANCISCUS BORDON.

Alia manu. 1553. Quad. Modena, 3 non. Maii.
Et alia : Modena, 5 di Maggio, 1553, Q. S.

CCXXIII

Robertus Clayssonius,
Ex commissione Patris Paschasii Broët,
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 7 Maji 1553 [1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

Si unquam hactenus, tum nova, tum varia, de negotiorum Societatis successu scribendi argumenta oblata nobis fuere, nemo inficias, absque veritatis periculo, ire poterit, R.de in Christo Pater, uberrimam de rerum nostrarum, non dicam statu, sed commotione, hoc proxime elapso quadrimestri, nos fatigante in hunc usque diem, permulta referendi occasionem nobis occurrisse: quorum memoriam refricare, nisi Beatissimi Apostoli exemplo, in persecutionibus et adversitatibus nobis placere et Christo gratias agere edocti, ac pariter sacrae obedientiae levi iugo assueti, ad imperata maturare incitaremur, animus non esset: Quin potius universam Societatem, nedum Collegium Parisiense, calumniantibus, ac persequentibus nos, iniuriarum omnium, memoriae imperatam, oblivionem, adiunctis orationum suppetiis, pro maledictis reddendam, hac sola contenti modestia iudicassemus. Verum quando P. tuae arbitrio ita visum est ut e singulis Societatis nostrae Collegiis tum prospera tum adversa, quolibet quadrimestri intervallo gesta, ad Paternitatem tuam referendi lex instituta sit, nos quoque fido ac prompto animi affectu symbolum nostrum afferemus, et ea, quae

[1] Autographae in quadruplici folio, nn. 309-312. Eas multum decurtavit et in paucissimis emendavit Polancus; sed hic nos, prout a Clayssonio scriptae sunt, describemus.

animarum lucrum, et quae erigendi Collegii facultatis exorandae negotium spectant, complexuri.

Quantum ad familiae nostrae numerum, atque adeo oeconomiam ipsam attinet, nihil peculiare praeter ea, quae superioribus literis commissa fuere, scribendum occurrit hoc temporis articulo. Neque enim mirum videri debet si, tot occupationibus Patrem nostrum Paschasium urgentibus, ac tam gravi adversitatum tempestate nos occupante, numerus noster auctus non sit; praesertim quum alter eorum [1], qui, peracta exercitiorum spiritualium militia, nostrae Societati se adiungere decreverant, obtrectationibus et contumeliis, Societati a quodam obiectis, commotus, non modo ardentem illum erga nos affectum remiserit, verum amplius certa sententia animum ab Instituto prorsus revocarit, non veritus Patri haec ipsa ore proprio denunciare, quibus fidem, plusquam praecipitem, antea adhibuerat Vide, Pater observande, quo res nostrae tam fausto auspicio coeptae, adeo subito, haud dubium, maligni hostis fraudulentia retroactae sint. Proinde nos rerum commotione, vel ipsa necessitate persuasi, altera manu hostium et frequentissimos et ferocissimos insultus, partim prudentiae, partim patientiae armis, munita retundere: altera vero civitatis nostrae moenia extruere cogimur.

Quantum vero ad Patris vineae Christi excolendae labores impensos spectat, inter tot occupationes, erigendi Collegii nomine susceptas, suo semper alacri cum industria fungitur munere, quamquam evangelici commilitonis subsidium, locupletioris frugis spe adducti, obviis votis ei optemus. Cuius quidem laboris sui indefessi haec nobis reliquit vestigia. Sacerdos probus ac aetate provectus, Cardinalis cuiusdam multo temporis spatio domesticus, peractis Societatis exercitiis, animae suae lucrum cum pietatis fructu non mediocri reportavit, qui, quum pluribus beneficiis, Pastoralem administrationem efflagitantibus, oneratus esset, decrevit, unico retento, reliqua (quorum alteri animarum cura annexa), in alterius ius transferre, ac deinceps munere pastorali, in Christi grege sibi commisso pru-

---

[1] P. Hieronymus le Bas, de quo vide tamen infra litteras ipsius Roberti Clayssonii 1.ª Septembris hujus anni datas, POLANCI *Chronicon*, t. III, pag. 288, et PRAT, *Memoires pour servir á l'histoire du Père Broet et des origines de la Compagnie de Jésus en France*, part. III, lib. I.

denter gubernando, fungi; quod proxime elapso paschate praestitit. Alteri sacerdoti (qui iuventutem in Gallia instituit, concionatoris seu Ecclesiastae dignitate aliquando functus) tradita sunt a Patre exercitia. Is haud mediocri spiritalis vitae profectu Patri satis placuit; nondum tamen ad ullam religionem certum animum appulit, quamquam nostri numeri augendi spem nobis reliquerit. Precamur Dominum ut, secundum beneplacitum sanctissimae voluntatis suae, ipsum sua vocatione dignetur, qua ad summum Christi honorem ubique semper spectandum optime fungi possit. Postremo, hisce diebus elapsis, sacerdoti, ternarium exercitatorum numerum perficienti, nobis familiarissimo, iuris Licentiato ac theologiae multis annis Lutetiae operam impendenti, animarum cura gravato, Pater nostrorum exercitiorum partem impertitus est, quae proxima hyeme perficere instituit, liberior tum a distractionibus futurus. Is mox etiam ante Pentecostem ad paroeciam suam iter adornat, sitam in ducatu Burgundiae, in qua aliquando moratus est Sacramentorum et verbi ministerio functus. Is erga Societatis sequelam affectus est, si Dominicae vocationis impulsu (ut ipse nobis sponte sua fidem dedit) ad ullum religionis statum animum adiiciat, ad nos convolaturus. Est sacerdos quartus, ante hos nostris exercitiis eruditus, frequentissime in nostro sacello sacra celebrans mysteria, qui ad nostram accedere Societatem impenso optat affectu, quem corporis multis laboribus contracta infirmitas hactenus remoratur. Faxit Dominus Jesus Christus ut, quorum piis votis ac desideriis Societatis nostrae sequendae, naturae vel aetatis impedimenta obstant, individuam cum Christo societatem in coelo consequantur.

Caeterum R.dus Pater noster confessionum audiendarum consuetudinem pene quotidianam in aede Divo Cosmae sacra, nostrae Paroeciae Ecclesia, diebus communibus ac profestis frequentat non sine animarum salutis promotione. Diebus vero sacris, in Abbatia Sancti Germani, confessionis et communionis sacramenta petentibus pro more ministrat. Inter reliquos, quibus Pater a confessione fuit, unus et alter emerserunt, qui poenitentiae insignem fructum retulere ac nobis gratiarum actionis Deo reddendae novam praebuere occasionem. Adolescens, animarum onere gravatus, preces canonicas, quarum necdum methodum didicerat, multos annos Christo et Ecclesiae

nunquam persolvens, iuvenili insolentia ac otiosa negligentia celebris, Patris nostri consilio et arbitrio, in ipsa confessione salutis praecepta edoctus, mox in alterum hominem permutatus est, cum praeceptoris sui admiratione, qui apud Patrem repentinam adolescentis conversionem, raro admodum exemplo, hilari animo extulit. Nam, praeterquam quod officium divinum absque ulla intermissione Domino reddere coepit, corruptos mores cum vitae probitate commutavit, animumque ad serium literarum studium, concitato cursu arreptum, ab otio evocavit. Speramus ad perfectiorem et maturiorem frugem hunc levi labore excolendum, hoc potissimum argumento persuasi, quod sacram frequentet confessionem, maximam ad perfectionis studium vim suggerentem. Optamus quamplurimos novellos, huius indolis, Christi athletas, nobis exercitandos ad Christianae militiae stratagemata, commendari.

Altera matrona est honorata ac dives, quae, vafra atque funesta hostis illius astutissimi arte fascinata, in tam profundam pusillanimitatem desperationi proximam delapsa est, ut extrema praesentis et futuri saeculi supplicia, tentationum diabolicarum suggestione commota, non modo sibi servili metu timeret, verum etiam persuaderet, usque adeo ut patri affirmaret se, a Deo reprobatam, perpetuae damnationi destinatam esse, ac pariter ignis supplicio (Res mira et inaudita) publico iudicis arbitrio condemnandam, se vitam cum morte ignominiosa commutaturam, malumque corporis atrocissimum, ceu praeludium quoddam, summam inferni miseriam subsecuturam, praeire oportere. Quibus phantasmatum vesanis tormentis eo periculi adducta est, ut vitae taedio, cum quadam divinae misericordiae diffidentia sociato, cruciata, vitam suspendio, finem tam acerbae afflictionìs captando, finire, praeparato laqueo, ad tam funestam animi corporisque mortem, quo se suffocaret, semel atque iterum decreverit; frequentius vero in puteum aut fluvium se submergendam praecipitem dare, fluminis gurgitem absque spe evadendi periculi eligendum investigando, deliberavit. Utrum hic magis admirer ambigo, an atrocem illam Satanae erga oviculam Christi crudelitatem, an ex adverso humanam adversus truculenti hostis insultus imbecillitatem, praesertim quando matrona extiterit honesta ac pia, Dei timore ac vitae probitate insignis, nec Patri aliam tam infaustae de se persua-

sionis ac funesti ominis rationem reddiderit, quam quod, quum antea divinis consolationibus ac sensibilibus quibusdam erga Deum affectibus frequenter inter orandum excitari consuevisset, nunc e converso consolationis privatione ac spiritus torpida remissione affligeretur: ac proinde se a Deo relictam ac reprobatam, gratiam Dei et Christi amicitiam consolationibus illis sensilibus praepostero iudicio metiri solita, arbitrabatur. Verum enimvero Dnus. Jesus, pius animarum pastor, oviculam, quam sanguine suo redemerat, miseratus, e faucibus leonis illius ferocissimi, dextera potentiae suae eripuit et Patri nostro curandam commisit, quae, solida illa Sacramenti Poenitentiae tabula naufragii praetervecta discrimen, ad portum salutis ac vitae tranquillioris maturat, nedum undis atque ventorum procellis a tergo relictis, sed salutis certa spe affulgente, ad portus tranquillitatem propediem appulsura. Nam restem, quam ad suspendium paraverat, combussit; Patris obsequitur consilio, omnem otii occasionem abrumpens semperque occupata, et promptissimo affectu se Patri post Deum vitae salutem acceptam debere praedicat, Patris laboribus beneficium referre satagens, quod tamen Pater, pro more Societatis nostrae, prudenter renuit. Hanc pater, alternis diebus, consolationis et confirmationis gratia, frequentat, quam Dominus tandem pacata vita dignabitur.

Pater, praeter praemissas spiritales occupationes, sui muneris indeffesso labore studiosus, varias civium Parisiensium ac valetudine adversa periclitantium aedes frequentissime, spiritalis aedificationis gratia, accedit. Qui, si uno atque altero collega iuvaretur, haud dubium quin decuplum fructum, gra. Christi freti, potissimum e sacris confessionibus et spiritualibus exercitiis (quorum praesidio Societatis numerus haud leve incrementum caperet) referremus. Sed hactenus de prospero rerum nostrarum successu sermonem produximus, quem Christo Jesu, omnis gratiae auctori, acceptum, humili obsequio referimus.

Deinceps ad turbulentam illam negotiorum, privilegii nostri confirmandi gratia gestorum, exprimendam tragoediam accingamur. Mense ianuario, qui primus fuit quadrimestris pridem elapsi, Pater Paschasius Reverendissimum Cardinalem Lotharingiae, Societatis nostrae in Provincia Gallicana Protectorem,

convenit super privilegii nostri, iam semel ipsius patrocinio a Rege Christianissimo exorati, mora et dilatione a Senatu Parisiensi (penes quem confirmationis arbitrium erat) hactenus protracta; ac facile persuasit Cardinali ut alteram a Rege concessionem nobis impetraret. Adiit etiam Pater Reverendissimun Cardinalem Fernezium [1], qui humanissime Patrem excipiens, non praetermissa Reverentiae tuae mentione, operam suam se negotiorum nostrorum promotioni impertiturum fidem dedit. Atqui R.mus Cardinalis Lotharingiae, quod semel apud Regem peregerat, iterum absque mora curare, absque alterius suffragio, non est gravatus. Cui Rex Christianissimus promptissimo affectu consensum arbitrii sui atque Maiestatis suae authoritatem mox subscripsit.

Secundo igitur Regis indulto absque multo labore impetrato ac Regio sigillo, non sine gravissimis molestiis atque temporis prolixiori mora, tandem munito, non desideratis interim imprudentium hominum Societati obiectis calumniis, ad Senatum prima et altera Regis concessio, adiunctis Societatis nostrae diplomatis a Beatissimo Papa singulari favore concessis, perlata est, ut ferendi suffragii mora semel tandem abrumperetur vel ab ipsis adversariis, Regiae Maiestatis authoritate ac Reverendissimi Cardinalis patrocinio victis. Caeterum Regis Procurator generalis, vir fidei orthodoxae et pietatis insignis (a quo Senatus sententiae ipsius arbitrium efflagitavit), nulla ratione adduci potuit ut nostri privilegii confirmationi patrocinaretur; quin potius, rationibus (quas pro republica facere censebat) adductis, Senatum a suffragio remorabatur; ex ipsius enim subscriptione negotii nostri successus pendebat. Nec tamen ambigimus quin vir pius, non Religionis aut Societatis odio, sed privatae conscientiae imperio ductus, nobis sit adversatus; quandoquidem, Patrem modesto ac benigno vulto affatus, aequitatis rationem habendam fore placide responderit, animum reipublicae studiosum pro suo iudicio dumtaxat prae se ferens. Quin Reverendissimo Episcopo Claramontano (qui, pro singulari erga Societatem affectu, Regis procuratorem super nostri negotii promotione convenire non est gravatus) constanter suum

---

[1] Cardinalem Farnesium, qui tunc temporis Parisiis agebat, quoniam, nonnihil erga se adversum Julii III et Imperatoris Caroli animum reputans, tutus in Italia fore desperabat.

consensum negavit. Itaque hanc passi repulsam, adversus quam bona fiducia muniti eramus, Reverendiss.mo Episcopo, rationibus alterius minime permoto, sed potius Evangelici fructus spe alacrius ad beneficii promissi fidem incitato, gratias meritissimo iure egimus, et Procuratori regio, animum ipsius pie interpretati, orationum praesidium impertiti sumus, quo fretus mentem in operis pii favorem, deposita priori persuasione, commutaret; atqui hactenus nullum conversionis argumentum praebuit, patientiae nobis relicta occasione.

Hac spe igitur frustrati, a Senatu facultatis erigendi Collegii suffragium exorare pergimus, nacti Dei auspicio Consiliarium, a Senatu in nostrae causae patronum electum, supra spem nostri negotii satagentem ac probe apud Senatum controversiae nostrae patrocinium gerentem. Cui Dominus in extremo iudicio propitius esse dignetur. Pater interim, ante nostri negotii iudiciariam discussionem, Primarium Praesidem et Consules, de quorum patrocinio spes nobis aliqua affulgebat, amicorum consilio et auxilio usus accessit, Societatis negotium eisdem commendaturus. In cuius laboris subsidium Reverendiss.us Episcopus Sacellanum, qui ipsi quoque erat ab eleemosynis, vita post defunctum, Patri comitem adiungere dignatus est, ex quo peculiaris erga nos affectus ipsius evidentissime elucet. Cuius domesticus, Doctor theologus, nobis auctor extitit, ut Reipublicae onera causantibus minusque erga Societatis patrocinium propensis palam ac libere persuadeamus Domini Episcopi voluntatem solius domus hactenus promissae donatione contentam minime fore, sed eamdem trecentorum aut quadringentorum francorum annuo redditu locupletandam gratuito eiusdem Domini Episcopi beneficio: facile id nobis persuaderi debet, quando, etiam ante facultatem Collegii extruendi obtentam, fratribus, in iustum numerum excrescentibus, hic in studio alendis, trecentorum francorum summam singulis annis, usque ad Collegii erectionem subministrandam, Patri Paschasio promiserit. Adde quod, quum a Patre super scholae apertione consuleretur, hilari promptoque affectu utrumque calcar Patri addiderit, exhortando Patris animum ad coepti consilii perfectionem et huiusmodi promissione confirmando: "Si mihi nunc animus est vobis simplam portionem erogandi, decuplam augebo, si vestros labores pu-

blicis illis studiis impendi conspexero.„ Dominus Jesus, ad sacri Evangelii promulgationem in omnes nationes dispergendam et lucrum animarum amplissimum, sanctam Episcopi voluntatem semper foveat atque confirmet. Amen.

Verum enimvero utrum in illa Societatis consulibus et Magistratibus commendandae fatigatione, Patri cum plerisque controversia haud levis, super Societatis nostrae reddenda ratione, suscipienda fuerit, Paternitatis tuae prudentia non ignorat. Hic ad Societatis Jesu mentionem, austera et imperiosa quadam obiectione, percontabatur: "Ergone reliqui, a vestro Instituto alieni, e Societate sunt Diaboli?„ Alter ausu temerario in haec impia verba erumpebat: "vos quidem nomen Societatis Jesu geritis titulo tenus. At proculdubio diabolus vestrae Societatis auctor extitit„; qui etiam Daemonem Concilio Tridentino Ducem praeficere coram ipso Patre nostro non est veritus. Tertius, calumniis non satiatus, flagra et flagella nobis imprecabatur, qui, dum ab altero Societatis amico ad nostrarum partium favorem postularetur, pro benigna responsione, huiusmodi verba, quibus nos feriret, retorsit: "Hi flagris potius castigandi et ex hac Academia profligandi sunt, tantum abest ut admittendos censeam.„ Omitto leviores calumnias ac iniurias, obsecrans Dominum Jesum ut offensas adversariorum omnes, fructui Evangelico haud leve dispendium inurentes, inimicis nostris, forsan ab hostibus Christianae fidei male suasis, ignoscat.

Ut igitur ad institutum nostra redeat oratio, Senatus, in quo plerique nobis adversabantur, Procuratoris Regii audito responso parum pro nobis faciente, et ex adverso, Regis iterata concessione atque Cardinalis repetito favore consideratis, prolixiorem suae sententiae procrastinationem ac multo minus categoricam repulsam nostris laboribus reddidit haudquaquam; verumtamen novam quamdam viam ingressus, omne onus humeris suis excutiens, universae controversiae arbitrium ad Reverendiss.mi Episcopi Parisiensis [1] et Theologicae facultatis iudicium transtulit, adiecta lege, qua se Episcopi et Facultatis

---

[1] Parisiensis Episcopus erat Eustachius du Bellay; de eo ejusque in hoc negotio gestis videndus PRAT, *Mémoires pour servir à l'histoire du Père Broet et des origines de la Compagnie de Jésus en France*, part. III, lib. I.

censurae et arbitrio adhaesurum et suffragio irrevocabili subscripturum esse astringebat.

Itaque Charybdim aegre eluctati, praecipiti lapsu in Scyllam prope demersi sumus. Nam, cum solo Senatu hactenus certantibus, modo et cum Episcopo et cum Facultate theologica (quae sesquicentenarium Doctorum Theologorum numerum superat, penes quos sigillatim causae nostrae arbitrium erit), nobis arduum intercessit negotium, quod nec ipse Senatus, vel aliquot theologorum facili collectione, studiosae factionis (de plerisque loquor, non de universis) suspectus, qua nodo tam perplexo intricati sumus, ignorabat. Quid multa? Episcopus, vir pius et eruditus, quem nobis magis propitium fore speraveramus, censet hoc temporis articulo Societatem ad Collegii erectionem admittendam non esse, sed negotii huius definitionem in aliam temporis occasionem, quam Calendas graecas probabili suspicione interpretamur, esse differendam. Etenim, in ipso auspicio colloquii cum Patre habiti, voce usus parum amica, se nostrae admissioni nunquam consensurum respondit: atqui, ultro citroque sermone producto, mitior factus, humanius cum Patre sermonem clausit, acceptis diplomatis pontificiis, Societati indultis, quae suo tradidit Vicario.

Hic officiali consulenda ac discutienda commisit, qui benigne Patrem excepit, neque alienus a Societatis iuvandae studio videtur, si modo Episcopi dissuasione non revocetur. Aegre autem, nisi importunis precibus victus, adduci poterit Episcopus ut nostris faveat partibus: nam Dominus Episcopus Claramontensis, altero labore pro nobis libenter suscepto, ei persuadere conatus est ne beneficii nobis a se praestandi voluntatem impediat neve remoretur: necdum tamen exorator ab eo rediit, quamquam praefracto animo nobis non sit reluctatus alter. Sed Dominus novit Providentiae suae definitum consilium, quod mortalium nemo frustrare poterit. Igitur negotii nostri eventus, nondum lata sententia, adhuc pendet sub Episcopi ipsius arbitrio, mora iam ultra bimestre spatium protracta; quem Pater, huius negotii satagens, frequentat, ac etiam ipsius officialem; neque adhuc iudicio constitutus dies, qui tandem albo calculo signandum se nobis offerat Deum precamur.

Nunc ad Societatis apud Facultatem theologicam actam

controversiam, venis palpitantibus adhuc spirantem non absque salutis fiducia, maturemus. In cuius negotii frontispicio varia ac dissentanea Theologorum studia atque iudicia de Societate Jesu spectanda sunt. Nonnulli Religionum multitudinem ac Societatis recentem ortum causantes, ne ad Collegii quidem erectionem nos iudicarunt admittendos, parum pie de Societate sentientes, nosque accusantes arrogantiae; quibus Dominus omnem noxam sua gratia condonare dignetur. Alii, nos infestis signis non persequentes, exiguum tamen fructum expectantes e nobis, Collegii erectioni, in quo studii gratia fratres Societatis commorari queant, non repugnant; sed munus Evangelii, sacramentorum publicam administrationem, ac denique publicas disciplinarum professiones nobis non concedi consultum fore censent. Alii, neutrum apud se statuentes, super hoc negotio deliberant utrum tandem consulendum erit, qui aequos ac prudentes iudices se nobis hactenus praebuerunt. Reliqui, qui facile numerari possunt, strenuos instituti nostri propugnatores se gerunt, ac Societatem nostram omnibus merito suscipiendam praedicant, quos honoris gratia atque gratiarum actionis officio hic nominabimus.

Primo loco nobis constituendus venerabilis Doctor Goveanus, Portugallensis natione, aetatem octogenariam sex annorum numero superans, primarii ordinis theologus.

Proximum sibi vindicat celebris ille Ecclesiastes, Doctor Franciscus Picardus, patria Parisiensis, primariae etiam auctoritatis theologus.

Tertium merito tribuemus Doctori Francisco Joverio, patria Valentino, rarae eruditionis viro: qui, quum ob Societatis defensionem nostrae professionis suspicionem incurrisset, adeo ut iesuitae nomen ipsi ioco impingeretur, humili animo respondit: "non sum ex eorum numero, nec dignus qui eorum Collegio adiungar.„

Quarto collocandus loco Doctor Sebastianus Roderici, Portugallensis, vir insigni pietate illustris. Hi quatuor partes nostras probe tuentur.

Aliquot alii sunt, qui sincero affectu Societatem amplectuntur, sed causam Christi, adversariis copiis deterriti, detrectare videntur.

Sunt quoque primarii ordinis theologi, qui institutum no-

strum magnifice extollunt, sed privilegia a summo Pontifice a nobis concessa parum approbant, quod nonnulla Episcoporum et curionum iurisdictioni adversari et malorum occasionem, Praepositis Societatis ab officio deflectentibus, minari censeant.

Reverendus Dominus Decanus Theologicae Facultatis et Dominus Doctor Pelletier, cui Diplomata nostra ab ipsis praefectis Facultatis (quos deputatos vulgari nomine nuncupamus) tradita sunt discutienda, ac plerique Deputatorum satis modeste et humaniter Patrem exceperunt et prudentissime nostrum tractavere negotium.

Iam tertio aliquot deputati super Societatis nostrae concessionibus discutiendis in Collegio Sorbonico congregati fuere.

Abbas Claravallensis, Ordinis S. Bernardi, Doctor Theologus e numero deputatorum, satis nobis favit cum plerisque, qui tum aderant, exceptis aliquot articulis, quibus paucissimi suffragati sunt [1].

Doctor Franciscus Joverius, solemni more per Pedellum a Collegio Deputatorum vocatus in testem, testimonium reddidit integritatis eorum, quos ipse Lovanii et Lutetiae e Societate noverat.

In prima et secunda congregatione. Pater ad secundum eorum concilium accersitus, multorum rationem reddere debuit ab ipsis interrogatus.

Antepenultima die Aprilis proxime elapsi, Deputati quartum comitium, adiunctis tamen aliquot aliis doctoribus inferioris ordinis, celebrarunt super nostrae causae decisione deliberantes, ut hi qui tunc praesentes erant, ceu praecipui fere omnes, ea, quae postridie universo Doctorum Collegio proponenda erant, diligenter discuterent. Ad hanc synodum, Pater quoque advocatus est ut redderet rationem eorum, quae postularentur ab ipsis. Quam varia ibi Societas iudicia subierit, nemo facile crediderit, qui gesti negotii ordinem non conspexerit. Tot tamque venenata in Societatem Jesu obtrectationum iacula grandi impetu ab adversariis coniecta sunt, quae Societatis nomen si non extinguere, saltem offuscare possent facile, nisi

---

[1] De iis omnibus, quos hucusque nominavit Clayssonius, vide Polanco, *Chronicon*, t. iii, pag. 291, et Prat, op. cit.

Jesuchristi gloria tela, atro veneno infecta, absque gravi negotio retunderet. Quid tandem definitum esse in hoc Doctorum conventu credis, Pater? Nulla plane prolata sententia; sed dilatum adhuc negotii huius iudicium, non habita ratione spatii plusquam bimestris elapsi, nihil aliud causantibus illis quam quod Senatus Parisiensis Nuntium ad Facultatem pro more solemni non destinasset, qui negotii nostri consultandi commissionem Facultati retulisset, quod quidem a Senatu intermissum minime oportebat, si Christi causa illis cordi fuisset, quibus haec cura incumbebat. Itaque quum postridie eius diei universae Facultatis concilium celebrandum a nobis crederetur, causae tamen nostrae definitio ad id usque temporis dilata est, donec id muneris a Senatu peractum sit.

Hic est nostri negotii, cui implicati haeremus, nodus, e quo Dominus dexterae suae praesidio nos tandem extricare dignetur. Nec enim dubito quin tandem, tot exhaustis laboribus, voti compotes Dei gratia reddemur, sed non absque pulvere. Non enim ignoramus astuta consilia ac impios conatus hostis illius vigilantissimi, quem Dominus Jesus conteret sub pedibus nostris.

Superioribus etiam adversitatibus accessit duorum Theologorum, vulgo celebratorum, Societatem Jesu nomen sibi affixisse improbantium in publicis concionibus, detorta interpretatio. Alter, qui apud deputatos aliquot, dextrum antea tulerat nostrae vitae testimonium, obiter nos in concione notabat, quod Sacratissimum Jesu nomen nostrae Societati parum humiliter ascripsissemus. Non satis (inquiens) eorum consilium probare queo, qui nomen Jesu pro titulo sibi accommodant. Alter vero, insolentius, zelo parum prudenti obtemperans, nobis insultabat, quem non maligno sed potius ignoranti animo adversus nos proclamasse iudicamus, quum sit vir vere pius iuxta ac doctus. Non desunt alii novi interpretes, qui Societatem Jesu nomine insignitam calumniantur, quasi nos Domino Jesu Christo, ceu socios et sodales, ac non potius servos ac ministros, comparemus, arrogantia usi in tanti nominis usurpatione. Nos interim Christi gratia beatos praedicemus, quibus datum est pro nomine Jesu contumeliam pati. Atque utinam graviora perpeti absque animarum iactura nobis donetur.

Praecipua nostrae tragoediae capita summatim fere attigi-

mus; nam sigillatim omnia persequi operae pretium non est, ut, humili obedientiae officio functi, rerum nostrarum adeo perturbatarum commotionem repraesentemus Paternitati tuae observandissimae simulque Patribus ac fratribus nostris charissimis, qui precibus et sacrificiis Deo gratissimis, orationum tuarum suffragio cumulatis, nobis in hac tempestate fluctuantibus tranquilliorem auram aspirare contendent, ut et illi, qui, nobis reluctando, se existimant obsequium Deo et Christianae Reipublicae beneficium praestare, veritatis lumine illustrentur; et illi, qui, mente odio religionis et fidei orthodoxae abnegatione corrupta, Societatem calumniantur et persequuntur, ad meliorem reducantur frugem, quorum impios conatus Dominus elidere atque enervare dignetur et omnibus de Societate bene meritis coelestem mercedem retribuat pro sua bonitate; qua freti omnium salutem precamur et optamus per mortem unigeniti sui Jesu Christi, qui Paternitatem tuam, filiis tuis summopere necessariam, diu nobis servet incolumem ad obsequium divinae maiestatis suae et Societatis suae promotionem. Amen.

Prosperum negotii nostri successum Patrum ac fratrum omnium orationibus commendare dignaberis, ut diu speratum finem controversiae, hactenus protractae ab ipso Episcopo Parisiensi ac pariter a Concilio theologicae Facultatis, tandem exoremus; ad cuius desiderii nostri consecutionem paternae preces tuae efficax subsidium nobis suppeditabunt. Vale, Pater in Christo observandissime. Gratia Domini Dei nostri Jesu Christi abundet et crescat semper in animis nostris. Amen.

Lutetiae Parisiorum, e Domo Claramontensi, Septimo Maii millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio.

Ex commissione R.di Patris nostri Paschasii Broet.

R.dae P. Tuae minimus in Christo filius ac servus inutilis,

Robertus Claysonius Brugensis.

Superscriptio: Al molto R.do in X.o padre, il padre M. Ignatio de Loyola preposito generale della Compagnia de Jesu a Sta. maria della strada.

In Roma.

Et paulo inferius: Pro portu Jul. unum.

Et alia manu: Q. Parisiorum e Domo Claramontensi septimo Maii 1553. 7.a Maii.

CCXXIV

P. Joannes Gonzalez
Patri Ignatio de Loyola.
Salmantica, 10 Maji 1553 [1].

✝
IHS

Gratia ex pax domini nostri Jesu Christi et consolatio sancti spiritus sit semper nobiscum. Amen.

Nunquam cessat Dominus agere nobiscum misericorditer, impartiendo nobis quaedam ex his, quae ad suae sanctissimae gloriae et honoris illustrationem pertinent. Vocati saepe accurrimus his, qui in agone mortis sunt constituti, custodientes nonnunquam super eos vigilias noctis, quando necessitas et charitas id exigere videntur. Atque hic solet Dominus (quae sibi est humanae salutis cura), hic, inquam, solet (ut experti novimus) et morientis periculo et admonentis exhortatione reducere aliquos circumstantium ad poenitentiam vitae praeteritae, ad correctionem futurae, ad rectam denique viam internae salutis, ad confessiones, ad exercitia spiritualia, demum et ad religionem.

Hac via fecit nunc Dominus ut quidam in his partibus insignis et egregius musicus [2], qui ab uxore iam diu divertebat,

---

[1] Exemplar autographum, unico folio constans, sub n. 446. Plura, pro more suo P. Polancus in hoc exemplari emendavit, et ex ipso sic emendato, aliud transcriptum est, quod asservatur in ipso volumine quadrimestrium, n. 445.—Harum emendationum unam alteramve, quia utilitate sua non caret, indicabimus ad paginae calcem.

[2] Sapienter Polancus has voces *et egregius musicus* delevit. Hac enim vel sola nota facile in eorum mentem, qui has litteras tunc temporis legissent, venire poterat quis ille esset de quo hic fit sermo.

meditatis exercitiis hebdomadae primae, generaliter confessus fuerit, et relictis principum atriis et domibus regum, in gratiam et in domum uxoris rediret.

Habentur spiritualia colloquia nunc domi, nunc extra domum, ad alios aliarum vitae conditionum cum magno et animarum suarum profectu et proximorum aedificatione, quam non ex hoc solum oriri cognovimus, sed ex illo etiam quod videant fratres nostros intra et extra urbem docentes pueros christianam doctrinam (et inserentes tamen nonnunquam sermones aliquos ad provectiores) sigillatim admonere omnes de primis catholicae fidei rudimentis, de signo crucis, ceremoniis et orationibus, de adoratione sanctissimi Eucharistiae sacramenti, Sanctae Crucis et imaginum, denique de reverentia sacris locis et rebus exhibenda, quorum omnium non pauci (miserabile dictu) et quadragenarii et quinquagenarii inveniuntur aut ignorantes aut obliti, aut, quod pejus est, circa ipsa errantes.

Habuimus domi proximis diebus septem aut octo exercitantes [1], quorum exemplo et profectu plures alii ad exercitia commoti sunt. Et Episcopus Salmanticensis [2], novum erga nos prae se ferens amorem, petiit a nobis ipsa legenda [3]. Det utinam Dominus et ipsi ea exercenda [4].

Scholastici externi poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta frequenter suscipiunt, crescente in dies ipsorum numero, ex eo praesertim, quo et sacellum dilatatum et ostium ejus ad viam publicam apertum est.

Dissensiones, divortia et lites inter quosdam composita sunt, maxime inter duas familias, quae cum propter adulterium valde divisae essent, effecit Dominus ut, primatum ipsorum confessionibus domi auditis, jam consentiant, composita pace, et oblivioni tradunt antehabitam dissensionem.

Affectant aliqui perseveranter in Societatem admitti; credo mittentur aliqui ex ipsis in Lusitaniam, si forte Rectori nostro, Doctori Torres [5], visum id fuerit expedire.

Inter eos qui domi sunt, conservat Dominus eam, quam no-

---

1 Voce *exercitantes* sublata, scripsit Polancus *in exercitiis spiritualibus*.
2 Petrus de Castro Lemos.
3 *ipsum exercitiorum librum legendum*. Polancus.
4 Temperavit haec Polancus scribens *ea bene exercere*.
5 P. Michaël de Torres.

bis tantopere commendavit, charitatem et unitatem, optantibus singulis seipsos exinanire, nitentibus mereri aliquid ferre pro Christo, inquirentibus denique in dies media, quibus juvari possint ad totalem sui in manus Domini resignationem. Proficiunt scholares in literis continuo praevidendi, audiendi, relegendi et conferendi studio, quibus illud accedit quod habent singuli singulis hebdomadibus super his, quae audierunt, conclusiones, audiuntque saepe conciones aliquas ab insignibus, qui hic sunt, concionatoribus, referuntque audientes eas postea aliis, quibus non vacavit audire. In omnibus sit Domino Jesu Christo gloria in saeculum. Amen.

Salmanticae 10 mensis Maji 1553.

V. Paternitatis inutilis servus in Christo Jesu.

In absentia P. D. Torres, R[ectoris],

JO. GONZALEZ [1].

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Admodum reverendo in christo patri magistro Ignatio de Loiola, praeposito generali Societatis ihu.

Romae.

Alia manu: 1553, Salamanca, 12 *(sic)* de mayo.

Vestigium cerae et sigilli.

---

[1] Eritne hic ille Gundisalvus Gonzalez, quem, licet nondum sacerdotem, Collegii Salmantini hoc tempore Vice-Rectorem fuisse ait P. VALDIVIA, *Historia* ms. *de la Provincia de Castilla?* Error quidem facilis est in his veteribus manuscriptis interpretandis; et forte Valdivia legit *Go.* (Gundisalvus) Gonzalez, ubi nos *Jo.* (Joannes) Gonzalez. Vide POLANCI, *Chron.*, t. III, pag. 302.

CCXV

P. Arnoldus Hezeus
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 17 Maji 1553 [1].

IHS

Gratia et charitas Dni. Nri. Jesu X.[i] sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Labentibus quavis unda velocius diebus, R.[de] atque in X.[o] obser. Pater, citius tempus quam operum nos praeoccupasse fructus cernimus, quod non paucorum dumtaxat dierum, verum omnium huius anni actuum, nempe quatuor mensium, reddendam nobis exigit rationem, quam quidem variis Pater impeditus negotiis, meis persolvendam imposuit humeris. Atque utinam lectu digna Opt. Max. praestitisset Deus, vel nostra oblata vigilanter prosequuta fuisset diligentia, ut non nudis quasi aures verbis, sed magis R.[dorum] meorum Patrum Fratrumque charissimorum corda fructuum daretur implere copia. Sic delectabilem plane oblatam fuisse provinciam inficias ire non auderem. Nihilominus, ut Dnum. Nrum. Jesum pauperculam viduam duos offerentem quadrantes laudasse, nec V.[am] P.[em] minima quaeque repudiare, cognoveram, a nobis etiam vel duo tantum, in gazophilacium oblata nrae. Societatis, minuta V.[ae] P.[i] grata fore firmius confidere coepi.

---

[1] Autographae totae manu Patris Arnoldi Hezei in quadruplici folio, nn. 338-341.— Plurima in eis cancellavit Polancus, et aliqua immutavit; quare sic castigatarum litterarum apographum exemplum, quod exstat in folio triplici nn. 326-328, hic, litteris prout ab Arnoldo scriptae fuere, subjiciemus.

Atque hinc oblatae materiae exordium sumendum putavi, unde ultimis quadrimestribus, ut dicimus, literis extremam imposuimus manum; nimirum quantum Dnus. pietatis in populo in dies augere atque divulgare dignetur affectum. Non enim primarii cathedralis templi viri contenti fuere, sub finem anni 52, sumptuose maximo cum ornatu singulis dominicis et festivis diebus venerabile exponere incoepisse sacramentum in usum atque animae refectionem omnium communicari volentium, quin, ad maiorem divinae laudis ubertatem suorumque conatuum propagationem, non quievere quousque totius populi applausu Patrem Nostrum Adrianum [1] in eodem haberent templo, ut ibidem quotidie, quemadmodum in aede Sancti Michaëlis solitus fuerat, confessiones audiret.

Verum eodem fere tempore, quo ab universo praefati templi ad huius muneris functionem susceptus est capitulo, simul ac omnem sacra missarum celebrandi officia, necnon quibusvis christifidelibus sacramenta tradendi, susceperat libertatem, mira quadam antiquus ille serpens diabolus hinc incensus invidia, novam prorsus atque ante illud nostrum saeculum plane inauditam adversus animarum profectum coepit commovere tragoediam, nonnullorum excitando praelatorum animos, eoque perducendo, quo subditis suisque oviculis proponere non vererentur, immo vi authoritatis volentes compellere ad specialem voti obligationem, se nunquam neque ad S. Petrum neque ad S. Michaëlem, nempe ad nos, ituros ad confessionem; alioquin contra ius et potestatem reiiciendae suisque sedibus expellendae, quum illis plena cuivis omnium ordinum apostolicae sedis authoritate approbatorum, confitendi sit libertas. Verum Dominus, qui nullis non, etiam abominabilibus, in bonum uti noverit, hanc quoque praetextam diaboli inventionem in multo maiorem fructuum ubertatem copiosiusque animarum lucrum pullulare effecit. Quoniam postquam praedicti praelati gravissimorum authoritate virorum, utpote huius almae urbis Cancellarii, aliorumque, quorum hic authoritas pro oraculo haberi consuevit, ad quos omnia delata fuerunt, convicti essent eorumdemque machinationes nil nisi deceptiones atque diaboli esse exagitamenta iam repertum probatumque constaret, maiore

[1] P. Adrianus Adriaenssens.

fiducia, omni expulso de cordibus scrupulo, quasi certatim praedicti subditi ad Patrem confitendi gratia venire contendunt.

Quam vero grata acceptabilisque in praefata S. Petri ecclesia Patris nri. sit praesentia, his facile colligi potest indiciis: cum ex Magistrorum eiusdem ecclesiae sedulitate, quam non [solum] internis animi affectibus verum etiam externo atque operis satis demonstrarunt effectu; videntes enim in dies crescere numerum confitentium, in opposito altaris venerabilis sacramenti nova ac sumptuosa iusserunt fieri sedilia caelata et instar mensae coaptata in parte anteriore, in quibus, omnibus dominicis festivisque diebus, substratis pulcherrimis mantilibus, scyphis argenteis, aliisque ad maiorem internae pietatis excitationem appositis, omnibus communicantibus ab iisdem fabricae magistris vinum administratur [1]; insuper Patri tradiderunt claves sacrarii pro usu ornamentorum, quae ibidem reservantur, atque tabernaculi seu repositorii Venerabilis Sacramenti; quibus omnibus pro lubito et communicantium profectu quotidie uti valeat; tum quoque facile percipi potest quam fuit expectatus patris adventus in isto templo ex numerosa confitentium multitudine, tam studiosorum quam laicorum; studiosorum, inquam, multo maior ibi est frequentia, confessionem amplectentium, quam in ecclesia S. Michaëlis, quia ibi specialis studentium congregatio et conventus designatur, unde etiam proximus locus coemeterium clericale nuncupatus est. Ex hac enim messe, divino opitulante auxilio, uberiores maturioresque in horrea Dni. colligendos expectamus fructus.

Singula quidem scribere de his, qui quadragesima hac praeterita ad confessionem confluxerunt, tum ad templum D. Petri, tum ad templum D. Michaëlis, ubi confessiones audimus, longam futuram esse historiam nec in praesentiarum necessarium existimans, summatim quasi tetigisse sat esse puto. Hoc solum silentio oblivioni tradendum non arbitror, non paucos tantam perperam peractae vitae invenisse cognitionem, ut non solum, confessariorum consilio, haereticorum libros lacerarunt, vulcano tradiderunt nobisque tradendos attulerunt, sed etiam magna cordis compunctione in peccatorum detestationem generales nobis fecerunt confessiones, reputantes pro maxima

---

[1] Habes hic quod dubitantes scripsimus supra, t. I, pag. 686, annot. 2.

Dei misericordia, qui, ipsos in hanc cordis illuminationem adducturus, hucusque pepercit, quo in displicentia suorum pondus peccatorum deponerent.

Laicorum autem communicantium atque confitentium, festivis praecipue diebus, tantus est numerus in utroque templo ut vix celebrandi tempus subministretur.

Vir quidam insignis, ubi conclusum esse percepit Patrem in ecclesia Sancti Petri, auditurum confessionem, mox novam suis sumptibus iussit construi sedem, confessionibus audiendis tam pro audiente quam confitente convenientem, una cum cistula quadam, in eadem fabricata, ad includendum omne quod pro necessitate opus esse potuerit. Huic et hoc accedit, aliam quamdam personam, probam et singulariter Deo devotam, longam latamque ex holoserico iussisse confici stolam, in cuius medio S. nomen IESUS aureis habetur contextum litteris, quae quidem omnibus dominicis ac festivis diebus in altari conservatur in usum Patris, quum communicantibus, qui ex aliis parochialibus eo confluunt ecclesiis, sanctissimum Eucharistiae sacramentum administrat, quia omnibus sub poena excommunicationis inhibitum est a quovis coelestem hunc suscipere panem quam a proprio sacerdote; et quoniam nobis huius prohibere nequeunt administrationem, ideo tutius ad nos concurritur.

Quaedam religiosa in quodam beginagio [1], ut dicimus, magisterium exercebat super multas tam spirituales *(sic)* quam saeculares iuvenculas, quas acu pingere docebat curiosa, superflua atque superba opera, in sudariis, indusiis, aliisque ornamentis, in usum, vel verius fastum et delectationem, mundanorum utriusque sexus hominum, quotidie noviter humana, seu potius diabolica, inventione excogitata; haec autem, quodam tempore lovanium veniens, Patrem convenit; qui, re cognita, ita eam in hisce instruxit curiositatibus, variis declarans rationibus talia minime decere religiosam ac Deo deditam virginem, quae mundum mundique omnia reliquisse externo ostendit vitae genere, quibus ipsa uti vellet, nec ad aliorum augendum superbiam ea facere aliasque docere debere, ut mox se paratam demonstraret, iuxta divinum Patrisque consilium eodem etiam die omnia relinquere omnesque, quas ad eamdem

---

[1] Vide supra, t. I, pag. 550.

ediscendam artem sub suae fidei commissione suscepit, parentibus domum remittere. Verum aliter visum est Patri, ne sale acta carerent prudentiae: superba quidem illico omittenda, personas vero per aliquod temporis spatium in melius convertendas censet, atque interea sex puncta a venerabili Bonaventura in suis meditationibus de vita Christi, cap. 12, conscripta, quae Pater in vernaculam transtulit linguam, ei exscribenda suasque docenda tradidit, ut hisce politas ornamentis, quas docet, tandem ad proprias remitteret, seu parentibus... [1] iuberet se amplius nolle talibus occupari mundanis curiositatibus. At, Domino disponente, renunciatis iam cunctis istis vanitatibus, discipularum numerus illaesus permansit, quas quotidie simpliciora ac hominum usui necessaria docere pergit.

Quaedam persona in matrimonio constituta, avide admodum huius mundi prosequens sensualitatem, ultro tandem post aliquas confessiones Patrem coepit rogare, non enim singulare quid confitentes moliri solent absque eorum, quibus confitentur, praeiudicio et consilio, ut posset argentea sua deponere ornamenta, pretiosas superfluasque vestimentorum abscondere fimbrias (quarum hic magnus abusus est, sed a multis, divino crescente amore, non fimbriarum dumtaxat, sed et peplorum seu capitis velaminum, pectoralium, similiumque, quibus mulierum delectatur vanitas, contemni consuevit), facta voti compos, statim incoeptum, consensu mariti, complevit ac pergit in melius mutare vitam atque ferventius Deo unire animum.

Nonnullae etiam utriusque sexus personae, quae a multis annis in plurimis ac gravissimis vixere peccatis, de quibus nunquam vere fuerunt confessae, nec unquam tranquilla conscientia vivificum sumpserunt sacramentum, omnes in libertate conscientiae sarcinas per confessionem integre deposuerunt, quo medio non pauci, tum viri, tum mulieres, ex variis animarum discriminibus, praesumptionibus et lacu desperationis ad serenitatem vitae reducti sunt. Una mihi retulit, proba tamen ac magna in mundo matrona, nisi hoc impedivissem confessionis medicamine, se diu mala interemptam fuisse morte. Alia quoque ex desperatione, ob nimiam iracundiam et rancorem, veneno se necare putavit; infecta, ut ipsa existimabat, seu ve-

[1] Linea super ducta a Polanco deletum verbum legere non possumus.

nenata, poma secum auferens, clanculo manducabat; at aliter, divina coadiuvante gratia, ad confessionem venit, quae paulo post, pristino mariti familiaeque restituta amori, in bono ferventius proficit, saepius ad sanctissimae matris ecclesiae revertens sacramenta. Nonnulli itidem utriusque sexus religiosi et saeculares, qui antehac invidioso nostrae societati animo detrahere, eamque contemnere, reblasphemare *(sic)* atque minuere nisi fuerunt, tandem, divino in praecordiis concussi spiramine, non modo ab obloquiis destitere, sed etiam, ducti poenitudine, multis lachrymis ad confessionem, pro absolutione excommunicationis [1] venerunt.

Sacerdos quidam, variis diaboli intricatus phantasmatibus, multum temporis missarum omisit celebrationem, orationes, omnia denique pia opera et exercitationes, partim quia, abiecto animo, se peccatorum posse relinquere consuetudinem desperabat, partim quia sibi persuasum habebat eo magis divinam adversus se provocari ultionem, quo plura aut diceret aut faceret bona opera, nisi prorsus peccator esse desineret, iuxta Psalmistae, quod allegabat, dictum: *peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas?, etc* [2]. Hinc nunquam placidum domi forisve ostendens vultum, morosus, torvus, sua molestia totam contristabatur familiam; a quo autem nobis confiteri coepit, tam vitam, mores, quam vultus dispositionem in meliorem mutavit statum, domi placidus, foris magnae aedificationis exemplar, saepius confiteri ac celebrare perseverans, prout pium christianumque decet sacerdotem.

Nec hac nostra dumtaxat lovanienses fruuntur opera, sed et mechlinienses, antuerpienses, aliisque de locis remotioribus ad participandam huiusmodi operam huc sedulo adventantes, post confessionem, sive generalem, quam plurimi faciunt, sive communem, Dominum laudantes, cum gaudio et exultatione domum redeunt. Ubi vero ad nos venire non licet, ibi noster multum desideratur adventus, si quandoque per quotidianorum negotiorum interpositionem, pro maiore vineae Domini cultu, exire concedatur. Hinc ipsis feriis, ut vocant, bacchanaliorum, dictante Domino, simul et sancta consulente obedientia, pater-

---

1 Verba haec *pro absolutione excommunicationis* deleta sunt, ut infra videre est, a Polanco.

2 Ps. XLIX, v. 16.

nos visitavi limites [1], ubi praedictis diebus, uti omnibus fere in locis, non tam christianos quam infideles ac paganos suis se moribus et gestibus esse ostendunt homines, nullam non pomparum, ebrietatum, execrationum ac chorearum, prout quisque suo libitu duci queat, omni semoto scrupulo, quasi licite et hoc tempore concessum, exercentes petulantiam: in cuius detestationem, in parochiali templo, ad divinum officium universo congregato clero et populo, ter Dominus concionari per longum temporis spatium largitus est, eoque hominum perducere mentes dignatus, quod omnibus istis feriis nec tympana, nec fistulae, nec ulla ludorum genera, nec execrationes, nec choreae, nec hominum perturbationes aut visae, aut auditae, aut in publicis perceptae sunt plateis. Sed utinam ebrietatis, quae omnibus altius radices ducit, pestis, funditus exstirpari potuisset.

Caeterum nec hoc omittendum autumo: quamdam virginem post collationem in fine Missae de vera sui ipsius in Deum resignatione a Patre Mag. Adriano [2] habitam, ad aedes nostras venisse, omnem suam pecuniarum ac redituum apportans substantiam; conquirit Patrem, quo adventante, haec simul peplo involuta ei tradens, verso tergo, nec verbum fando ullum, aufugit. Pater autem, rem considerans, nec eius volens contristari spiritum, subticuit; interim vero, partim per tertiam personam, partim alio se offerente medio, quo ipsa in sua perseveret resignatione, restituit. Alia quaedam virgo 16 aut 17 annorum, iuxta huius saeculi morem pompose admodum muliebribus exornata ornamentis, post concionem in quodam coenobio virginum, omnium rogatu habitam, ubi tres uno die sacra susceperunt velamina, ad quarum nuptias una cum parentibus praefata advenerat puella, haec, inquam, concione finita, quae de morte et gloria perfectorum fuit religiosorum, super haec pauli verba, Col. 3.° cap.^e *vos mortui estis et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*, cum ergo, et cum sororibus in inferiore coenobii permanens parte, nec ad nuptiale, ubi parentes caeterique convenerunt saeculares, prandium veniens, magna parentum admiratio cepit animos; peracto vero pran-

---

[1] Ortus Arnoldus erat in urbe Lummen, in Brabantia. Delplace, *L'établissement de la Compagnie de Jésus dans les Pays-Bas,* appendice, 2.*

[2] Voces *Mag. Adriano* insertae sunt a Polanco.

dio, paucis ut explicem, domum proficiscendum filiae indicari iubetur, quae una cum sorore veniens, provolutis coram parentibus genibus, magna lachrymarum inundatione ibi manendi obsecrare coepit facultatem. Hic laeta in amaros vertuntur convivia gemitus. Tum vocatus ad spectaculum, hinc fundentes lachrymas, infelices se chara prole suaeque senectutis orbari baculo proclamantes audiens parentes, hinc vero prostratas humi fletu cernens madere virgines, acriter satis parentum coepi increpare sensualitatem, qua Christum sua niterentur privare sponsa. Quid plura? Virgo mansit. Ipse una cum parentibus inde proficiscor, qui me nocte ista magna cum benevolentia hospitio exceperunt.

Multi praeterea, tum adolescentes, tum virgines, diversas intraverunt religiones, ac plures intrare parati, ubi desiderium in effectum mutare licebit. Unde nonnullae virgines, una alterius nesciente propositum, frequenter Patrem convenientes supplicant, ut, quia vel omnino non vel non tam cito possunt religionem ingredi, ipse eas sub obedientiae voto suscipere dignaretur. At ipse non solum renuit suscipere, verum etiam instruit ut ubicumque huiuscemodi mentionem fieri audiant, idipsum reprehendant et impediant, ne, religionis spreta approbatione, extra matris Ecclesiae ordinationem, talia aut emittantur aut suscipiantur vota, sed, more bonorum christianorum poenitentium, suarum conscientiarum secretariis, in bonis obedientes consiliis, acquiescant.

Superioribus diebus adolescentem quemdam, Patris iudicio monastico instituto idoneum, ad Carthusiam coloniensem misimus, ubi cum gaudio susceptus, ipse simul et R. Pater Prior ingentes nobis pro tanto exhibito beneficio gratias egerunt.

Alius quidam paucis abhinc diebus spiritualia absolvit exercitia, qui in eodem, quo imbutus est, perseverans spiritu, nostrae Societati totum applicare nititur animum.

Nuper rogatus Pater a nobili quadam persona, Domina de Ffrens [1] appellata, ob infirmitatem lectulo decumbente, in suis aedibus celebrare et sacramenta confessionis et Eucharistiae sibi administrare ut dignaretur, contigit quamdam nobilem virginem, una cum domina, eadem suscipere sacramenta, quae,

---

[1] Vide *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro,* t. I, pag. 224.

post Patris discessum, omnibus audientibus, suae Dominae dicebat: quis non vel ad mille libenter subiret proficisci milliaria ad huiusmodi conscientiae habendum medicum?

Quaedam itidem Dominae, videntes nos universa oblata recusare munera, nec pro confessionibus aliisque ministeriis quicquam velle accipere, insciis quandoque nobis, vinum ad illius portaverunt aedes, quae nobis omnia comparat paratque necessaria esculenta; atque ita, quasi nostra emptum pecunia, una cum reliquis nobis administrabatur cibis. Sed, statim ubi cognitum fuerat unde veniret, dantibus Pater factum inhibuit, et coctrici *(sic)*, ne quicquam in posterum huiuscemodi susciperet fuco, stricte iniunxit. Similiter et alii, opportuno quodam tempore, quo patrem domi non esse constaret, sub hoc praetextu saccharum ad nostras miserunt aedes, ut portario diceret qui ad hoc subornatus fuerat: ecce pro vestro Patre hoc apporto, qui me sequitur. Existimans itaque ostiarius Patris iussu comparatum fuisse, accepit, ipsisque, quibus exceptum fuerat, verbis reverso tradidit Patri, qui totum remisit. Pro maxima enim habetur gratia, si quid obsequii nobis praestare valeant. Unde alia familia flexis saepius rogantes institerunt genibus ut gratis omnia nostra possent lavare et reficere linea vestimenta, quod ubi concessum erat, instantius precibus urgere coeperant ne similiter lanearum vestium resarciendarum privarentur ministerio.

Quaedam singularis plane vitae aetateque provecta virgo, in pauperum sublevationem sex a magnifica quadam Domina acceptis ducatis, saepe obnixe provolutis Patrem rogavit genibus, quo fratribus hos donare posset ducatos; sed sui desiderii effectu potita non est.

De fratribus autem hoc unum scriptu dignum restare videtur, hos tres, puto M. Theodoricum [1], M. Martinum [2] et Joannem de Tilia [3], quos sub finem quadragesimae ad V. P. misimus, fragrantem adeo animi sui in Deum fervoris, quoniam tam parentibus quam amicis universis insalutatis hinc profecti ac Christum sequuti sunt, in posteros longe lateque sparserunt

---

[1] Theodoricus Geeraerts (Gerardi).
[2] Martinus Gewarts, Stevordianus.
[3] Joannes Van der Linden.

odorem, ut etiam patritios colonienses ad evolandum ipsosque sequendum provocarent filios, quos iamdudum a V. P. osculo sancto exceptos speramus. Verum quantam nobis minabantur obventuram tragoediam vix dici potest, qui hinc vel subversionem totius Societatis hollandicae, ne dicam regionis, se timere iactitabant, nos talem iuvenem, M. Theodoricum puto, huius Artium Facultatis primaria decoratum lauro, moribus, vitae integritate, divitiarum abundantia, necnon caterva quasi amicorum valde nobilitatum, furtive seducere, omnibus insciis praesumpsisse amicis, quorum furorem, quoniam ubique multum possunt magnaque habentur authoritate, tam aulam quam quorumvis huius patriae magnatum contra nos excitandos verebantur animos; sed nunc videntes Deum Opt. Max., cuius nutui subiacent omnia, haud aliter parentum linivisse dolorem omnemque tempestatem in serenitatis mutasse tranquillitatem ac si lethaeis cuncta fuissent sopita undis, quasi in barathro admirationis detrusi, quid cogitare quidve dicere velint nesciunt.

Deus pacis et dilectionis maneat semper cum omnibus nobis, ut eius, non lingua, sed opere et veritate, beneplacitum impleamus, cuius non immerito gratia omnes, provolutis coram te, Pater, animis, nos V. P. omniumque Patrum ac fratrum orationibus commendari precamur.

Lovanii 16 calendas Junii an. 1553.

V. P. servus indignus,

ARNOLDUS HEZIUS.

Superscriptio in octava pagina: R. in X.° Patri M.° Ignatio de Loiola, generali praeposito Societatis Jesu.

Romae.

Et alia manu: Q. Lovanii 17 *(sic)* calendas Junii 1553.

Praecedentes Arnoldi Hezei litterae a P. Polanco emendatae [1].

†
IHS

Lovanio ex litteris Patris Arnoldi 17 Maii 1553.

Gratia et Charitas Christi sit semper cum omnibus. Amen.

Ut inde exordium sumam, in primis observande P., ubi ultimis quadrimestribus literis substiti, nimirum quantum Dominus pietatis in populo in dies augere in Sacramenta dignetur affectum. Primarii cathedralis templi viri, non solum sub finem anni 52, maximo cum ornatu singulis dominicis ac festivis diebus venerabile exponere coeperunt Sacramentum in usum atque animae refectionem omnium communicare volentium, verum, ad maiorem divinae laudis ubertatem suorumque conatuum prosecutionem, non quievere quousque magno populi applausu P. nostrum Adrianum in eodem haberent templo ut ibidem quotidie, quaemadmodum in aede Stae. Michaëlis solitus fuerat, confessiones audiret. Verum eodem fere tempore, mira quadam antiquus ille serpens diabolus hinc accensus invidia, novam prorsus ac antehac forte inauditam, adversus animarum profectum, coepit commovere tragoediam, nonnullorum excitando Praelatorum animos eoque perducendo, quo subditis suis oviculis proponere non vererentur, imo vi auctoritatis compellere ad specialem voti obligationem, se nunquam nec ad Sancti Petri nec ad Sancti Michaëlis, nempe ad nos, ituros ad confessionem; alioquin eas reiecturi suisque sedibus expulsuri. Verum Dominus, qui nullis non et abominabilibus in bonum uti novit, hanc quoque diaboli inventionem in multo maiorem fructuum ubertatem convertit. Quoniam, postquam praedicti praelati gravissimorum auctoritate virorum, utpote huius urbis Cancellarii aliorumque, quorum hic authoritas pro oraculo haberi consuevit, ad quos omnia delata fuerunt, con-

[1] Apographum exemplum in folio triplici, nn. 326-328.

victi essent, eorumdemque machinationes nil nisi deceptiones diaboli esse constaret, maiori fiducia, omni expulso de cordibus scrupulo, quasi certatim praedicti subditi ad nos confitendi gratia venire contendunt. Est autem gratissima Magistris Cathedralis Sancti Petri ecclesiae Patris nostri praesentia, cum videant in dies crescere numerum confitentium; et in opposito altaris venerabilis Sacramenti nova ac sumptuosa iusserunt fieri sedilia caelata et instar mensae coaptata in parte anteriori, in quibus omnibus dominicis festivisque diebus, substratis pulcherrimis mantilibus, scyphis argenteis, aliisque ad maiorem internae pietatis excitationem appositis, omnibus accedentibus Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum administratur. Insuper Patri tradiderunt claves sacrarii pro usu ornamentorum, quae ibidem asservantur, atque tabernaculi seu repositorii venerabilis Sacramenti; quibus omnibus pro libito et communicantium profectu quotidie uti valeat. Est autem numerosa confitentium multitudo tam studiosorum quam laicorum, sed studiosorum multo maior. De hac ergo messe (divino opitulante auxilio) uberiores maturioresque in horrea Domini congregandos spectamus fructus. Hisce quidem mensibus non pauci magnam perperam actae vitae invenerunt cognitionem; non solum, confessariorum consilio, haereticorum libros lacerarunt, ignique nobis tradendos attulerunt, sed etiam magna cordis compunctione in peccatorum detestationem generales nobis fecerunt confessiones, magnifacientes Dei misericordiam, qui ipsos in hanc cordis illuminationem adducere hucusque expectavit. Laicorum autem communicantium atque confitentium festivis praecipue diebus tantus est numerus in utroque templo, ut vix celebrandi tempus nobis reliquum sit; quia vero omnibus sub poena excommunicationis inhibitum est, a quovis coelestem hunc suscipere panem quam a proprio, et cum nobis prohiberi nequeat administratio, ideo tutius ad nos concurritur.

Quaedam religiosa in quodam beginagio (ut dicimus) magisterium exercebat super multas tam spirituales quam saeculares iuvenculas, quas etiam pingere docebat curiosa, superflua atque superba opera, in sudariis, indusiis, aliisque ornamentis in usum vel verius fastum et delectationem mundanorum utriusque sexus hominum. Haec autem, quodam tempore Lo-

vanium veniens, Patrem convenit, qui, re cognita, ita eam in hisce instruxit curiositatibus (variis declarans rationibus talia minime decere religiosam ac Deo deditam virginem, quae mundum mundique omnia reliquisse externo ostendit vitae genere, quibus ipsa uti vellet, nec ad aliorum augendam superbiam ea facere aliasque docere debere), ut mox se paratam demonstraret, iuxta divinum Patrisque consilium, eodem etiam die omnia relinquere, omnesque, quas ad eamdem addiscendam artem sub suae fidei commissione suscepit, parentibus domum remittere. Verum aliter visum Patri, ne sale acta carerent prudentiae, superflua quidem illico omittenda, personas vero per aliquod temporis spatium in melius convertendas censet, atque interea quaedam puncta a venerabili Bonaventura in suis meditationibus de vita Christi conscripta (quae P. in vernaculam transtulit linguam), exscribenda suasque docenda tradidit, ut huiusmodi politas ornamentis quas docet tandem ad proprias domos remitteret, se amplius nolle talibus occupari mundanis curiositatibus. At, Domino disponente, ablegatis hisce superfluis, discipularum numerus illaesus permansit, quas quotidie simpliciora ac hominum usui necessaria docere pergit.

Quaedam, et in matrimonio constituta, avide admodum huius mundi prosequens sensualitatem, tandem post aliquas confessiones Patrem rogare coepit (non enim singulare quid confitentes moliri solent absque eorum, quibus confitentur, praeiudicio et consilio) ut posset argentea sua deponere ornamenta pretiosa, superfluasque vestimentorum abscindere fimbrias (quarum hic magnus abusus est, sed a multis, divino crescente amore, non fimbriarum dumtaxat sed et peplorum et capitis velaminum, pectoralium, similiumque, quibus mulierum delectatur vanitas, contemni consuevit), facta voti compos, statim incoeptum, consensu mariti, complevit ac pergit in melius mutare vitam atque ferventius Deo unire animum.

Nonnulli etiam utriusque sexus, qui a multis annis in plurimis ac gravissimis peccatis vixere, de quibus nunquam vere fuerunt confessi, nec unquam tranquilla conscientia vivificum sumpserant Sacramentum, omnes in libertate conscientiae sarcinas per confessionem integre deposuerunt, quo medio non pauci, tum viri, tum mulieres, ex variis animarum discrimini-

bus et lacu desperationis ad serenitatem quietae vitae reducti sunt. Una mihi retulit (proba tamen ac magna in mundo matrona) nisi hoc impedivissem confessionis medicamine, quod se pridem mala interemisset morte. Alia quoque ex desperatione ob nimiam iracundiam veneno se necare volens, infecta (ut ipsa existimabat) seu venenata poma secum auferens, clanculo manducabat; at aliter divina disponente clementia, ad confessionem venit; quae paulo post pristino mariti familiaeque restituta amori, in bono ferventius proficit, saepius ad Sanctissimae Matris Ecclesiae rediens sacramenta. Nonnulli itidem utriusque sexus religiosi et saeculares, qui antehac invido nostrae Societati animo detrahere eamque contemnere atque minuere nisi fuerunt, tandem, divino in praecordiis concussi spiramine, non modo ab obloquiis destitere, sed etiam ducti poenitudine multis lachrimis ad confessionem venerunt.

Sacerdos quidam, variis intricatus diaboli charismatibus, multum temporis Missarum omisit celebrationem et orationem, omnia denique pia opera et exercitationes, partim quia, abiecto animo, se peccatorum posse relinquere consuetudinem desperabat, partim quia sibi persuasum habebat eo magis divinam adversus se provocari ultionem, quo plura aut diceret aut faceret bona opera, nisi prorsus peccator esse desineret, iuxta Psalmistae, quod allegabat dictum: *Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas*, etc. Hinc nunquam placidum domi forisve ostendens vultum, morosus, torvus, sua molestia totam afficiebat familiam; a quo autem nobis confiteri coepit, omnia in meliorem mutavit statum, domi placidus, foris magnae aedificationis exemplar, saepius confiteri ac celebrare perseverans, prout pium christianumque decet sacerdotem.

Nec hac nostra dumtaxat Lovanienses fruuntur opera, sed et Mechlinienses, Antuerpienses, aliisque de locis remotioribus huc sedulo adventantes, post confessionem sive generalem (quam plurimi faciunt) sive communem, Dominum laudantes cum gaudio et exultatione domum redeunt. Ubi vero ad nos venire non licet, ibi noster multum desideratur adventus. Ipsis feriis (ut vocant) bacchanaliorum, dictante Domino simul et sancta consulente obedientia, paternos visitavi limites, ubi praedictis diebus, uti omnibus fere in locis, non tam christianos quam infideles se homines ostendunt, quasi licite et hoc tempore con-

cessam exercentes petulantiam. In cuius detestationem in parochiali templo, ad divinum officium universo congregato clero et populo, ter Dominus concionari per longum temporis spatium largitus est, eoque hominum perducere mentes dignatus, ut omnibus istis feriis nec tympana, nec fistulae, nec ulla ludorum genera, nec choreae, nec huiusmodi perturbationes aut visae aut auditae aut in publicis perceptae sunt plateis.

Caeterum nec hoc omittendum autumo quamdam virginem (post collationem in fine Missae de vera sui ipsius in Deum resignatione a P. Mtro. Adriano habitam) ad aedes nostras venisse omnem suam pecuniarum ac reddituum apportans substantiam, requirit Patrem, quo adventante, haec simul peplo involuta ei tradens, verso tergo, nec verbum fando ullum, aufugit; Pater autem, rem considerans, nec eius volens contristari spiritum, subticuit: interea vero, partim per tertiam personam, partim alio sese offerente medio, quo ipsa in sua perseveraret resignatione, restituit. Alia quaedam virgo, fere 17 annorum, iuxta huius saeculi morem, pompose admodum muliebribus exornata ornamentis, post concionem in quodam coenobio virginum, ubi tres uno die sacra sumpserunt velamina, habitam, quae de morte et gloria perfectorum fuit, cum sororibus in inferiori coenobii permanens parte, nec ad nuptiale, ubi parentes caeterique convenerunt saeculares, prandium veniens, cum, peracto prandio, domum proficiscendum filiae indicarent, una cum sorore veniens, provoluta genibus coram parentibus, magna lachrimarum inundatione ibi manendi obsecrare coepit facultatem. Hic laeta convivia in amaros vertuntur gemitus; hinc fundentes lachrimas infelices audires parentes et se chara prole orbari proclamantes, hinc vero prostratas humi fletu madere virgines cerneres; quid plura? Virgo ibidem mansit. Ipse una cum parentibus inde proficiscor, qui me nocte eadem magna cum benevolentia hospitio exceperunt. Multi praeterea, tum adolescentes, tum virgines, diversas intraverunt religiones; ac plures intrare parati sunt, ubi illis desiderium complere licebit. Superioribus diebus adolescentem quemdam, Patris iudicio monastico instituto idoneum, ad Carthusiam Coloniensem misimus, ubi cum gaudio susceptus, ipse simul et R.dus P. Prior ingentes nobis pro tanto exhibito beneficio gratias egerunt. Alius quidam paucis abhinc diebus spiritualia absolvit exercitia, qui in eodem, quo im-

butus est, perseverans spiritu, nostrae Societati totum applicare nititur animum.

Nuper rogatus P. a nobili quadam domina de Ffrens appellata, ob infirmitatem lectulo decumbente, in suis aedibus celebrare et sacramenta confessionis et Eucharistiae sibi administrare ut dignaretur, contigit quamdam nobilem virginem, una cum Domina eadem, suscipere sacramenta; quae post Patris discessum, omnibus audientibus, suae Dominae dicebat: Quis non vel ad mille libenter proficisceretur milliaria, ad huiusmodi conscientiae habendum medicum? Pro maxima habetur gratia, si quid obsequii nobis praestare valeant, et variis artibus, quae recusavimus aperte, ingerere occulte moliuntur.

De fratribus autem hoc unum scriptu dignum restare videtur: hos tres, puto Magistrum Theodoricum, Magistrum Martinum et Joannem de Tilia, quos sub finem quadragesimae ad V. P. misimus, fragrantem adeo animi sui in Deum fervoris (quia tam parentibus quam amicis universis insalutatis hinc profecti ac Christum secuti sunt) in posteros longe lateque disperserunt odorem, ut etiam patritios Colonienses ad evolandum ipsosque sequendum provocarent, quos iam dudum a P. V. exceptos speramus. Verum quantam nobis minabantur obventuram tragoediam vix dici potest, qui hinc vel subversionem totius Societatis Hollandicae, ne dicam regionis, se timere iactitabant. Nos talem iuvenem Magistrum Theodoricum, huius artium facultatis primaria decoratum lauro, moribus, vitae integritate, divitiarum abundantia, necnon caterva quasi amicorum valde nobilitatum, furtive seducere, omnibus insciis, praesumpsisse, quorum furore (quia ubique multum possunt magnaque habentur auctoritate) tam aulam, quam quorumvis huius patriae magnatum contra nos excitandos verebantur animos; sed nunc videntes Deum omnem tempestatem in serenitatis mutasse tranquillitatem, quasi in barathro admirationis detrusi, quid cogitare quidve dicere velint, nesciunt.

Deus pacis et dilectionis maneat semper cum omnibus nobis. Amen.

CCXXVI

Maximianus
Patri Ignatio de Loyola.
Sancto Felice (San Fins), 21 Maji 1553 [1].

† JESUS

Pater in Christo Jesu.

Pax Christi.

Noster provincialis Pater ex tuae R.dae Paternitatis praecepto mihi iniunxit ut per literas te de iis, quae apud nos geruntur, facerem certiorem. Qui hic vivimus, quorum partim Patres, partim vero fratres, omnes undecim sumus numero. Proxima quadragesima, in aedibus sacris adiacentibus pertinentibusque ad hoc divi Felicis coenobium, habuimus conciones quamplurimas, quae dominicis festisque diebus mane ad sacrum habebantur; vesperi vero sermone [2] docebantur pueri usque interdum templum verrebatur mundabaturque [3].

In omnibus, Deo favente, summus affectus audiendis concionibus apparebat, qui sponte sua dictitabant se ex eo tempore christianos esse incoepisse, quo ecclesiae hae in Societatis potestatem venerunt. Iidem affirmant regionem hanc a vitiis liberatam, quae in hoc territorio erant [4] iuramenta, blasphemiae, exemplo doctrinaque nostrorum, per quos etiam Dominus aliquos cum inimicis in gratiam redire fecit et imprimis quosdam

---

[1] Autographae litterae totae manu Maximiani (cujus cognomen hucusque ignotum) in folio unico, n. 523.—In iis quaedam delevit, quaedam mutavit Polancus, quae nos ad paginae calcem referemus.

[2] Attrita et lacerata charta, desideratur unum verbum.

[3] Huic sententiae *usque interdum templum verrebatur mundabaturque* substituit Polancus hanc: *quae ad christianam institutionem pertinent.*

[4] *quae in ea regione regnabant; ea erant.* Polancus.

primarios viros oppidi, non procul distantis, quorum inimicitias via humana sedari posse desperatum erat, sed divino auxilio brevi compositae fuere. Sunt frequentes confessiones [1] tempore, quod multum est in hoc situ, in quo plerique sunt pauperrimi agricolae, quique non parum faciunt si sibi propriaeque familiae victum comparant. Quibus res familiaris tenuis est, fiunt a nobis eleemosynae frequenter, maxime aegrotis, quos invisunt subinde fratres, eosque hortantur ut aequo animo ferant paupertatis incommoda doloresque aegritudinis. Multi ex locis vicinis pueri et adolescentes huc discendae grammaticae causa se conferunt, quibus erudiendis tam literis quam bonis moribus cuidam ex nostris cura tradita est. Ex his, ordine, octavo quoque die aliqui confitentur, quo tempore, qui idonei iudicantur, sumunt Eucharistiam. His etiam mos est, si quando aliquem iurantem offendunt, flexis genibus precari ne id faciat: quibus exercitationibus parentes nimium oblectantur. Ex quo fit ut in dies crescat discentium numerus. Tum etiam, praeter conciones in quadragesima habitas, audiendis confessionibus iuvandisque parochis satis occupationum sustinuimus. Ex quibus omnibus laus et gloria divinae bonitati referantur, a qua omne bonum proficiscitur. Haec hactenus. In benedictione sacrificiisque R. P. tuae nos in Domino commendamus vehementer.

Duodecimo Cal. Iunii 1553.

Indignus et minimus filiorum,

MAXIMIANUS.

Superscriptio in altera folii pagina: † Al mui R.do en X.o padre el padre nuestro ignatio preposito general de la compania de iesus.

2.a via, de 4 meses.

Alia manu: 1553, de Giugno *(sic)*. Quad. sine loco [2].

---

1 desideratur unum alterumve vocabulum.

2 Nulli tamen esse dubium potest, litteras legenti, datas eas esse *in hoc coenobio Sancti Felicis.*



CCXXVII

P. Paulus d' Achillis
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 26 Maji 1553 [1].

JESUS † MARIA

Molto R.do in Christo Padre:

La gratia et pace di Christo nostro Signore sia sempre in nostro continuo favore. Amen.

Padre, crediamo che già il nostro fratello Bernardo Genovese sarà gionto da V. P., perche si partì di quà in una buona fragata alli 18 del presente.

Il P. Hieronimo Domenech anchora sta in Bivona et mi scrive che per molte occupationi, che ivi ha Sua R.a, non può scrivere per hora a V. P.

Quà per la gracia di Giesù Christo stiamo bene; quelli che erano indisposto hora stanno bene. Il P. Mtro. Bernardo [2] sta molto meglio del solito; heri andassemo a Monreale per pigliar la possessione della casa che si è comparata per far il Collegio, la quale è molto bene situata; ha la prospettiva verso il mare, et de lì si vede tutto Palermo; ha molte buone stanze et in quelle si farà facilmente una capella, restandone altre per le schole et habitatione delli Padri et Fratelli; ha una fontana in casa et un altra avanti della porta, hanno un poco di giardino et sono

---

[1] Autographum, duplici in folio, sub n. 182.—Non sunt quadrimestres, sed cum sequentibus quadrimestribus missae sunt easque complent.

[2] Bernardus Oliverius. Vide Polanco, *Chronicon,* t. iii, praesertim pag. 229, n. 506 et seq.

alcune stanze comminciate, molto bene situate. Il pretio è 475 Δ [1]. Il P. Mtro. Bernardo con Sanczio [2] et Vinzenzo, Valentiano, et Tomasso, Bolognese [3], andaranno, credo, al più tardo il venerdì prossimo a Monreale per dar principio al Collegio. Hora si fanno far letti, lensoli [4], et altre cose necessarie alla casa. Si manda Sanctio, perche non si ritrova bene della testa, anzi quasi di continuo patisce dolor di testa; dipoi ne è parso che meglio potrà insegnar li figlioli et tenerli in timore, come bisogna, in quella terra.

Il P. Mtro. Roberto [5] quà in Palermo è molto utili: ha la cura della chiesa et fa con molta diligenza et edificatione il suo officio; la Chiesa è molto frequentata; alla predica vene molta gente et alla letione della dottrina christiana, quale hora legge il fratello Mtro. Michael [6] per alcuni giorni, tanto che el P. [7] ritorna di Bivona. Le confessioni sono molto frequenti; a questa festa della Pentecoste si sono communicate nella nostra chiesa più di 150 persone, fra quale molti erano gentilhuomini et gentildonne; et più si sono confessati. Sia sempre ringratiato Giesù Christo.

Li essercitii scholastici sempre vanno bene; il numero delli scholari è 260, molti della 1.ª classe hora non veneno per esser loro amalati, quali se veneserono, il numero seria più di 300, in tutto dico.

Già sono quasi tre anni che sua Excell.ª [8] donò uno turco al P. Mtro. Hieronimo Domenech, quale è stato sino hora molto pertinace nella sua setta, et anchora che per ordine del P. Nadale se sia fatto molte volte oratione et molti di casa molte volte lo habbiamo essortato a farsi christiano, nondimeno ha perseverato sino hora nel suo errore, et il giorno della festa della Pentecoste se determinò de farsi christiano, et credo che lo faremo battezzar il giorno del Sacramento [9] o vero la dominicha sequente la festa

---

1 Scutati.

2 Sanctius (Sancho) Ochoa, navarrus.

3 Horum Vincentii et Thomae cognomina nondum reperimus. Ubicumque enim tum in POLANCI, *Chronico,* tum in litteris Sancti Ignatii, patriae nomine designantur.

4 Sic; fortassis pro *lenzuoli.*

5 Hujus non meminit Aguilera, qui vere paucissima de iis habet, quae hoc anno Panormi gesta fuere.

6 Magister Michaël Botellus. Vide POLANCO, *Chron.,* t. III, pag. 213, n. 460.

7 Hieronymus Domenech? Is certe tunc temporis erat Bivonae.

8 Pro-rex, Joannes de Vega. Vide infra, n. CCLII.

9 In festo Sanctissimi Corporis Christi.

del Sacramento; hora lo instruemo nelle cose necessarie per disponersi a pigliar il sacro battesimo; è molto capace e se è molto mutato di quello che è stato per il passato. Mtro. Pietro Rivadeneira et Martino [1] haranno dar informatione a V. P. della conditione di questo buono homo. V. P. se degnarà de far pregar per lui, accioche Iddio nostro Signore li dia perseveranza.

Il P. Mtro. Hieronimo mi scrive de Bivona che ha mandato alli giorni passati alcuna instruttione a Roma per mandar al P. Mtro. Pascasio [2] a Parigi; è cosa de sua Excell.[a] Desideria il P. de saper si V. R. ha ricevuto et se si è mandata a Parigi al P. Mtro. Paschasio.

Mandamo con questa la lettera delli 4 mesi latina et italiana; V. P. mi perdona della tardità; vedo che sono stato molto negligente in procurar de mandarla; mi sforzarò un' altra volta di mandarla più per tempo. Non altro senon che sempre tutti si raccomandiamo alle orationi di V. P.

De Palermo alle 26 di Maggio 1553.

De V. R. servo in Giesu chro.,

Paolo di Achilli.

Superscriptio in quarta pagina: † Al Molto Rdo. in chro. Padre il P. m. Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compagnia di Giesù, in Roma.

Manu Joannis Philippi Vito: 1553, Palermo, di Don Paolo di Achile, 26 di maggio.

Vestigium cerae et sigilli.

---

[1] Mag. Petrus de Rivadeneira et Martinus de Zornoza Panormi olim fuerant, ille ut humaniores profiteretur litteras, hic Patrem Laynez comitatus. Vide Polanci *Chronicon*, et Boero, *Vita del servo di Dio, P. Giacomo Laynez.*

[2] P. Paschasius Broët.

CCXXVIII

P. Paulus d' Achillis
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 27 Maji 1553 [1].

IHS

Molto R.do in Giesu X.° P.e
Pax X.i etc.

Del successo et progresso del spiritual frutto in questa città et vigna del Signor, ove i suoi indegni operarii et ministri della soa Compagnia, se non col debito effetto, al meno alquanto affetto, s' affaticano, havrei forse lungamente a dire; nondimeno per adempire l' ubidienza ch'el avisar non solo, ma etiam brevemente dire ci essorta, mi sforzerò col divino aggiuto in cio non preterire.

Cominciando d' alcune cose ch' el Signor s' è degnato operare per mezzo del R. P. Nro. M.° Girollamo Domenech, avengha che da puochi giorni da coteste bande venuto. Et primamente quanto allì Colleggii che l' Ex.a del Signor Giovanni di Vega già proposto havea, et che ne principali città et terre del Regno siano Collegi et case della Compagnia, dopo che detto Padre è venuto, si è la cosa confermata et già in parte mandata in opera; conciosia ch' in Monrrealle, città et Archevescovato del

[1] Harum litterarum subscriptio dumtaxat manu P. Pauli Achillis autographa est; reliqua alia manu scripta sunt duplici folio, sub nn. 188 et 189.

R.mo Farnese, da soa S. R.ma è sta fondato e d' intrada dotato un' Colleggio della Compagnia, a cui fondatione il Signor Giovanne di Vega ha aggiutato non puoco; et v' anderà in quello il primo di Giugno per dare principio il P. M. Bernardo Oliverio con altri Compagni. E terra molto sana et tre o 4 non più miglie lontana di Palermo. De Bivona, città et terra della S.a Contessa di Luna, figlia di sua Ex.a, c' scrisse il P. M.o Girollamo che soa S.a ha deliberato farne un Colleggio et fa instantia per havere de Padri et fratelli per quello, come il nostro P. Gierollamo ha già per altre fatto intendere alla P. V.a

Et lassiando altre cose particolari. Havendo sua R.a questi passati giorni dato gli esercitii a un' dottore medico, cognomento de Torres [1], finalmente il Signor operò che si risolsi per essere della Compagnia, et sta hora fra nuoi con molta edificatione et dirò admiratione di molti; pero ch' oltra la dottrina soa et lettere non mediocri, era nel mondo prospero, et dalla Ex.a del Signor Vicerè, in cui palazo stava et a cui serveva, non men charo.

Delle cose ch' el R. P. M.o Gierollamo Nadal ha etiamdio avanti la sua partita per Roma cominciato et ultimatamente si sono finite, non mancherò dire, specialmente d' una casa de S.ta Martha, ove le done peccatrici, che dal peccato si ritragono et al Signor si converteno, si tratengono, dùmmentre che d' intrare nel monasterio o maritarsi deliberano; et anco di danari per l' uno o per l' altro loro si provede. Di queste done ve ne sono sempre qualchune, che si riducano, ma specialmente un giorno di quelle v' è stata una conversione mirabile; percioche M. Benedetto [2], ch' alla volta di Roma andava di qua passando, a molte di quelle congregate predicò una volta con tanta efficacia et fervore, che quasi tutte commosse, ma duodeci ne trasse al Signore; quali con più grande spirito (qui *ubi vult spirat)* costrette et spinte et componte, in mezzo la predica si levorono con gran pianto et lachrime, al Signore misericordia gridando: di queste alcune si sono maritate, altre alla religione dedicate.

Il detto P. M.o Natalle, etiam avanti che si partessi, fece accomodare gli orfanelli di questa città d' un comodo luogho et

---

[1] P. Balthasar Torres.
[2] Magister Benedictus Palmius.

chiesa et di più intrada, accio più di quei poverelli trattenire si potessino. A molte case et fameglie, ch' anch' egli de limosine provedere soleva, al presente non si manca. Nella chiesa nra. di S.ta Maria (che volgaremente San Philippo è chiamata [1]) si persevera tuttavia ne soliti essercitii di prediche, lettioni et confessioni. Quivi M. Michele [2] continua ogni domenica e sue prediche, et questi passati giorni, essendo stato nell' altra chiesa di S.to Antonio, con molto concorso et augmento di auditorio, etiam di molti nobili; nella nova chiesa non mancano et vi vengano abondevolmente, avengha che in altre chiese ce siano state sempre prediche e ve ne siano. Oltra di cio in altri luoghi, pii ancora, non manca, essendo rechiesto, come monasterii et alcune congregationi che far' si sogliono. Ma specialmente in un monasterio ch'el Signor Archevescovo [3] riformar' intende, et ha comminciato ad instanza di S. S.a R.ma (che una volta anche ha voluto essere presente) a dette monache predicando. Iddio ha operato che al desiato fine molto si son commosse et aggiutate; le loro lachrime et universal pianto di cio dando alhora indicio. Restò etiam Monsignor molto edificato, la onde mandando chiamar' M. Michele, diverse volte gli ha preghato non mancassi qualche volta visitar' detto monasterio et predicarvi.

Della benevolenza anche et affettione che S. S.a R.ma a tutti quelli della Compagnia porta, è sta questo uno evidente segno che, havendo deliberato per la comun pace far' processioni col clero, diverse chiese visitando, ha voluto prima venir alla chiesa nostra.

La lettione dalla dottrina x.iana al venere, il R. P. M.o Pauolo [4] non mai l' a intermesso senon per urgenti negocii. Hora tamen si continua colla medesima diligentia; nella sua ordinaria lettione hebrea, quale dopo la partita del R. P. M.o Nadal ha comminciato a legger' ogni giorno, persevera.

Le confessioni, dopo che ci siam mutato in S.ta Maria, si son augmentate più et il concorso alle messe. Nella quaresima

---

1 Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 205, not. 1.
2 Magister Michaël Botelho.
3 Petrus Tagliavia de Aragon.
4 Ipse harum litterarum auctor. P. Paulus d'Achillis.

nell' altra chiesa v' è stata una gran' moltitudine di confitenti, non solo delli continui, ma di quelli che da doi, cinque, undeci, e brevemente d' alcuni ch' in tutta la lor' vita, somersi nelli peccati, non mai s' erano comunicati.

L' anticha disciplina delle nostre scholle non pur non viene meno et si conserva, ma cresce etiamdio, et il progresso negli studii da nostri scholari et discepoli s' augmenta, quali puochi giorni fa della sua promotione chiaro et manifesto indicio publicamente hanno mostrato; peroche alli 23 di Aprille nell' area et chiostro di S.ta Maria o ver' S.to Philippo, si suono duoi giorni fatte dispute, et nel primo giorno, essendo presente il Signor Vicerè, li magistrati della città, et molti altri nobili et principali persone, et de litterati, monachi et altri una gran' frequentia. Primeramente da sei giovannetti, con asai venustà et gratia, certe oration' brevi, come preludi del più grave acto et sequente disputa, si sono recitate contro il Theologo, Hebreo, Greco, Rhetorico, Humanista et Grammatico, a quali tutti il Rhetorico, discepolo et sostentante, per se et in nome de tutti gli altri, alle lor' come exprobrationi et dispreggi ha parimente et cambievolmente risposto; finito questo, seguitò la seria e più grave disputa, e nel primo conflitto cinque dottori theologi, 4 de 4 ordini mendicanti, il primo sacerdote secolare, tutti in questa città di grand' estima et nome, contra il theologo han disputato. Successe contr' il Maestro Rhetorico un' ludimagistro di più tenutti di questa città; appresso questo ne venne un' giovane contr' il Rhetore discepolo, et doppo questo duoi altri giovanetti contr' il grammatico, a quali tutti per Iddio gratia con molta sodisfattion' de circostanti s' è risposto e sodisfatto. Benche per la angustia del tempo alcuni altri, che volevano, non han' possuto argumentare. Si finì dunche l' atto in quell primo sereno giorno con certi versi hebrei, greci et latini, che da certi giovanetti, etiam da nostri de casa, molto graciosamente al Vicerè furono recitati, et al theatro de circostanti actione anche de gratie.

Il sequente giorno, se bene per la mutatione del tempo et pioggia, puochi stan' venuti, più tñ. sono stati gli argumentanti; et finalmente il tutto, mercè d' Iddio, bene et felicemente è succeduto, et per questa demostration' et dispute, ch' a gloria d' Iddio et edification' delli proximi si son fatte, quelli che

erano benevoli et della erudition' de nostri buon opinione haveano, in quella si sono confirmati. Altri parimenti, et anco degli stessi ludimagistri che da nuoi erano alieni, hora, come veggiamo, l' amicitia et familiarità de nostri ricercano; et a questa già comun' benevolenza non puoco ha servito et aggiutato, mediante la gratia divina, haver sempre visto questo buon Principe et Vicerè alla Compagnia tota quanta affecttion' porti; della qualle qui non preterirò dire che, oltra et ch' in tutto cio ch' accade apertissimamente l' ha monstrato sempre, questi giorni passati, havendo ad instantia di sua Ex.ª l' Imperador concessa al Collegio nostro l' Abbatia di Sta. M.ª la Grotta, che è dentro la città, et havendosi da mutar' il Collegio in quella, è per molto ringraciar' il Signor con quanta affettion' et amor' ha sempre procurato et dato ordine, accio et fabrica delle schole (che già da parecchi di si son fatte, et in quelle si legge, molto commode et in molto buon luogho) et anco del dormitorio (che presto sarà finito, assai grande et buono) non s' ſinterrompessi, nè de fabricar si mancassi, com' in effetto non si manca; et sua Ex.ª in persona è venuto alcune volte visitar' il luogho et disegnato l' edificio, etc.

Il giorno di S. Philippo Apostolo, ch' in nostra chiesa si suol celebrar', è venuto Sua Ex.ª colla città et regia corte et altri personagi et sentito la predica, della quale per la divina gratia et Sua Ex.ª et tutti ne restorono molto contenti et edificati. Sia in tutto sempre glorificato il dattor d' ogni bene.

Del Collegio, quanto al ordine, spiritual progresso delli fratelli, et augmento de suppositi et servi del Signor, per la bontà et misericordia di Giesù, va molto bene et ciascheduno nel officio et cura, dall' obedienza impostagli, si sforza servir' soa divina Maestà; et la casa di probation', spetialmente doppo la venuta del R. P. nostro Girolamo Domenech, s' è molto augmentata in numero et ordine et proceder' nelli loro essercicii de spirito et di lettere; ivi sono al presente quindeci et nel Collegio vintidoi; sono altri giovani di buona speranza che per intrar' fano instanza, ma per lor più fermezza alquanto si differisce. Quello che adesso a nuoi c' accade et resta è supplicar humilmente la P.ª V.ª ne suoi S.ti Sacrificii et orationi c' habbia tutti per molto raccomandati, accio negli essercitii nostri et obedienza diventiam' più ferventi et habbiamo dal Signor

nostro gratia accio perfettamente soa divina Maestà serviamo et in servirlo perseveriamo.

Di Palermo alli 27 1553.

De V. P. indignissimo servo in Giesu Christo,

Paolo di Achilli.

Superscriptio. † Al Molto R.do in Chro. Padre il P. m. Ignatio de Loyola, Preposito Generale della Compagnia di Giesù.

In Roma.

Et alia manu. Q. Palermo. 1553. 27 sine mense, potest esse April [1].

---

[1] Esse non potest Aprilis. Nam 1.° in iis litteris, licet contineantur ea, quae primum anni quadrimestre respiciunt, quod quidem explicit cum mense Aprili, continentur etiam quae prima Maii die, SS. Philippo et Jacobo Apostòlis sacra, gesta sunt. 2.° Ut ex praecedentibus ipsius Achillis litteris certum est, missae sunt hae litterae Panormo Romam versus post 26.am Maii. Itaque nos, nihil dubitantes, mense Maio datas scribimus.

CCXXIX

P. Oliverius Manareus
Patri Ignatio de Loyola.
Eugubio, 31 Maji 1553 [1].

†
IHS

Gra. et pax dni. nri. Jesu X.[i] abundet semper in cordibus nris. Amen.

Etsi de tua spe non dubitarem, R. P., te tamen maiori laetatum iri desiderans, sub finem litterarum superioris quadrimestris, maiores in X.° fructus sequens, hoc est, praesens quadrimestre allaturum pollicebar. Hoc autem quadrimestri tenuior rerum factarum supellex efficit ut me polliciti poeniteat, cum maxime nihil in promptu sit, quod ad nostram excusationem accommodare valeam, quam nram. infirmitatem, qua tibi probe perspecta, quadrantem a nobis oblatum aureis aliorum divitum nummis te non posthabiturum confido [2].

Ut igitur pro more scholastica domesticaque spiritualibus praemittamus, omnes fratres nostri, Dei beneficio, non minus in virtutes quam literas incumbunt, quotidie maioris virtutis specimen, aliis de se praebentes. In scholis similiter quem superiori quadrimestri servamus procedendi modum, iuventutem

---

[1] Autographae, totae manu Patris Oliverii Manarei, duplici in folio, n. 38.—Ea emendavit Polancus, et harum sic emendatarum extat apographum in eodem volumine sub n. 29.—Polanci emendationes ad paginae calcem subjiciemus.

[2] Totum hoc a verbis *Etsi de tua spe* cancellavit Polancus eisque substituit haec: *Quamvis in hoc quadrimestri tenuis nobis rerum facultas suppetat, quadrantem a nostra paupertate oblatum, etiam inter aureos divitum nummos a tua benignitate paterna non contemnendum speramus.*

nimirum assiduam et satis frequentem in variis lectionibus, disputationibus, epistolarum, orationum versuumque compositionibus diligenter exercendo, cum magna tum discipulorum promotione tum omnium, et maxime quidem parentum, satisfactione: frater in Christo charissimus, Simon Bartholus [1], coram Magistratu ad Calendas Februarias magna cum omnium admiratione habuit orationem. Unus discipulorum nostrorum ipsis Calendis Aprilis coram novo Magistratu aliam pronuntiavit, eo vero gratiorem quod, ea completa, iuvenes duo sequerentur cum versibus. Quorum alter cum tanta suavitate saphicos cecinit, ut vel litterarum penitus expertes maiorem in modum demulceret.

Res spiritualis quotidie sumit incrementum. Aliquot iuvenes spiritualibus exercitiis exerciti sunt, cum exitu, Deo duce, felicissimo. Quibusdam aliis idem impertiri poteramus, sed eorum animos talibus exercitiis [2] speramus fore maturiores.

Castella quaedam in quadragesima, ut in superiori quadrimestri, invisimus; in quorum uno tres dies egimus cum animarum maxima consolatione. Nam nostri charissimi fratris Joannis Baptistae [3] praedicationibus ita inflammabantur omnes, ut ad confessiones diu noctuque ex circumadiacentibus pagis plurimi concurrerent. In aliis unicam habuit concionem [4], sed cum maximo semper concursu, et, ut quidem in concionibus, sic in confessionibus. Die Passionis Dominicae cum tanto fervore dexteritateque mysteria Passionis praedicavit, ut multi valvis et muris ecclesiae scalas admoverent, quod populum templi non caperet amplitudo. Tantus lachrimantium et misericordiam implorantium fuit strepitus ut eius saepius interrumperetur praedicatio. Diebus quibusque Dominicis non minore cum gratia concionatur. Vigesima secunda Maii, dum supplicationes generales, cum pro pace, tum pro aëris temperie, celebrarentur, voluit D. Vicarius eum in ecclesia cathedrali praedicare; quod, Dei aspirante gratia, fecit cum ingenti omnium ad-

---

1 Simon Bartoli. Hic ille est, de quo in Polanci, *Chron.*, t iii, pag. 29, annot. 1.

2 *postea ad talia exercitia.* Polancus.

3 Joannis Baptistae Velati, seu de Jesu. Vide tamen quae de ejus concionibus dicitur in Polanci, *Chron.*, t. iii, pag. 30, n. 51 et annot. 1.

4 *In aliorum singulis singulas habuit conciones.* Polancus.

miratione et aedificatione. Plurimum hic certe eius gratia [1] fructus facit [2]. Eam conservet ei [3] pientissimus Dominus. In confessionibus (Dei gratia) tota quadragesima hac, et festo [4] Pentecostes, ac iubilaeo, publice [5] hic concesso, fuimus occupatissimi. Plurimi etiam eodem die, aliis confessi, ad nos, repetituri confessionem, venerunt, sperantes maiorem consolationem. Confessiones generales a quadragesima maxime (nam tunc non potuissemus) audivimus permultas. Multos etiam audivimus a multis annis, tribus scilicet, quatuor, sex, decem et duodecim non confessos.

R.dus P. Albertus primorum civitatis audivit confessiones, ut Magistratus, Vice Ducis, Praetoris et aliorum nobilium. Huius nostri Patris tanta charitas est, ut quod ad proximi iuvamen futurum speret, nihil intermittat; in confessionibus audiendis, xenodochio et carcere visitandis, consolandis aegris et pacibus denique componendis est assiduus. Quid plura? gratissimus operum eius renidet odor. Semel accitus ad iuvandos duos supplicio mortis addictos ita se gessit, ut a desperatione facile revocaret, quos magno studio nemo prius revocare potuerat.

Monasteria Virginum quatuor sedulo visitantur, tum ab eodem P., tum a nostro fratre Baptista; in quibus, praeter privatas exhortationes, saepius praedicatur cum grandi consolatione promotioneque religiosarum.

Nostra Societas hic ab omnibus audit quam optime. Si quid est obscuri, si quid ardui, quod ad animam concernat [6], confestim idem P. consulitur, imo etiam ab ipso Magistratu, a quo (ut maius amoris eius in Societatem argumentum daretur), fuimus semel ad prandendum secum [7] invitati cuius votis (nam aequum duximus non renuere), duo satisfecerunt. Die 27 Junii Rmus. Cardinalis Sanctae ✠ in abbatiam suam venit, ab Eugubio tribus milliaribus distantem. Eum visitavimus [8] et quidem

---

[1] *opera.* Polancus.
[2] *percipitur.* Polancus.
[3] *Sua dona in eo conservet.* Polancus.
[4] *festo* addidit Polancus.
[5] *publice* item additum a Polanco.
[6] *pertineat.* Polancus.
[7] *secum* delevit Polancus.
[8] *invisimus.* Polancus.

cum magna eius satisfactione. Nam cum tanta humanitate vir tantus nos excepit [1], ut et fratres et socios appellitare non dedignaretur. Alia eius in Societatem studii evidentissima argumenta tacebo brevitati studens. Tacendum tamen minime duco, plurium, singulis mensibus communicari solitorum, aliquot singulis quibusque hebdomadibus (plurimis licet hic reclamantibus) ad sacrosanctam communionem adductos.

Haec sunt, R.de P., quae nostra protulit infirmitas. Si plura protulisse debuit (quod ingenue fatemur), petimus ut ignoscas, nosque sanctis tuis orationibus adiuves ut sequenti quadrimestri [2], quod hactenus negligentius fecimus, diligentiori opera resarciatur.

Eugubii, pridie Calendas Junias 1553.

Tuae R.dae Paternitatis indignissimus filius,

Oliverius Manareus.

Superscriptio in quarta pagina: Admodum R.do in X.° Patri P. Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu, Romae.

Alia manu: Augubio.

Et alia: Qua. Augub. 53 Jun.

---

1 *qui* tanta humanitate nos excepit. Polancus.
2 *in posterum.* Polancus.

CCXXX

Edmundus Augerius,
Ex commissione P. Everardi Mercuriani,
Patri Ignatio de Loyola.
Perusio, 12 Junii, 1553 [1].

IHS

Pax X.i

Rerum earum, quas hic Deus Opt. Max., elapso proxime quadrimestri, nostro ministerio est operatus, rationem redditurus, hoc magis angor, R.de Pater, quo inertiae nostrae minus locum deberi scio. Cum tamen ea sit nostra conditio, ut neque pudori satisfacere neque suaves obediendi leges praetermittere liceat, paucis quicquid id est exponemus.

Fratres omnes, qui hic adsunt, iisdem quibus hactenus officiis incumbunt. Sed id animo quidem in dies magis vigilantiori. Quod testatur quotidianus uberiorque in virtutibus progressus, ac divini nominis propalandi sitis. Nec eos remoratur loci commoditas minor, quam requiri et possit et debeat; studia sane graviora negotia quodammodo interceperunt, maxime cum, agendae rei litterariae gratia, alio fuit migrandum. Studetur nihilominus, quoties datur respirandi tempus, et mirum hoc, nescio quo pacto, quando et munus docendi totum hominem sic requirat, ut quod superest vix sit quiescendo, nemo est qui

[1] Autographae in duplici folio nn. 49 et 50.—Earum a Polanco emendatarum duplex habemus apographum exemplum, unum in folio item duplici, nn. 48 et 51, alterum, Roma Complutum olim missum, in *Historia varia*, vol. 1, fol. 318.

non occupetur penitus. Sunt enim aliquot in scholis assidui, quorum labor, ut magnus, ita certe non irritus. Augetur enim et discipulorum in virtutes studium, et in litteris sic promovent ut neminem hactenus aliquot menses apud nos trivisse poenituerit, effectumque est ut maiora ab hoc Societatis nostrae collegio civitas beneficia et recipiat et speret. Nec sua spe ludetur, opinor, si Deus suorum conatus secundarit.

Actus est hisce Penthecostes festis a pueris publice dialogus in studiorum laudem, carmine. Habitae sunt et aliquot orationes. Quod fuit multis gratissimum et omnibus admirationi; jamque desiit inter vulgus opinio quaedam grassari, nulli magis quam urbi ipsi, si durasset, offectura. Erat autem morum reformationem quantamcumque a societate, non litteras sperandas esse. Laudetur is ubique, qui vires et contulit et collaturus est maiores, si tales nos praebuerimus, quales hoc munus desiderat. Nec solum Dominus fratrum opera novos suae vineae palmites fovet, illisque addit incrementum. Quin et luxuriantes, Patrum nostrorum ministerio putat, et de quibus nulla spes fructus esse videbatur, cum jam a multis annis nihil reddidissent vixque vitalis humoris in surculo tantillum superesset, largos jam satis proventus pollicentur. Et utinam plures adessent, qui importunis civium precibus possent dare satis.

Detinentur nri. solidos dies in audiendis confessionibus tum domi, quo plurimi confluunt, illi non vulgares cives, tum foris in carceribus, ptoxodochiis [1], coenobiis, privatis aedibus. Et toto quadragesimae tempore fuerunt frequentissimae occupationes. Novit Deus quanta multorum utilitate, qui sic confessionis sacramentum frequentare consueverant, ut quid esset ignorarent plane, aut si adiissent aliquando, annos ferme totos in adulteriis, furtis, et odiis et id genus criminibus sexcentis triverant. Multi decem, alii 15, et 20 aliquot, peccatorum sordidati coeno vixerant, ausi interim depuratorum cibis vesci. Et omnes hujusmodi ad nos adducuntur, de quorum salute jam fere apud homines desperatur. Quos Deus, prout ejus est clementia, sic movet omnes, ut nihil nunc magis quam peccata horreant. Fuerunt aliquot, qui se religioni devovere velint, si liceret admitti.

---

[1] *Xenodochiis*. Polancus.

Solitum est hic in profestis Paschae, omnibus vicissim in cathedrale templum parochiis convenientibus, orari; absolviturque ejusmodi precatio post quadraginta horas; adesseque semper consuevit, qui populum hortetur et modum precandi praescribat. Haec provincia fuit nobis delegata; subieruntque munus e nostris duo, summo omnium applausu et non minori fructu.

Pergit R.dus Pater D. Everardus in psalmorum, ut vocant, poenitentialium praelectione; pergit et P. Joannes Niger in explicando doctrinae christianae libello; uterque magna omnium spe et fructu. Singulis idem P. Joannes sabbatinis diebus solet concionari iis, qui ab hora quarta et vigesima [2] in templum nostrum, precaturi Déum, veniunt plurimi, ut nec sit capax locus.

Jam exstructus Societati ferme est locus, quem T. P. superioribus, ni fallor, incoeptum acceperat esse. Quantum autem civitas faverit, eleemosynae, quas in hunc usum plurimi cives erogarunt, sunt argumento. Est in optimo urbis situ, nullusque potuisset Societati non dari sed ne excogitari quidem aptior. Id enim scimus, praeterquam quod R.dus Dnus. Proepiscopus, quem sane rerum nostrarum continuum, eumque insignem ducem, post Deum ipsum, hic habemus, hoc ipsum testatur. Ibi jam discipuli a fratribus docentur, fiuntque sacra in templo ibidem plusculum angusto, sed maioris spes est, habentque Patres ibidem lectiones et conciones. Nec ignoratur quantae utilitatis hoc sit civitati futurum. Hisce diebus adfuit frequentissima turba. Nemo non probavit institutum locique structuram.

Multo occupatiores fuerunt Patres ob jubilaeum, ut ajunt, in basilicae Principis Apostolorum molem persolvendam concessum. Nam cum R.dus Dnus. Proepiscopus, penes quem res erat, templum nostrum ad hoc delegisset, confessionis sacramentum assidue, eucharistiae frequenter ministrabant; sicque Dnus. Deus omnia in sui nominis gloriam vertit, ut asserant multi se numquam nactos esse, qui hominem ita totum penetrarent: rogentque num aditus quovis tempore, nam locus est editior, mulieribus pateat. Et tametsi rei novitas aliquid admi-

---

2 Ad solis occasum.

rationis pepererit aliquibus, paulatim tandem veritas ipsa emergit conspiciturque.

Consuevit R.dus Dnus. Proepiscopus suos sacerdotes, quos minus idoneos ad sacra retur, instruendos aut deteriorum morum reformandos nobis committere. Hanc enim de Societate spem ratam habet ut in reducendis ad creatorem ipsum animabus, maximopere valeat. Quin et ipsi sacerdotes quoque profitentur eos, qui hactenus degenerarunt, non tam nostris concionibus et exhortationibus, quod multum est, quam meritis reducendos atque legitimos reddendos.

Castella sunt aliquot sub hujus urbis ditione, quae Societatis opem oppido desiderant. Faxit Christus ut et spe juventur illi sua, nosque alacriores et fideliores Domino famulemur. Civitas haec sane sic in rerum, quibus fuisset vel ad victum opus, penuria, fratrum aequanimitatem postquam rescivit, admirata est, ut nemo sit qui non dicat meruisse illam Societatis adminiculo destitui, quod postmodum multum erat desideratura. Novitque jam aliquatenus, Dei Opt. gratia, maxima civium pars Societatem non hic sua sed quae Jesu Christi sunt quaerere. Quo fit ut magis ac magis ipsam amplectantur omnes, futurumque est brevi ut nihil eorum, quae ad Dei honorem et proximi salutem aliqua ex parte faciunt, requiri possit. Omnes opem pollicentur, reque ipsa quod possunt praestant. Plurimi sunt, qui nihil nisi quoad per Patris nostri D. Everardi consilium liceat, aggrediantur moveantque. Aliquot jam cives in urbe potissimi, in quibus et Dnus. Proepiscopus et doctores aliquot, curam sui omnem Patri commiserunt. Et singulis diebus veneris decalogi praecepta, hinc enim exorsus est, in unum eumdemque locum coactis interpretatur, maxima eorum utilitate et nri. desiderio. Noruntque jam perfectionis culmen non, ut lucum, ligna esse [1]; jamque eorum memoria periit fere, non absque divinae prudentiae nutu, qui sic vulgus non modo sed et optimae spei viros et mulieres misere deceperant. Mirantur omnes Societatem nullum laborum praemium admittere, nullaque rerum externarum spe duci; magisque ob id ipsi fidem

---

[1] Virtutem verba putes, ut
Lucum ligna?

Horat., l. i, Ep. 6, v. 31.

adhibent, ut quae sola rei veritate ducatur. Speramus quotidie in Domino maiora, si semel intellexerint quorsum nos huc ille vocarit.

Privata et alia multa attulissem, P. R.de, sed ea eiusmodi sunt ut, quamvis audita iuvarent, omitti tamen possint. Istis in praesentiarum contentus, graviora posthac divinam clementiam in hac urbe et omnium saluti profutura senties fecisse. Et ne inertia nostra impediantur, nos omnes R. T. P. omniumque Patrum divinis sacrificiis, fratrumque ibidem degentium precibus obnixe commendamus.

Perusiae, 2 idus Junii 1553.

T. R. P.

De mandato R. P. Dni. Everardi Marcuriani,

Indignus filius,

EMONDUS AUGERIUS.

Superscriptio: R.do in Chro. Padri *(sic)* Dno. Ignatio de Loyola, Praeposito Societatis nominis Jesu Generali.

Romae.

Alia manu: 1553. Quad. Perusia. Junii.

Praecedentes Edmundi Augerii litterae a P. Polanco emendatae et in Societatis domos missae [1].

JESUS

Pax x.i, etc.

Rerum earum, quas hic Deus Opt. Max. elapso proximi quadrimestris nostro ministerio est operatus, quae occurrerint, paucis exponemus. Fratres omnes iisdem, quibus hactenus, officiis

[1] Apographum in folio duplici, nn. 48 et 51 et in *Historia varia,* t. I, fol. 318.

incumbunt. Sed id animo quidem in dies vigilantiori: quod testatur quotidianus, uberiorque in virtutibus progressus, ac Divini nominis propalandi sitis. Nec eos remoratur loci commoditas minor, quam requiri et possit, et debeat. Studia sane, graviora negotia, quodammodo interceperunt. Studetur nihilominus, quoties datur respirandi tempus, et mirum, quo pacto id praestetur a nobis quod in litteris praestamus, quando et munus docendi totum hominem sic requirat, ut quod superest, vix sit quiescendo. Nemo est in lectoribus, qui non occupetur penitus. Sunt enim in scholis assidui. Quorum labor ut magnus, ita certe non irritus. Augetur enim et discipulorum in virtutibus studium, et in litteris sic promovent, ut neminem hactenus aliquot menses apud nos trivisse poenituerit, effectumque est, ut maiora ab hoc societatis nostrae collegio civitas beneficia et recipiat, et speret. Nec sua spe ludetur (opinor) si Deus suorum conatus secundarit. Actus est hisce Pentecostes festis a pueris publice Dialogus in studiorum laudem, carmine; habitae sunt et aliquot orationes: quod fuit multis gratissimum, et omnibus admirationi. Jamque desiit inter vulgus opinio quaedam teneri, nulli magis quam urbi ipsi, si durasset, offectura. Erat autem morum reformationem quantamcumque vellent a Societate, non litteras sperandas esse; laudetur is ubique, qui vires et contulit, et collaturus est maiores, si tales nos praebuerimus, quales hoc munus desiderat. Nec solum Dominus fratrum opera novos vineae suae palmites fovet, illisque addit incrementum, quin et luxuriantes Patrum nostrorum ministerio putat, et de quibus nulla spes fructus esse videbatur, cum iam a multis annis nihil reddidissent, vixque vitalis humoris in surculo tantillum superesset, largos iam satis proventus pollicentur. Et utinam plures adessent sacerdotes, qui importunis civium precibus possent satisfacere. Detinentur nostri solidos dies in audiendis confessionibus, cum domi, quo plurimi confluunt, illique non vulgares cives, tum foris, in carceribus, hospitalibus, coenobiis, privatisque aedibus: et toto quadragesimali tempore fuerunt frequentissimae occupationes. Novit Deus quanta multorum utilitate, qui sic confessionis Sacramentum frequentare consueverant, ut quid esset, ignorarent plane: aut si adiissent aliquando confessarium, annos ferme totos in adulteriis, furtis, odiis, et id genus criminibus contriverant. Multi decem, alii 15, et 20

annos aliquot peccatorum sordidati coeno vixerant. Et omnes huiusmodi ad nos adducuntur, de quorum salute iam fere apud homines desperatur. Quos Dominus, prout eius est clementia, sic movet ut nihil nunc magis quam peccata horreant. Sunt aliquot, qui se Religioni devovere velint, si liceret admitti. Solitum est hic in profestis Paschae omnibus vicissim in cathedrale templum parochiis convenientibus orari, absolvunturque eiusmodi preces horis 40, adesseque semper consuevit, qui populum hortetur, et modum precandi praescribat; haec provincia fuit nobis delegata, subieruntque munus e nostris duo summo omnium applausu, et non minori fructu. Pergit R.[dus] P. D. Everardus in Psalmorum praelectione: pergit et P. Joannes Niger in explicando doctrinae christianae libello, uterque magno cum fructu. Singulis idem P. Joannes sabbatinis diebus solet concionari iis, qui ab hora quarta et vigesima in templum nostrum precaturi Deum veniunt plurimi, ut nec sit capax locus.

Jam extructus Societati ferme est locus, quem T.[a] P. superioribus (ni fallor) incoeptum acceperat. Est in optimo urbis situ, nullusque Societati nostrae potuisset non dicam dari, sed nec excogitari quidem aptior. Id enim scimus, praeterquam quod R.[dus] D. Proepiscopus, quem sane rerum nostrarum continuum, eumque insignem ducem hic habemus, hoc ipsum testatur. Ibi iam disciputi a fratribus docentur, fiuntque sacra in templo, sed maiorum spes est, habentque Patres ibidem lectiones, et conciones. Nec ignoratur, quantae utilitati hoc sit civitati futurum. Hisce diebus adfuit frequentissima turba. Nemo non probavit institutum, locique structuram. Multo occupatiores fuerunt Patres ob Jubilaeum Perusinis hisce diebus concessum. Nam cum R.[dus] D. Proepiscopus, penes quem res erat, templum nostrum ad hoc delegisset, confessionis Sacramentum, et Eucharistiae quam frequentissime ministrabant, asserentibus multis, se nunquam nactos esse, qui hominem ita totum penetrarent. R.[dus] D. Proepiscopus suos sacerdotes, quos minus idoneos ad Sacra existimat, instruendos, aut in moribus reformandos nobis committere consuevit, hanc enim de societate nostra existimationem concepit, quod in reducendis ad Creatorem ipsum animabus maximopere valeat. Quin et ipsi sacerdotes quoque profitentur, eos qui hactenus degenerarunt, non tam nostris concionibus et hortationibus, quamvis multum eae va-

leant, quam meritis reducendos atque legitimos reddendos. Castella sunt aliquot sub huius urbis ditione, quae Societatis opem oppido desiderant. Faxit Christus, ut et spe iuventur illi sua, nosque alacriores et fideliores Domino famulemur. Civitas haec sane sic fratrum aequanimitatem et patientiam in multis, quae perferenda fuerunt, admirata est, ut nemo sit, qui non dicat meruisse illam Societatis adminiculo destitui, quod postmodum multum erat desideratura. Novitque iam aliquatenus (Dei opt. gratia) maxima civium pars Societatem non hic sua, sed quae Christi sunt quaerere. Quo fit, ut magis ac magis ipsam complectantur omnes, futurumque est brevi, ut nihil eorum, quae ad Dei honorem et proximi salutem aliqua ex parte faciunt, requiri possit. Omnes opem pollicentur, reque ipsa, quod possunt, praestant. Plurimi sunt, qui nihil, nisi quoad per Patris nostri D.^{ni} Everardi consilium liceat, aggrediantur moveantque. Aliquot iam cives in urbe potissimi, in quibus et D. Proepiscopus, et Doctores aliquot, curam sui eidem Patri commiserunt, et in singulis diebus Veneris Decalogi praecepta, hinc enim exorsus est, in unum eumdemque locum coactis interpretatur, maxima eorum utilitate, et nostri desiderio. Jamque eorum memoria periit fere, non absque divinae providentiae nutu, qui (ut scripsimus) umbraticae cuiusdam perfectionis specię vulgus, imo et optimae spei viros et mulieres, misere deceperant. Mirantur omnes Societatem nullum laborum praemium admittere, nullaque rerum externarum spe duci, magisque ob id ipsi fidem adhibent: speramus quotidie in Domino maiora, si semel intellexerint, quorsum nos huc ille vocarit. Et ne inertia nostra praepediantur, nos omnes R.^{ae} T. P.^{tis} omniumque Patrum Divinis sacrificiis, fratrumque ibidem degentium precibus obnixe commendamus. Vale. Perusiae 2 Idus Junii 1553.

T.^{ae} R.^{dae} P.^{tis} indignus filius,

De mandato R.^{di} P. D. Everardi Marcuriani,

EMONDUS AUGERIUS.

CCXXXI

Joannes Baptista de Jesu (Velati)
Patri Ignatio de Loyola.
Eugubio, 30 Junii 1553 [1].

IHS

La gra. e pace de Jesu Chro. S.or nro. sia sempre in nostro continuo favore. Amen.

Giongendo il tempo, R.do P., nel quale dobbiamo render conto a V. R. delle nostre actioni, senza dubio ch' molto mi contristo considerando esser tante le negligentie et tepiditade ch' in niun modo sono di agguagliare alle rare e deboli operationi: non dimeno, piacendo così a quella (deposta ogni excusatione) in brevità dirò quanto il S.or habbi operato per suoi vili instrumenti.

Et primo quanto al domestico. E da laudare summamente Idio ch', quantunque vi sia non pocha materia di distratione per la incommodità del luogo, li frlli. [2] procedino con tanta mortificatione et obedientia, facendo non piccolo progresso in spirito et litere, per modo ch' alle volte è de bisogno adoprar' il freno in l' uno et l' altro. Siamo qui 8, come V. R. sa, li medessimi ch' partimo di Roma. Symone [3], frllo. nostro, all intrare di un novo magistrato, recitò una elegante oratione con molta

[1] Autographae totae manu Joannis Baptistae Velati, in folio duplici, nn. 36 et 37.— Iis pepercit omnino P. Polancus. Aliud non sunt quam italicum exemplum earum, quas latine dederat Oliverius Manareus 31.a Maii praecedentis. Vide supra, n. CCXXIX.

[2] *fratelli.*

[3] Vide supra, pag. 329.

sodisfatione di quello e di tutta la nobiltà che lo acompagnava. All' intrare di un altro (per che ogni doi mesi si mutano) dette il P. Mtro. Oliverio [1] a tre scholari una oratione et diversi versi a recitare, tra quali quello ch' cantò li saphici, diede a tutti grande admiratione et delectatione. Nella schola non si mancha delli debbiti exercitii con lettioni, compositioni di verso et orationi.

Quanto al spirituale. Si seguitò la visita della diocesi, secundo la intentione del Rmo. Sta. ✠, per la quale non aspettiamo puocho frutto. Venevano da lontano li contadini quando sapeano ch' noi andavamo in alcun luogo, per udire la predica et confessarsi, etiam da quelli loci dove già eramo stati. Il concorso di confitenti a nri. Padri è stato grande, così nella quadragesima e giubileo, come fuora di tempo ordinario, etiam de molti che non erano confessati di 3, 5, 10 et 12 anni, mossi gran parte della particolar divotione ch' hanno alli PP. della Comp.[a]; per ch', come ho scritto altre fiate, in questa città siamo troppo honorati; non già troppo per chi ci honora, ma sì per noi. Molti etiam questa quadragesima et in questo nuovo giubileo, confessati altrove, per maggiore loro sodisfatione si riconfessavano da nri. PP. Il P. Mtro. Oliverio ha dato l' exercitii spirituali della prima 7mana [2] ad alcuni non infruttuosamente. Il nro. P. Alberto [3] singolarmente s' exercita nelle cose spirituale, odendo molte confessioni generale, visitando l' hospitale, nel quale alle volte confessa li amalati et alcuni ministri, visitando li infermi per la città con confessioni et racordi a ciascuno necessarii, a tanto ch' già è andato in costume ch' subbito che si amala alcuno, li medici a altri dichino: mandate per un Prete reformato [4]; et così non manca detto P. di giorno et di notte quando è adimandato. Visita spesso li carceri, nelle quale ha udito molte confessioni, solicitando la causa di coloro ch' non hanno chi per loro parli. Fu chiamato detto P. a certi condannati, ostinatissimi nella disperatione, et per gratia del

---

1 P. Oliverius Manareus, rhetorices professor, cui successit Septembri mense hujus anni Joannes Antonius Viperanus. Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 28.

2 *Settimana.*

3 Albertus Ferrariensis, Eugubinae domui praepositus.

4 Ita appellabantur Societatis Patres illis initiis in pluribus Italiae praesertim septentrionalis locis.

S.or si ridusseno, gli confessò, confortò et consolò, quando andavano al supplitio della morte, con molta edificatione. Ha udito Sua Reverentia molte confessione delli più principali della città, come di Viceduca [4], Podestà et consuli, li quali, volendo dimostrare alli giorni passati quanto li fusse grato la nra. presentia, ci invitaro a mangiare con esso loro, et non potendo noi cio recusare facilmente, andarono doi a riconoscere il favore et humanità loro. Visitiamo le feste il P. Mtro. Alberto et io li monasterii delle monache, io con sermoni, il P. con exortationi et confessioni; il quale alli giorni passati, con una più particular' visita, intrando in tutti detti monasterii sottoposti alla cura del Rmo. Car.le S.ta ✠, che sono 4, ha dato rimedio ad alcuni desordini ch' in quelli erano. Io predico in una chiesa, molto commoda al popolo, ogni domenica con grande concorso: nella quale si è dato principio (con il favore del S.or Dio) alla frequentatione del Santiss.o Sacramento, secundo l' uso di nra. Comp.a, cosa molto nova in questa città et non senza alcune contraditioni. Dano molte lode a Iddio di haver la predica a questi tempi, fuora di ogni costume della città, et gustano molto quella con apparente emendatione della loro vita. Questa quadragesima anchor che havessimo molte occupationi circa la visita della diocesi, parve al S.or Vic.o che io predicasse la Passione, la mattina del vener santo, nella chiesa de frati de servi; et così feci predicando vicino a 4 hore con tante lachryme de auditori che spesse volte, per li loro pianti, era turbato; et vi fu tanto populo ch', non potendo capire nella chiesa nè comodamente udire a stare di fori, appogiorno le scale alle porte et sopra quelle udivano. Nelle feste della Penthecoste parve similmente al S.or Vic.o ch', havendosi a fare una processione generale pro imploranda serenitate, che io predicassi nel Domo, per exercitar il populo ad andarvi con divotione. Et così feci, congregati che furono tutti li religiosi con il populo, reprehendendo acerrimamente li peccati, quali sogliono provocare Idio a mandare le troppo pioggie, tempesta et altri flagelli.

Questi pochi, R. P., sono li frutti che ha produtto la nra.

---

[4] Erat tunc temporis Eugubium sub ditione Ducis Urbini. POLANCO, *Chronicon*, t. II, pag. 444, ann. 1552, n. 63.

sterile vigna, mercè al pio Agricortor *(sic)* Idio, che si è dignato usare de sì vili instrumenti. V. R. ci perdoni se dal canto nro. siamo stati negligenti, et preghi il S.[or] ch' ci dia gratia ch' possiamo riscaldarci nell amor suo, getando via tanta tepidità ch' impedisse la salute nra. et quella del prossimo nro.

Di Augubio, l' ultimo di Giugno 1553.

D. V. R.[da] Paternità.

Servo indegno,

Gio. Batt.[a] de Jesu.

Superscriptio: Al molto R.[do] in chro. Padre il P. M. Ignatio de Loyola, preposito generale della Compagnia de Jesu. In Roma.

Alia manu: Augubio, ultimo di Giugno, 1553.

CCXXXII

Leo del Giglio
Patri Ignatio de Loyola.
Florentia, 1 Julii 1553 [1].

JHUS MARIA

Gra. et Pax Dni. nri. Jesu Chri. sit semper nobiscum. Amen.

De profectu Collegii ac rei nostrae familiaris deque confessionum fructu singulis singulorum quadrimestrium litteris admonuimus; haec autem omnia Rdi. P. Jacobi *Laynez* [2] adven-

---

[1] Autographae totae manu Leonis del Giglio, in folio duplici, n. 63.—A Polanco addita aut mutata, quae paucissima sunt, litteris italicis distinguemus.

[2] Advenerat Florentiam P. Laynez sub autumnum superioris anni. Polanco, *Chronicon,* t. III, pag. 57, n. 98.

tus ad meliora promovit; inde enim plures litterarum ac morum cultum accepturi ad nos venire coeperunt et Ducis [1] erga nos benevolentia major et verior apparuit.

Nunc scripturus quae intra hos quatuor menses proxime decursos contigisse memini, illud primum T. R. P. exponam, quod P. Jacobus morienti Pro-regi Neapol. [2] astitit, Uxoris Ducis, nimirum illius filiae, nomine accersitus. Illo autem vita functo *ut vere christianum principem decebat mori* [3], eadem domina felicem mortuum appellabat; laudes, inquit, Deo tulerim, quod [4] parentem meum a propriae mansionis [5] familiaribus, velut a domesticis inimicis, remotum, huc adduxerit, nostras inter manus, Patrem Jacobum alloquebatur, moriturum sicque facilius animae salutem adepturum. Quibus verbis declaravit quam honorifice de Patre sentiat, ac in eo probitatem diligat.

Porro, quod ad hanc ipsam [6] pertinet et ad ipsius in pietate progressum spectat, non parum profuit idem Pater, siquidem inter caetera suadenti illi ac hortanti ut quaedam amplecteretur, quae ad ipsius salutem facerent, libenter, ut audivimus, morem gessit. Praeterea apud eamdem quanta sit Patris authoritas, in aliorum negotiis facile ostenditur: nam, si quid postulat aut pro quocumque precetur, vix ullam patitur repulsam, sed fere omnibus pro voto respondet. Quod apertius superioribus diebus patuit. Etenim quidam adolescens, furti accusatus ob idque morti dijudicatus, cum, obstinato animo, quae brevi et christiane morituri maxime intersunt, respueret, P. Jacobus ad eum perducitur, tantumque valuit ejus praesentia, ut ferox juvenis ad meliorem mentem conversus ultro apud eum et peccata deposuerit [7], et animum tanta religione tactum exhibuerit,

---

1 Dux Florentiae Cosmus.

2 Petrus de Toledo, qui dum ad Senense bellum se parabat, Florentiae diem obiit supremum 22.ª Februarii hujus anni.—Ejus filia, Eleonora, uxor erat Ducis Florentini.

3 Haec quae Polancus addidit, vera omnino sunt. Non enim falsa inserere auderet his litteris, quae in omnes Societatis domos mittebantur legebanturque non a Sociis tantum sed ab aliis, iisque primariis viris (Vide POLANCO, *Chronicon,* t. II, pag. 296, n. 264, et *Litterae quadrimestres,* t. I, pag. 394), quibus optime notus erat Neapolitanus Pro-rex. Vide tamen quae ipse Polancus habet in *Chronico,* t. III, pag. 58, sub finem num. 98.

4 *gratias agens* Deo quod. Polancus.

5 *domus.* Polancus.

6 Ducis Florentiae uxorem.

7 *confessus fuerit.* Polancus.

ut nemo non illius vice afficeretur dolenter. Pater quoque, eadem ratione commotus, obscurissima quamvis nocte, ad Ducem misit, qui efficeret ut illud crimen reo condonaretur. Hoc petenti nequaquam denegatum fuit, quin immo eo temporis articulo suspensa revocataque sententia, adolescens, morti destinatus, vita donatur. *Quam, ut speramus, in Dei obsequium impendet.*

Sunt nonnulli magnae nobilitatis et authoritatis viri, qui P. Jacobum et observant, et valde diligunt, quorum labore in hanc spem venimus, ut Divi Joannini aedes nobis ascribatur, locus admodum appositus, tam ad docendas litteras quam ad communem animarum salutem procurandam; et, quamquam multorum confessiones audiuntur, plures tamen ea de causa convenient, si Deus hanc loci opportunitatem non recusabit aliquando nobis permittere. Plurimi in carcere nostris Sacerdotibus conscientiam patefecerunt et eorum praesertim, qui multo ante tempore poenitentiae sacramentum non adierant. Inter caeteros quidam intra viginti annos non confessus, tandem animi sui perniciem [1], rescissis vulneribus, salutariter effudit.

Nobilis quaedam matrona et apud Ducem primaria [2] nostris studiis favet plurimum; eique [3] nos nostramque paupertatem tanta cura commendavit, ut lachrymae amorem erga nos singularem testarentur.

Scholastici nostri in litteris et moribus proficiunt, nos amant, libentissime scholas nostras frequentant. Pater ad horum in spiritu frugem in suscepta christianae doctrinae interpretatione pergit. Paucis ante diebus Ducis liberi majores natu huc ad nos venerunt, in quorum gratiam quidam ex nostris scholasticis orationem habuit. Deinde pueri, pusilli admodum, in doctrina christiana interrogationes pias pariter et suaves exhibuerunt; majores vero in litteras graecas et latinas eleganter et argute disputarunt. Has contentiones alter adolescens carminibus terminavit. Et haec omnia inter pueros magna omnium cum voluptate facta sunt.

Haec scribenda habui. De reliquo nos omnes vehementer T. R. P. orationibus commendamus.

---

[1] *saniem.* Polancus.
[2] Maria de Gondi? Vide Polanco, *Chronicon,* t. ii, pag. 515, n. 246.
[3] Duci.

Florentiae, calendis Julii 1553.
T. R. P. indignus servus in Christo.

LEO LILIUS.

Superscriptio: R.do in Chro. P. P. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.
Alia manu: Quad. Florent. Cal. Julii.

CCXXXIII

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 1 Julii 1553 [1].

Ex litteris eiusdem P.tris Leonardi, primo Julii.

Diebus dominicis pergo concionari in Ecclesia S.ae Agathae, nec parvo cum fructu, quantum intelligo; auditorum enim numerus semper augetur, multa etiam frequenter audio suspiria et gemitus, libenter nos audiunt; dominus etiam sua gratia dat satis abundanter dicere, alii nescio quid velint contribuere, ut continuare vellem. Valde aedificantur omnes quod nihil accipimus, et tanto sunt diligentiores in vita corrigenda quanto vident nos paratiores ad ipsis inserviendum gratis.

Inter caeteros, ad quos vocatus fui, ad unum perveni, qui iam ante annos quinque se tradiderat diabolo, et Creatori suo renuntiaverat, per quem Sathan iam multa mala operari incoeperat, sed per confessionem et sacrae Eucharistiae sum-

---

[1] Apographum in *Historia varia,* vol. I, fol. 305.

ptionem liberatus est; iam mundum reliquit, et se totum Christi servitio mancipavit.

Unum in exercitiis habuimus, qui per dies aliquot et noctes se a lachrimis continere non potuit prae nimia admiratione bonitatis Dei, Creatoris sui, erga eum, qui se dare Societati maxime cupit, sed nondum admisimus: iuvenis est 19 annorum, naturalibus bene dotatus et dives, etc.

Vicini nostri incipiunt frequentius confiteri et communicare quam solebant, in nostra Missa.

Pestis in dies magis grassatur Coloniae. Non dubito quin dominus valde sit nobis offensus. Quum primum homines infirmari incipiunt, perdunt loquelam, et post diem unum, aut citius, mortui sunt. Consules, et clerus, et nobiles omnes valde perturbati sunt, in suis villis manent. Populus iam incipit timere et devotior fieri, ita ut iam nobis spes sit amplioris messis, quam antehac unquam.

R.ae P. V.ae

Servus indignus,

Leonardus Kessell.

CCXXXIV

P. Paulus d' Achillis
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 2 Julii 1553 [1].

JESUS ✠ MARIA

Molto R.do in Chro. Padre.

La gra. e pace de Chro. nro. S.or sia sempre in nro. continuo favore.

Padre, il venerdì passato ritornai de Bivona a Palermo per la Iddio gra. sano. Lassai ivi con la S.a Contessa [2] il P. Mtro. Antonio Vinck, della cui venuta molto si rallegrò sua Sria.

In quello tempo, che ivi son stato, ho predicato a uno monasterio de monache, quali se reformorno, stando li il P. Provinciale Mtro. Hieronimo [3] con sua Excell.a [4]; hora stanno assai consolate; hanno ogni cosa in communi, conciosiache, avanti, tutte erano propietarie. La Sra. Contessa non manca de agiutarle in ogni suo bisogno. Dipoi leggeva doe volte la settimana la dottrina christiana, alla quale venivano li maestri con li suoi scholari, et alcuni sacerdoti, et altra gente di corte et della terra; visitava l' hospitale et riferiva il bisogno a Sua Excell.a [5], quali provedeva di medici, medicine et delle cose necessarie per il victo. Ho confessato alcuni incarcerati

---

[1] Autographae, totae manu Patris Pauli d' Achillis, in duplici folio, n. 185.
[2] Comitissa de Bibona, Eleonora de Vega, Pro-regis filia.
[3] P. Hieronymus Domenech.
[4] Pro-rex, Joannes de Vega.
[5] Scilicet, Comitissae.

et procurai con la Sra. Contessa che sua Sria. li facesse dar' alcuno aiuto quanto al victo loro, perche alcuni erano che pativano molto di fame. Degnasi sua divina Maestà servirsi di tutto. La gente della terra molto ci amava et prestava riverentia; dil che sia la laude a Iddio benedetto, cui honor et gloria in saecula saeculorum.

La Signora Contessa, partendomi, mi commisse che nelle mie litere in nome suo pregasse V. P. che pregasse per sua Sria. Stava assai bene. Dio nro. S.or la confirma nelli sui sancti desiderii.

Essendo io in Bivona, recevi quella di V. P. delli 12 del passato, et con quella uno jubileo universale; et perche V. P., quanto alla promulgatione de quello, si referisse al P. Provinciale, ho scritto a Sua R.a quello che li pare che si faccia; et così spettarò l' ordine di Sua R.a Quanto al altro jubileo, che portò Sua R.a [1] de Roma ad instantia di sua Excell.a, anchora non è promulgato; ma credo che presto si promulgarà con la gracia del S.or

Con la medesima ricevì la concessione de V. P. per poter alienare la parte delle rendite per la necessità nella quale hora si retrovano; et hieri ricevì quella di V. P. delli 15 del passato, nella quale revoca la detta concessione. Ogni cosa ho mandato al P. Provinciale, accioche veda la voluntà di V. P. et mi ordina quello che ho da far.

Ho ritrovato, venendo di Bivona a Palermo, alcuni delli fratelli infermi; ma pur hora stanno meglio per la gratia del Signor. Maestro Michael [2], quale il P. Provinciale haveva lassato qua per Superiore in absentia de tutti doi [3], che la altra settimana fu uno poco indisposto, già sta bene per la gratia dil S.or; hoggi ha predicato, secondo il suo solito, et con molta diligentia questi pocchi giorni ha fatto l' officio suo.

Tutti li Padri e Regenti sono assidui nelle sue lettioni et essercitii, tanto delle schole quanto della chiesa. Il numero delli scholari e 300; ogni giorno ne viene alcuno alla prima schola, et spero che anchora nelle altre schole superiore crescerà il numero.

---

1 P. Hieronymus Domenech.
2 Michaël Botellus.
3 Absentibus Provinciali Domenech et Rectore Achillis.

Dio nro. S.or ne dia ad intendere la sua s.ma voluntà, et gra. per sempre adimpirla.

Di Palermo alli 2 de Giulio, 1553.

Di V. R. P.

Indignissimo servo in Giesu Chro.

PAOLO DE ACHILLI.

Superscriptio in quarta pagina: † Al Molto R.do in chro. Padre il P. M. Ignatio de Loyola Preposito Generale della compag.a di Giesu.

In Roma.

Alia manu: 1553. Palermo, Del P.e Don Paolo, 2 de Luglio.

Vestigium cerae et sigilli.

CCXXXV

P. Petrus de Santa Cruz
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 11 Julii 1553 [1].

† IHS

Muy R.do Padre.

Gra. et pax Dni. nri. Jesu Christi sit semper in cordibus nostris. Amen.

Nro. Señor sabe bien quanta repugnancia sentia mi sensualidad en hauer de escrevir á V. P., por ser yo tan indigno y tan

[1] Autographae manu Patris de Santacruz, in duplici folio, n. 547.

desaprovechado para esto, como para todo lo demas; mas empero adonde la obediencia entra, no tiene lugar la repugnancia, por mucha que sea. Así que, aunque haya poco que llegamos á esta ciudad de Lisbona, todavia daré parte á V. P. de algunas cosas, como verá abajo en la carta.

El fruto de los ejercicios espirituales por la bondad del Señor se aumenta cada dia, como se ve por la obra, así por las predicaciones y doctrina como por las confesiones. El P. Gonzalo Vaz predica los domingos y fiestas con gran auditorio y muy acepto á todos segun paresce. El P. Miron hace la doctrina los mismos dias, de las 4 á 5. Despues de comer tiene asi mesmo grande auditorio y toda gente muy onrrada y devota. Empezó á declararles los siete pecados mortales, y ansí va adelante; aunque, bendicto Dios, tiene mucho trabajo; porque casi cada dia va fuera y despues acude á las confesiones. Porque son tantas, que no pueden á veces los Padres, aunque continuamente estan confesando tres, cuatro, cinco, seis Padres, comenzando por la mañana hasta bien tarde.

Dicen los Padres que se confesaran cada mes en casa cerca de mil personas con los estudiantes. Resciben ansí mesmo mucha gente el Santísimo Sacramento por toda la semana, de manera que nunca está la iglesia sin gente, poca ó mucha, aunque está en lugar remoto y poco cómodo para venir gente.

El P. Carnero partió víspera de San Pedro y San Paulo con el P. Simon no sé si llegará con él á Roma [1]. Si allá fuere, él le dará perfecta razon de todo esto; y ya, bendito Dios, no se habla del P. Mtro. Simon nada como solia, porque han entendido la cosa como pasa. Nuestro Sr. le perdone, que harto trabajo dió á nuestro P. Mtro. Miron el tiempo que acá estuvo, por la gran repugnancia que sentia en salir de acá.

Los hermanos, por bondad de Dios, estan buenos in utroque homine y parece que caminan bien via recta; sino yo pecador, que voy siempre por el sendero como imperfecto. Los Maestros van con sus ejercicios de letras adelante. Parésceme por bondad de nuestro Señor que es este un negocio de mucha importancia á donde claramente se ve el mucho fruto que en él se hace, ansí en letras como en virtudes, y se espera aumento

---

[1] Vide Polanco, *Chronicon*, t. iii, pag. 13, n. 17.

en él de cada dia, porque, segun aquel dicho de Horacio: *Colloquia prava bonos corrumpunt mores* [1]. Ansí por el contrario me paresce en estos escolares que con su buena conversacion, que tienen con los otros estudiantes, *malos vertunt in bonos;* como los vemos que vienen cada dia, si los quieren recibir. Los dias pasados despidieron muchos por no haber lugar para tantos, aunque todavía se resciven ahora, porque los de la tercera clase tomaron una de las mayores tres clases [2]; empero presto será llena segun vienen. Seran entre todos pasados de trecientos y treinta studiantes, antes más que menos, y si hubiese lugar, podrian ser muy presto más de otros ciento de nuevo.

Es para dar gracias á Dios los buenos deseos que tienen de se aprovechar; vienen de mañana á las 6 horas, y oyen misa de 6 á 7, y entran en las escuelas hasta las 10; y á la tarde de 4 á 6 por causa de los calores. Vienen á la doctrina domingos y fiestas, cada uno á su clase, de 3 á 4; y de 4 á 5 oyen dellos al Padre en nuestra iglesia.

Los dias pasados pasaron por aquí cuatro Maestros de Coimbra para Evora, los tres para leer humanidad, *scilicet,* Pero Perpiñan, valentiano, Marcos Nuñez y Nuñalvarez [3], portugueses, Marcos Jorge para leer casos de conciencia y él es portugués. Espérase tambien allá mucho fruto en lo uno y en lo otro. Nuestro Señor lo aumente para su santo servicio.

Aquí en casa hacen dos hombres los ejercicios; dicen que son hidalgos; uno de ellos paresce que servirá á Dios aquí ó en otra religion. El otro paresce tener negocios, mas empero muestra voluntad para hacer lo mismo en algun tiempo. Nuestro Señor les dé á sentir aquello que él fuere más servido. He oido decir que un clérigo de buenas partes, que predica, pide con mucha instancia que le rescivan, habiendo un año que persevera en sus deseos. Acá somos pocos y plegue á Dios que seamos tales como devemos.

---

[1] Fefellit memoria Patrem Santacruz; non enim est hoc dictum Horatii, sed S. Pauli, I Cor., xv, 33, qui id, ut post S. Hieronymum refert Alapide, desumpsit ex Menandro. Paululum tamen ibi aliter est, scilicet: *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.*

[2] quoniam ii, qui in tertia *schola* sunt, unam ex amplioribus *aulis* sibi acceperunt.

[3] Nonius vel Nunius Alvarez. Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 425 et observa cum his non perfecte congruere quae habet FRANCO, *Synopsis annalium Societatis Jesu in Lusitania,* an. 1553, n. 14.

Estos dias dejó el P. Mtro. Miron de aceptar un Colegio en el Algarve por falta de gente [1]. Nuestro Señor nos acresciente en número y virtudes.

Víspera de San Juan llegó una nao, que iba para la India, en la cual iban el P. Francisco Viera y el hermano Antonio Alvarez; y volvió del camino, porque tomaba mucha agua por bajo y no tenia remedio; dicen que llegaron cien leguas de esta parte de la línea [2].

Los dias pasados habló por dos veces un oficial del Rey al P. Miron cómo su Alteza deseaba que le diesen un P. de la Compañia para el hospital de la ciudad (que es cosa muy grande) para que tuviese alguna superintendencia sobre los clérigos y curas del dicho hospital, y para visitar y ayudar á morir á los enfermos, etc., etc. El P. Maestro Miron lo trató con los Padres y Hermanos y, presupuesto que el Rey paresce será contento de lo que nuestro P. Mtro. Miron ordenare, y, como acá hay poca gente para tal cargo, concluian primeramente no se deber la casa obligar á esto sino que *ad tempus* mandarian allá, aora Padres, aora Hermanos, para ayudar á los enfermos. Paresciales tambien que en ningun modo se debia aceptar jurisdiccion alguna sobre los clérigos y cura del hospital, etc., etc., porque de aqui se podrian seguir murmurationes, etc., etc.

Estos dias tambien por bondad de nuestro Señor se ha concluido el negocio del Preste [3], porque el Rey se determinó á mandar luego allá Patriarca de la Compañía, porque quiere entregar esta cristiandad solamente á la Compañía, para que no entienda otro en eso, y teniendo para sí que no hace en ello merced á la Compañía, sino que la Compañía le hace á él grande servicio; y sobre esto escribe á Su Santidad y á V. P. El P. Miron dió cuenta de ello á los Padres y Hermanos para que se encomendase á Dios y para ver qué poderes se pedirian al Papa; finalmente se concluyó ser necesario que el Patriarca llevase todos los poderes del Papa en aquellas tierras y otras que se convirtiesen, y que, muriendo el tal Patriarcha, se pu-

---

[1] Vide tamen Polanco, *Chronicon,* t. iii, pag. 432, n. 955.

[2] de la línea *aequinoctialis* dicta. Vide Polanco, *Chronicon,* t. iii, pag. 415, n. 914 et annot. 1.

[3] Prestejuan, Prestejoannes, ut vocabatur Aethiopiae Rex. Vide *Cartas de San nacio,* t. i, Apéndice ii, n. 27, pág. 509.

diese elegir otro hasta se proveer de Roma quién lo deba ser; y esto, porque no se pueden acá mover tantas dudas, que allá no se hayan de levantar muchas más; así tambien, porque la navegacion de la India para allá es ahora más peligrosa que en los tiempos pasados por una ciudad, que los turcos tomaron, que se llama Aden, segun dicen, de donde salen á correr el mar y hacen mucho mal. Nuestro Señor nos dé gracia para que seamos verdaderos hijos de la santa obediencia hasta la muerte. Amén.

De Lisbona á 11 de Julio de 1553.

indigno hijo de V. P.

SANTA † [1].

El P. Hierónimo Nadal llegó á esta ciudad á ocho ó nueve de este mes. Consolónos mucho *in Domino* su venida. Platícanos las constitutiones de ocho á nueve despues de cena cada dia. Anda ahora negociando para que en esta ciudad haya Colegio y casa de la Compañia, que estén separadas, y creo verná en efecto con ayuda de Dios.

El P. Miron se partirá luego para Evora á dar orden para que se empiece á leer para Nuestra Señora de Agosto [2].

El P. Hierónimo Nadal tambien se hallará á este tiempo en Evora.

Creo yo que dará él cuenta de todo á V. P.

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do P. en C.to el P. Mtro. Ignatio Preposito general de la Compañía de Jesus, en Roma.

Alia manu: 1553. Lisbona, di 11 di Luglio.

---

1 Ita, nomine suppresso; sed nulli dubium esse posse videtur quin sit P. Petrus de Santa Cruz, Patris Gundisalvi Vaz comes et in labore socius, quocum primis hujus anni mensibus Ulyssiponem pervenerat ibique concionabatur. Vide POLANCO, *Chronicon,* t. III, pag. 406, n. 892.

2 Die 15.a Augusti, quo celebratur festum Assumptionis Beatae Virginis Mariae.

CCXXXVI

P. Hieronymus Domenech
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 12 Julii 1553 [1].

†

Muy R.do in X.o Padre.

Pax X.i sit semper cum omnibus, amen.

Las cartas de V. P. del 26 del pasado hemos recebido poco ha, y con ellas mucha consolacion en el Señor, por entender las buenas nuevas que nos escriben, del Dr. Torres [2], Maestro Nadal y de Spanya [3]. El Señor sea por todo alabado. Acá por gracia del Señor se ha ya publicado el jubileo [4], y lo hemos hecho estampar, para enviarlo por el reino con cartas de Su Excelencia [5], encomendando mucho su publicacion; y hoy, placiendo á Dios, se expediran dichas cartas. Hemos tambien hecho estampar una ordenacion, que se ha de observar por todo el Reino, sobre el hacer oracion contra la armada [6]. Ultra de esto la corte, aunque muy povera [7], ha hecho limosna de cien onzas para

---

[1] Autographae, totae manu Patris Joannis Hieronymi Domenech, in duplici folio, n. 144 et 145.

[2] P. Balthasar de Torres. Vide Polanco, *Chronicon*, t. iii, pag. 8, n. 6, et pag. 204, n. 436.

[3] *España,* Hispania. Vocabulum hoc scribit Domenech more patriae, quae ipsi erat Valentia.

[4] Hoc jubilaeum mense Julio Messanae publicatum fuit, ut videre est apud Polanco, *Chron.*, t. iii, pag. 197, n. 419. Vide etiam supra, n. ccxxxiv, litteras Patris Pauli de Achillis, pag. 349.

[5] Joannes de Vega, Pro-rex Siciliae.

[6] *contra la armada,* sc., adversus classem turcicam, seu ut eam Deus a Siciliae oris, quibus minabatur, averteret. Vide Polanco, *Chron.*, t. iii, pag. 222, n. 487.

[7] *povera* est italum verbum, cui respondet hispanicum *pobre*.

repartir en tres ó cuatro tierras principales por los monasterios más pobres; yo he repartido por acá y el P. D. Paulo [1] que tiene el cargo de repartir la limosna de Palermo. Y se han tambien repartido las 24 horas [2] por estos monasterios, de modo que *sine intermissione* se hace oracion por los conventos.

Ultra de esto, viendo la devocion de mucha gente, que viene á la iglesia nuestra, propuse yo á los confesores de casa si les abastaría el ánimo de ordinar que, de tantas familias que venian á confesarse y personas particulares, que entre todas se repartiesen las 24 horas, para que en casa propia cada una hiciese oracion su hora, y así *sine interruptione* hubiese oracion de estas personas devotas. Maestro Stephano [3] se offeresció de repartir todas 24 horas por las personas que confiesa y el mismo Mtro. Cornelio [4]; y así se ha hecho, y se continúa, no solo de algunas personas particulares, mas, en las más horas hay familias, que en su casa hacen dicha oracion.

Mas cuando la armada era ya aparecida ahí en Calabria, Mtro. Hierónimo Otello propuso en su prédica que sería bueno que hiciesen una devocion, que se suele hacer ahí en Italia, y particularmente en Roma entiendo que hay una Compañia, que tiene muchas indulgencias del Papa, que suele hacer esta devocion tres veces al año, y es una oration continua por 40 horas en la iglesia, delante el Sacramento, mudando las personas cada hora, veniendo las mujeres de dia y los hombres de noche, una, que cabe en estas 40 horas [5]. Ha placido tanto esta devocion al populo, que es venida una multitud de gente á inscribirse y prometer de venir su hora y preguntando si durará esto más dias; que cierto me ha maravillado de ver la devocion grande y cómo se han affectado á esta oracion, no solo los devotos de la casa, mas otros, que no solian venir, se han inscrito

---

1 P. Paulus d' Achillis, Panormitani Collegii Rector.

2 Viginti quatuor diei horae.

3 P. Stephanus Baroëllus.—Fuit quidem hoc anno in Collegio Messanensi alius cognomine Stephanus, videlicet Franciscus Stephanus Valentinus; sed 1.º hunc sacerdotem hoc tempore jam fuisse non constat, imo eum POLANCUS, *Chronico,* t. III, pag. 200, n. 427 simpliciter Franciscum Stephanum Valentinum nominat, haud praefixo P. (Patrem); 2.º is, mense Septembri, Joanni Antonio Viperano, nondum sacerdoti, in schola rhetorices Messanae successit.

4 P. Cornelius Wishaven.

5 Vide hic confirmata, quae de iis disseruimus in POLANCI, *Chronico,* t. III, pag. 198, annot. 1.

ya. Hablaré al Visorey sobre ello y si le parece se empezará el lunes, á 8 horas, y se acabará al otro dia sequente á la Ave Maria [1].

Yo cierto, cuanto mas va, me maravillo de la devocion de esta tierra, y particularmente de dos cosas: la una que todos los más, que se confiesan de ocho á ocho dias, vienen el viérnes y sábado á confesarse para comulgar el domingo, de modo que, cuando han de comulgar, brevemente se despiden, y ansí se puede un gran número de personas comulgar, lo que no se ha visto en otras partes [2]; lo otro es que, entre la semana, cuando se lee, viene gente, que algunas veces, como es el viérnes, se hinche la iglesia, y esto, aun leyendo yo de casos de conciencia, que no me paresce se puede mas encarecer. Bendito Dios. Ayer me dijo el Sr. Juan Osorio [3] que eran venidas cartas de la corte y que vendría presto el despacho que esperamos, sobre la Abadía de Palermo [4] para que se pudiese tomar posesion de ella, y más, de que habian escrito de que el Emperador era contento á la primera ocurrencia hacer gracia de otra Abbadía para el Collegio de Messina y que lo dijese á los jurados; y ansí lo hice; y despues lo entendí del Virrey. Bendito sea el Señor, que tanta cura tiene de proveher estos Colegios. El ve la necesidad que de ello hay que se proveha de otra parte que de la ciudad.

Agora estamos en la 2.ª semana del jubileo y se procura que los carcerados no pierdan una tanta gracia.

Todos humilmente nos encomendamos en los Santos Sacrificios y oraciones de V.ª P.

De Messina á 12 de Julio de 1553.

De V. P. siervo en Jesucristo,

Jo. Hieronimo Domenech.

---

1 á la Ave María; ad solis occasum, cum pulsantur campanae et populus invitatur ad recitandam angelicam salutationem.

2 Ex his facile eruitur, quamvis non certo, morem hunc apud Messanenses tunc temporis fuisse ut qui ad sacram mensam erant accessuri, licet pridie aut altero ante communionem die peccata confessi, confessario se eodem die, quo erant sacram eucharistiam sumpturi, sisterent pro eo, quod vulgo dicitur reconciliatio.

3 Vide supra, t. i, pag. 94, annot. 2.

4 Abbatia Sanctae Mariae de Crypta seu *de la Grotta,* alias Sancti Philippi, de qua saepius in his *Quadrimestribus litteris* et in Polanci *Chronico,* Aguilera, Orlandini, etc.

La casa, que se pretende de hacer al modo de esa de los Tudescos [1], espero en el Señor irá adelante; ya esta ciudad ha offerescido una muy buena casa para habitacion cerca del Colegio, y por agora se hacen las cartas para los prelados, que con esta faria [2] de la armada, que vino estos pasados [3], no se pudo entender en ello. V. P. tenga por encomendada esta obra.

Bendito sea el Señor que, habiendo hecho mucho mal esta armada en Calabria, en este reino no ha hecho ninguno; algunos lo atribuyen á las orationes y limosnas.

Superscriptio in quarta pagina: Al muy R.do In X.° padre Il p. m. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Còmp.a de Jesus, en

Roma.

Alia manu: 1553, Messina, de m. Hier.mo Domenech, 12 de Luglio.

Vestigium cerae et sigilli.

---

1 *al modo de esa de los Tudescos,* ad instar Germanici Collegii, "ad modum Germani„. POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 223, n. 490.

2 Sic; rectius fortasse *furia*.

3 Supple *dias*.

CCXXXVII

Lucius Croce
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 3 Augusti 1553 [1].

IHS

R.^{de} in Christo Pater.

Evoluto proximo quadrimestri, ordo ipse jam exposcere videtur ut praescripta provincia a nobis susciperetur ac de his omnibus tuam paternitatem [2] certiorem faciamus, quae hoc peracto quadrimestri acta sunt.

Et initium sumam a R.^{do} Patre Hieronimo Natali, cujus adventus quam gratissimus omnibus fuerit, vix longa oratione possem explicare. Hoc dumtaxat ad tuam pat. scribam: tanta humanitate atque omnium applausu fuisse exceptum, praesertim a Pro-rege [3] et ab ejus uxore [4], ut quodammodo iniquo animo tulerint ejus discessum, ac si inter eos diuturna familiaritas intercessisset; ut interim praeteream Archiepiscopum va-

---

[1] Autographae in folio duplici, n. 471.—Earum a Polanco, ut moris erat, emendatarum extat apographum in folio 658. Quae emendavit ille, ad calcem nos paginae apponemus.

[2] ut *de rebus nostris* tuam Paternitatem. Polancus.

[3] Bernardinus Cardenas et Pacheco, II Maquedae Dux, I Marchio de Elche, qui antea fuerat Navarrae Pro-rex, de quo plura in Polanci, *Chronico,* et in Vita S. Francisci Borgia, auctore Card. Cienfuegos.

[4] Elisabeth de Velasco, filia Eneci Fernandez de Velasco, Comitis stabilis *(Condestable)* Castellae, de quo plura in Polanci, *Chronico.*

lentinum [1], Praefectum hujus urbis [2] ac reliquos viros patritios [3], qui Societatem mira quadam benevolentia prosequuntur.

Eo tempore, quo Pater Natalis hic agebat, quidam scholastici hujus valentinae Academiae (ut illorum vetus est mos) eum convenerunt, maxima modestia rogantes ut in Societatem admitterentur. Pater autem Natalis, cum animadverteret inopiam hujus ac aliorum collegiorum necnon [4] periculosa tempora, quibus posset eos in Italiam aut in Siciliam mittere, eos ad perseverantiam tamquam ad ultimum refugium hortatus est. Nec defuit quidam adolescens jam philosophus, Societatem ingrediendi tam cupidus, qui, semel nostrum collegium ingressus, nec fraternis admonitionibus nec aliis id genus admonitionibus ei animo inducere poteramus, non posse hoc tempore quemquam in Societatem admitti; facta jam grandi nocte, Pater Natalis commiseratione motus eum hac ratione alloquutus est: hac nocte in collegio dormies, et in posterum tibi persuadebis te jam in Societatem admissum; interim tamen domum redibis, Deoque diligenter servies ac sedulam operam litteris dabis, donec oblata occasione alio mittaris.

Cum Valentiam jubilaeum, sive indulgentia a Summo Pontifice concessa, pervenisset, Patres fuerunt adeo occupati in confessionibus audiendis, ut vix illis liceret cibum capere aut saltem paululum quiescere. Inter alios, qui ad nos se contulerunt confitendi gratia, hos operae pretium duxi annotare. Primus inter hos repertus est quidam senex, qui triginta annos inhoneste ac turpiter vixerat, nec unquam confessario sua crimina aperuerat; alius inventus est qui decem annos in periculo vitam egerat; postremus quatuor annis eodem morbo laboraverat.

Eo tempore, quo Patres essent hujusmodi honestissimis ac sanctissimis negotiis irretiti, quidam ex illis, salute animarum commotus [5], accepto crucifixo, in forum se contulit; locum quemdam editum ascendendo, convocata frequenti concione, miro quodam charitatis ardore concionari coepit, valentinorum segnitiem in fruenda indulgentia acerbe increpando; cumque

[1] Sanctus Thomas a Villanova.
[2] Ludovicus Ferrer. POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 375, n. 825.
[3] *Primarios*. Polancus.
[4] Verba haec *inopiam hujus et aliorum collegiorum necnon* cancellavit Polancus.
[5] Addidit hic Polancus haec: *quod minus frequentes homines quam vellet ad confessionem accedere videret.*

multitudo illa rem ita novam atque hactenus inauditam intueretur non sine effusione lachrymarum, atque maximo terrore illorum animi commovebantur, et omnes uno ore rem tam memorandam comprobabant. Nec illud silentio praeteream fuisse in causa ut multi eodem diplomate fruerentur [1], quorum animi prius alienissimi erant.

Numerus confitentium, qui ad nos accedunt, non exiguus est, et in dies augetur, ac multo majus sumeret incrementum, si templum constructum haberemus ut tam viris quam mulieribus liceret ad nos accedere, quod brevi (ut in Domino speramus) assequemur, praesertim cum Dominus Petrus Domenechus, pater ac protector nostri collegii, eam exhibeat curam et diligentiam quales tam pio viro dignae censeantur.

Pomeridianae lectiones, quae in nostro collegio diebus dominicis ac festis praeleguntur, non sine magna auditorum copia atque animarum salute prosequuntur.

His diebus proximis, accepta quadam epistola a Patre Natale, qua praecipiebat nostro praefecto [2] ut quidam ex fratribus una cum aliis in Baeticam se conferrent, ut initium darent collegio cordubensi, quod brevi erigetur, et antequam hinc discederet, curavit praefectus ut frater, nomine Marcellus [3], laurea corona insigniretur et postremo septem artium liberalium professor crearetur. Quod Dei Opt. Max. beneficio factum est in hac valentina Academia non sine maximo professorum atque scholasticorum consensu.

Faxit Deus ut veram illam coronam, quam ipse promisit diligentibus se, tandem assequamur.

Vale. Valentiae, tertio non. Augusti, anno a partu Virginis 1553.

Tuus indignus filius,

Lucius Crucius [4].

Superscriptio in quarta pagina: ✝IHS. Al Muy R.do in Chri-

---

[1] Vocibus his *eodem diplomate fruerentur,* quorum hic sensus, *jubilaeum lucrarentur,* substituit Polancus haec: *ad confessionem se pararent.*

[2] nostro Superiori, sc., Patri Joanni Baptistae de Barma.

[3] Marcellus de Salazar. Polanco, *Chronicon,* t. iii, pag. 376, n. 827.

[4] Tyburtinus hic erat et Tyburtini Episcopi nepos, extra Italiam missus ut a cognatorum molestiis liber esset. Vide Polanco, *Chronicon,* t. ii, pag. 16, n. 30.

sto padre, el padre Ignatio de Loyola, P. general de la Compañía de iesu.

en Roma.

Alia manu: 1553, Quad. Valentia. Augusti. Valentia.

CCXXXVIII

P. Michaël Govierno
Patri Ignatio de Loyola.
Gandia, 28 Augusti 1553 [1].

IHS

Gratia et pax, etc.

Quem fructum, quam uberem ac jucundum nostri Patres, in hoc gandiensi oppido decerpserint, quidve etiam Patris Baptistae [2] gratissimae conciones, hic et Ontinienti, tempore superioris quadragesimae effecerint, mense Aprili scripsi. Nunc vero satis copiosum argumentum mihi est oblatum iterum meis litteris tibi obstrependi [3].

Tantam animo ontinientes ex Patris concionibus persensere voluptatem, ut litteris ac populi precibus importuni nunquam cessarint, donec cum Duce [4] effecerint ut proxima quadragesima Pater apud eos concionaretur; ita enim quosdam illorum servat Deus ad meliora proficientes atque ad coelestia anhelantes ut, posthabito honore, cum inimicis pacem jungant, et

---

[1] Apographum in folio n. 494.
[2] Pater Joannes Baptista de Barma.
[3] Verbo *obstrependi* deleto, scripsit ignotus quidam *ad te scribendi.*
[4] Dux Gandiae, Carolus, Sancti Francisci Borgia filius.

armis depositis sibi consulant. Audivimus unum, qui diebus elapsis palam ab inimico, poplite flexo, veniam petierit et arundinem ei dederit, qua caedi ignominiose cupiebat [1]. Alter tamen, odio et ense depositis, non potuit se continere quin eum amplecteretur et dextram dextrae jungeret. Nunc videre licet ejus mirabilem profectum, quum vestium elegantiam contempserit, et ad docendos pueros Christi doctrinam animum suum applicuerit, egregium de se ipso praebens exemplum. Quis non miretur tam brevi tantam in homine mutationem? Non fabulae placent, non graculorum loquacitas, quae saepe fastidium parit, sed solum Deus in illius labiis versatur. Quis non secum consideret se parum profecisse, si cum hujusmodi se comparet?

In publice meretricantes est in eo oppido animadversum, et voce praeconis edictum ne de caetero luderetur.

Accedit huc quod omnes viri nobiles gandienses Patrem suscipiunt, secreta ei omnia aperiunt, et collegium multoties adeunt, nobiles et plebeji homines uno consensu Patris insequenti anno conciones exoptant. Multi de peccatis confitentur, multi sanctissimum Christi corpus sumunt, multi denique ad Christi doctrinam audiendam conveniunt.

Accipe praeterea de aliis Patribus; studiis vacant, xenodochium visitant, alios aegros consolantur, morientibus assistunt et illorum ancipites fortassis animos ad Christi passionem revocare conantur. Taceo quantis laboribus per quindecim jubilaei dies obruti fuerint.

Sed revertamur ad Patrem, qui subinde sacras ad D. Clarae mulieres habet conciones. Valentiam aliquando jussu Patris Natalis [2] se confert, et fratribus illis subvenit, et concionum impetu valentinos non parum movet. P. Parra [3] ac P. Navarrus [4], suasu Patris nostri, solemnibus Pentecostes Ontinientem ivere, ubi ad quingentas confessiones audivere. Credebant magistratus illius oppidi omnem populum confessurum, si Pater

---

[1] Ignominiosum nobilibus erat arundine vapulare. "Bien dijo un predicador que conocimos...: Quereis ver á lo que llega el desatino del mundo? No parece puede llegar á mas, que á tener por mas deshonra ser apaleado con una caña que con un garrote „ P. NIEREMBERG, *Obras y dias,* cap. XXIV.

[2] Pater Hieronymus Natalis Patri Barma injunxerat ut Valentinae simul et Gandiensi domui praeesset.

[3] P. Petrus Parra.

[4] Ita hic semper per patriae cognomen designatur.

Baptista eo ivisset. Magister Antonius [1] cum altero Patre Deniam atque Xaveam, satis frequentia oppida, se contulere, ubi concionibus et confessionibus non mediocrem fructum collegerunt, pueros hac et illac per vicos errantes retraxerunt et ad doctrinam audiendam coëgerunt. Pater etiam Alzirae [2] multis concionibus homines ita suspensos reliquit ut choreas et melodias antelucanas, quibus illic homines dant operam, relinquerent. Quid dicam? quo pacto nocte in vico saltantes perturbaverit? Adolescentem, lyram [3] pulsantem, verbo perterrefecit; dum enim inferni poenas instantes aperit, juvenis tristis ac meditabundus domum se recepit. Die sequenti, in concione, illa, quibus ad refocillandum animum illi dabant operam, vana et periculosa esse ostendit. Tres, quos verbis pulsaverat, hic se in spiritualibus exercuere, unde tantum sibi fructus collegerunt, ut novum induisse hominem videantur, non vestium splendore, sed spectatissimae continentiae exemplo, quo et fructus Alzirae collectus conservatur contra magnos oblatrantium morsus. Credimus nunc Patrem illac transiturum, cum Valentiam ibit, ut subdat stimulos eis, qui desides sunt, alios, jam currere cupientes, ad Christi corpus sumendum acrius urgeat et impellat. Habes de communibus rebus.

Privatas jam accipe. Fratres in dies litterarum et spiritus augmentum sentiunt. Quatuor, ut visum est Patri, designati sunt artium magistri. A prandio et coena in unum locum convenimus, quaestio a Patre proponitur, et profert unusquisque quod sentit. Novos theologos et confessarios de his alloquitur, quae pertinent ad liberandos homines a saeva et perturbata conscientia, quo pacto se gerant in confitendo percontatur; evangelium aliquod per periodos explicatur, multus de Dei beneficiis est sermo. Audientium vultus mutatos vidisses, dicentes vix lachrimas continere. Sed de his hactenus.

Vale, Pater imprimis observande, et faxit Deus ne a tua memoria elabamur.

---

[1] Magister Antonius Cordeses. POLANCO, *Chronicon,* t. III, pag. 381, n. 842.

[2] Alcira oppidum est satis frequens in ditione valentina.

[3] Cave ne putes sermonem esse de antiquorum lyra, sed de *guitarra, bandurria,* aut quid simile in Hispania usitatum fidibus digito aut pectine pulsatis sonum emittens; quod in quibusdam cum lyra convenit, at ab ea multum differt et magis accedit ad chelin.

Gandiae, 5. calendas Septembris 1553.
R. P. T.
Servus indignus in X.°,

Goviernus.

CCXXXIX

Robertus Clayssonius,
Ex commissione Patris Paschasii Broët,
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 28 Augusti 1553 [1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

Quae divini numinis praesidio quatuor hisce mensibus a nobis gesta sunt, levis admodum momenti aestimanda censemus, si cum Societatis nostrae, ubique fragrantissimum Christi odorem de se diffundentis, praeclaris monimentis comparentur. Verum ut sacrae obedientiae impulsu paternae tuae voluntatis pareamus, per capita summatim ea complectemur sermone, quae gravissimis P. tuae occupationibus haud omnino indigna iudicaverimus.

Principio nostri negotii, apud Facultatem theologicam languescentis verius quam delitescentis, moram in ipso litterarum frontispicio intelliget P. tua: cuius taedium adeo diuturnum Pater noster Paschasius ultra quinque mensium exactum tempus patienti stomacho concoquit. Videtur Christus nos, laborum incremento ac molestiarum onere hactenus exhibito fatigatos, recreare haudquaquam decrevisse, donec constantis patientiae de nobis periculum sumpserit.

[1] Autographae totae manu Roberti in folio duplici, nn. 313 et 314.—Nulla in eis est a Polanco inducta emendatio, nihil suppressum.

Tanta est adversariorum vis, tantus amicorum languor in Christi gerendo negotio, ut ne unus quidem hostes in campi planitiem provocare non subterfugiat. Nam illi, qui satis strenue nostras principio agebant partes, iam se subducere ac silere satis comprobantur aut saltem causam nostram parum tueri, forte insectatorum et calumniatorum insidiis et hostilibus impugnationibus animum despondentes et adversae partis declinantes offensam. Gravissimum tamen nobis dispendium adferunt, qui, dissimulato animo et obtecto Prem. nostrum excipientes, aliorum, pie forsitan affecta, iudicia suo veneno inficere et corrumpere student. Dominus omnibus nos offendentibus veniam indulgere dignetur ac pariter animum addere his, qui nostrae causae patrocinium suscipere non sunt gravati. Vides, R.de P., quo in statu res nostrae consistant seu potius quibus procellis ac tempestatibus negotia nostra fluctuent et agitentur, quas tandem Deo aspirante elapsi, ad portum appel lere vestris orationibus freti optamus. Atqui quando id licebit, vix enim praesagire possumus. Nam pestis suam tyrannidem non modo Lutetiae verum etiam in circumvicinis locis et pagis exercet, et vires quotidie auget in ipsa Universitate, et iam fere a bimestri spatio radices agere coepit.

Quamobrem quod nostrae oeconomiae ordinem describam non est opportunum sed potius quod de nostrae familiae dispersione: nam quum pestis ad nostras aedes hinc inde accessum maturare videatur, placuit R.do Patri nostro ut duo fratres e nostra domo extra oppidum se transferrent, quin et alii duo in alterum locum commigrarent. Qui vero domus praesidium et propugnaculum destinati sunt, domi se contineant, nec egrediantur, nisi quantum necessitas postulat. Duo iam nos reliquerunt, redituri remissa pestis saevitie. Alii propediem locum mutabunt. Haec est familiae nostrae nova metamorphosis et inopinata demigratio.

Quantum vero ad fratrum numerum attinet duo, nobis adiuncti, senarium numerum suppleverunt. Primus est Hieronymus [1], flander, sacerdotii honore insignitus, de quo superiori-

---

[1] Hieronymus le Bas (Bassus), de quo videri possunt POLANCO, *Chron.*, t. III, pag. 288 et seq., n. 645 et seq., et PRAT, *Mémoires pour servir à l'histoire du Père Broet et des origines de la Compagnie de Jésus en France*, part. III, lib. I.

bus literis ad R.tiam tuam scripsimus [1], quem daemon a pio proposito detractionum naevis Societatis inustis, commotum semel revocaverat, ut coram Patre, candido ac syncero animo, mentis mutationem professus a nobis quam alienissimus visus sit. Atqui divinam vocationem humano consilio non fore frustrandam recte arbitratus, humanis suasionibus suffragium repetiit, et palinodiam, omnem moram et inducias abrumpens, cecinit. Itaque octavo Junii in nostrae familiae contubernium sese e xenodochio (in quo pauperibus non sine pestis periculo servierat, puro Christi amore et animarum zelo impulsus) recepit; quem omnes una cum ipso Patre admiramur et amplectimur ob insignem obedientiae veraeque religionis in ipso regnantem Christi spiritum. Is aliquando Hypodidascalum egit in Flandria; annum modo agit vigesimumsextum; probe institutus in literis humanioribus, philosophiae studio designatus est a Patre; tantam modestiam et morum maturitatem prae se ferens, ut a nobis trigesimum facile attigisse annum iudicatus sit. Hunc Paternitati tuae acceptissimum fore certi speramus.

Alter adolescens est annorum novemdecim, honestis parentibus, vita defunctis, in Burgundiae ducatu natus, quem haeredem primogenitum reliquerunt, rarae modestiae ac singularis pietatis donis praeditus, in literis latinis, graecis et hebraicis mediocriter versatus. Is in nostris aedibus suscepta exercitiorum nostrorum militia eruditus, nostrae Societati animum appulit et iam nobiscum permansit hactenus, spreta honorum civilium, ad quos a suis provocabatur spe, quin etiam Abbatiae certa promissione, a quodam Abbate sanguine sibi iuncto oblatae, posthabita dignitate, ieiuniis, cilicio ac mortificationi sui ac potissimum obedientiae legibus, quibus caetera, ad quae pie propensus est, metitur, addictissimus, quem Pater pro sua prudentia optime moderari novit ne quid nimis humeris suis imponat. Est enim corpore procerus quidem, parum tamen robustus, quamquam incolumi valetudine potiatur. Is in linguarum studio perseverat, ex Patris nostri arbitrio, potissimum latinae linguae deditus [2].

---

[1] Vide supra, pag. 286.

[2] Eritne hic ille Jacobus Morellus (Morell), de quo saepius mentio occurrit in Sancti Ignatii litteris nondum editis, quemque Polancus, *Chronicon*, t. iii, pag. 296, n. 661, Morelium appellat?

Antonius Cousin, vir annorum viginti sex, aut forte viginti septem, de quo semel etiam ad R.dam P. tuam scripsimus, qui anno superiori exercitiis Societatis institutus, nostrae professionis leges sequi decreverat, in sancto proposito perseverat, qui ad Paternitatem tuam Romanum iter ingressurus est, exactis omnibus negotiis; nam Lutetiae nobiscum manere, ob legitimas rationes, parum consultum sibi persuadet [1].

Quantum vero ad evangelicam messem attinet, Pater [2] suo semper functus est munere in audiendis, quotidianis pene, confessionibus et frequentatione infirmorum. Atqui modo pestis non leve detrimentum fructibus spiritualibus adfert. Nam ob pestis grassantis urgens periculum, Abbatiam S. Germani parum tutum est adire, et Pater, summa observatione, delectum infirmorum habet, ne se et universam familiam in vitae discrimen adducat. Benedictus sit Dominus, qui paterna sua clementia nos corripit.

Reverendiss. Episcopus Clarmontanus [3] Dioecesim suam adiit. Propensum erga nos animum, adversariorum vi nulla commotum, semper servat incolumem. Imo ardentiori spiritu nos prosequi videtur. Nam, praeterquam quod domum, quam inhabitamus, redditibus annuis dotatam nobis promittere perseverat, iam Primores civitatis Billon in Alvernia convenit super negotio Societatis ibidem fovendae ad iuventutis institutionem et scholastica exercitamenta, qui, prompto animo, ipsius arbitrio suffragium contulere.

Quidam Doctor theologus, praeses gymnasii Petragoricensis [4], ab Episcopo et civibus primariis urbis Petragoricae electus, hanc ad nos literis missis legationem destinavit, hac negocii sui argumentum exclamatione exorsus: "Utinam R.dus P. D. Ignatius in animo haberet quosdam ex fratribus in has regiones mittere! non dubito quin plus promoverent gloriam Dei, quam in quibusvis regionibus; et hoc vere addam: plusquam in externis et indicis oris. Usque adeo nomen Dei, cultus et doctrina caligine quadam imo tenebris obsoleve-

---

[1] Hujus Antonii Cousin aetas cum aetate convenit illius, quem descripsit ipse Clayssonius supra, pag. 100 et 101.
[2] Pater Paschasius Broët.
[3] Gulielmus du Prat.
[4] Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 300, annot. 1.

runt in hac qua commoror regione! Plebeii et populares ita ignari fidei nostrae sunt, ut sint Garamantis [1] imperitiores. Prope vere Burdigalam sunt saltuosae regiones, triginta fere leucarum, quae ob ignorationem verbi Dei pecudes, non homines, esse ferantur. Sunt illic iam quinquagenarii, qui nunquam missam audierunt, nec de Deo quidquam acceperunt. Quod si venirent aliqui ex fratribus in has regiones, aut his causis aut aliis rationibus incitati, me victum omnem et cultum corporis pro mea tenuitate suppeditaturum confirmo. „ Haec ille.

Accessit aedes nostras Praefectus libellorum Reginae [2], postulans aliquot Societatis fratres, ad Abbatiae, undecim forte milliaribus Lutetiae distantis, reformationem, quos tamen non foret necesse continue ibidem morari. Hic insignem affectum erga instituti nostri formam nobis exhibuit, omnem operam Societati offerens.

Sunt aliquot amici, qui Collegium nostrum suis facultatibus amplificare promiserunt, de quibus proximis literis speciatim agemus.

Dominus Jesus P. tuam nobis diu servet incolumem, quam humilibus precibus obsecramus ut nos Christo paterna pietate commendare dignetur.

Quinto Calend. Sep. 1553. Parisiis.

Imperio R.di P. Paschasii Broët.

R.dae P. tuae minimus in Christo servus,

Robertus Clayssonius,
Brugensis.

Superscriptio: R.do in Christo Patri D. Ignatio de Loyola, Praeposito gnali. Societatis Jesu, in aedibus S. Mariae de Strada apud D. Marcum, Romae.

Et alia manu: 1553. Quad. Paris, 5.o Cal. 7.bris

Vestigium cerae et sigilli.

---

1 Vide Polanco, *Chronicon*, t. iii, pag. 300, annot. 2.
2 Vide Polanco, *Chronicon*, t. iii, pag. 300, annot. 3.

CCXL

Melchior Cotta,
Ex commissione Patris Leonis Enriquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 31 Augusti 1553 [1].

IHS

Muy R.do en X.º P.e

La suma gracia y amor de Jesu Cristo sea siempre en nuestras almas. Amen.

De estos cuatro meses diré en esta, como V. P. ha mandado, algo de lo mucho que Nuestro Señor ha obrado y obra continuamente por sus siervos, para que de todo le sean dadas infinitas gracias.

De la cuaresma quedaron muchas personas con propósito de frecuentar los Sacramentos de la confesion y comunion, y por la bondad de Dios lo han cumplido así, ayudandose muchos de las predicaciones y doctrina del P. Don Gonzalo [2], que hasta los dias pasados continuó; y siendo llamado del P. Maestro Jerónimo Nadal, sucedióle en los sermones el P. Francisco Roiz [3], de manera que se ha visto muy notable fruto en esto; porque comunmente comulgan cada ocho dias muchas personas en nuestra Capilla, y cuasi por todas las parrochias de la ciudad se hace lo mismo.

Algunos dias de la semana oyen confesiones los Padres de casa, en ciertas parrochias, de muchas personas, que no pue-

---

[1] Autographae, duplici in folio, nn. 620 et 621.
[2] P. Gundisalvus de Sylveira.
[3] Vide supra, t. I, pag. 450, annot. 1.

den venir con tanta comodidad al Colegio: la doctrina, que se hizo hasta ahora los domingos y dias de fiesta á la tarde, es muy apropósito para las confesiones; y la experiencia lo ha enseñado, porque con ella muchos se excitan á empezar, y los que ya han empezado se aprovechan notablemente.

Con la venida del P. Nadal, que en esto y en todo lo demás ordenará el Señor lo que sabe convenir mas para su gloria y provecho espiritual nuestro y de los prójimos [1]. Los días pasados nos visitó y consoló mucho en el Señor el P. Maestro Miron [2], aunque no se detuvo por muchos dias por ser necesario dar principio á las escuelas en el Colegio de Evora; y ansí se partió de este Colegio en el fin de Junio llevando consigo cinco Hermanos, dos Sacerdotes y dos otros leigos, habiendo ya enviado adelante otros dos compañeros; y de estos fueron cuatro para leer, tres para leer latin, y otro casos de consciencia. El que ha de leer rethórica se dice P. Perpiñan [3]; los dos que han de leer gramática, uno se dice Nuño Alvarez y el otro Marcos Nuñez; para leer casos de consciencia fué el hermano Marcos Jorge. De lo que ha pasado despues de partidos escribirán ellos, como V. P. tiene ordenado.

En aquestos cuatro meses se han recibido cinco mancebos; dos de ellos están en ejercicios, los otros tres se ejercitan en oficios de casa, y á lo que parece, muestran buenos deseos de se aprovechar.

El P. Francisco Borja llegó aquí víspera de San Bartolomé, de Salamanca; detuvose cuatro dias [4] con nosotros, comunicándosenos muy mucho en el Señor; hizo muchas pláticas espirituales á los hermanos, de mucha doctrina y consolacion, en las cuales aun los ciegos, como yo, podian claramente ver lo mucho que nuestro Señor se comunica con su alma. El buen odor, que quedó en este Colegio, de su breve estada, no creo que se perderá jamás. En mucha admiracion nos puso á todos su gran humildad y perficion, que tiene en todas las virtudes, maxime en la abnegacion y santa obediencia, en quien parece que se

---

1 Sic; sensu et syntaxi aliqua desiderantibus vocabula; ni forte jungenda sint sequentibus praecedentia, quae tamen in autographo periodo sejuncta sunt.

2 P. Jacobus, seu Didacus, Miron, Lusitaniae Provincialis.

3 Mag. Joannes Petrus Perpiñá (Perpignanus et Perpinianus).

4 Sex dies, non quatuor, ait Polanco, *Chron.*, t. iii, pag. 353, n. 780.

mira como en espejo para hacer todas sus obras, y cuando en ella habla, se siente bien el amor grande que le tiene. Un sermon hizo en nuestra capilla, donde concurrieron muchos doctores y personas principales de la ciudad. El Evangelio era del milagro que nuestro Señor Jesucristo hizo en sanar uno, que era sordo y mudo, metiéndole los dedos en las orejas, etc. El tema fué: *Bene omnia fecit;* y declaró tan bien Dios N. Sr. por el P. Francisco el milagro, que habia hecho bien, que, en acabando el Sermon, decia un doctor famoso, que lo oyó, admirándose mucho de lo que habia oido: *Bene omnia fecit*. Quedaron todos muy edificados, y con razon; y antes de le oir, de verle solamente se admiraban.

Esperamos en nuestro Señor que con su venida á este reino se haga mucho servicio á Dios, maxime en la corte, donde sumamente lo desean ver. Partiose para Lisboa á 28 de este mes de Agosto. El 1.º de Setiembre llegará allá con la ayuda del Señor. Antes de se partir, dejo aquí introducida la devocion de los Santos [1], contando tambien algunos devotos como fué el Doctor Navarro [2], á quien salió San Salomon [3], el cual se holgó estremadamente y pidió que cada mes le diesen su Santo para le honrar.

Olvidávaseme decir del fruto notable, que nuestro Señor hizo por el P. D. Gonzalo en un Monasterio de Monjas, donde ahora quasi todas se confiesan y comulgan cada ocho dias, en lo cual perseveran, creciendo siempre en buenos y santos deseos y en otros buenos ejercicios spirituales. Del Colegio las confiesan. Algunas veces les hacia pláticas espirituales el P. Don Gonzalo, cuando aquí estaba, de lo que mucho se consolaban y ayudaban en el espíritu.

De nuestros estudios y ejercicios del Colegio no escribo, por

---

[1] *la devocion de los Santos,* scilicet, "pia solemnisque Societatis consuetudo, ut singulis mensibus Sanctorum nomina sorte e situla educantur, distribuanturque singulatim. Quo die, votis conceptis religioseque persolutis, opem sui quique Divi implorant. Didicerat id in gentilitia Borgiae familia Franciscus: in qua illum morem viguisse docui. (Supra, libro I, capite I, n. 2)." *Vita Sancti Francisci Borgia*, auctore P. PETRO DE RIBADENEIRA, aequali, P. ANDREA SCHOTTO interprete, lib. I, cap. XIV, n. 230, in *Acta Sanctorum*, mense Octobri, t. V, pag. 284.

[2] Scilicet, non inter nos solum distributae sunt schedulae, sorte ductae et Sancti alicujus nomine inscriptae, sed etiam inter amicos quosdam nostros, puta Doctorem Martinum de Azpilcueta, Navarrum a patria dictum.

[3] Hujus mentio fit in Martyrologio Romano ad diem 28.am Septembris.

no haber cosa de nuevo al presente. Dios nuestro Señor nos dé á todos su gracia, para que perfectamente le sirvamos. Amen.

A V. R. pedimos por amor de Dios su santa bendicion.

De Coimbra, último de Agosto de 1553.

Por comision del P. Don Leon,

Inútil siervo y hijo indigno de V. P.[d],

Melchor Cotta.

Superscriptio in quarta pagina: JHS. Al muy R.[do] en Christo P. el P. Maestro Ignacio Preposito General de la Compañia de Jesus, en Roma.

1.[a] v[ia].

Alia manu: Conimbria, ultimo di Augusto, 1553.

CCXLI

Erardus Dawant, Leodiensis
Patri Ignatio de Loyola.
Vienna, 1 Septembris 1553 [1].

Gratia et pax D. n. Jesu Chri. sit semper nobiscum.

Quoniam id mihi oneris imponitur ut tuam paternitatem de iis certiorem faciam, quae Dominus inexhausta sua bonitate dignatus est per indignos servos suos in hac austriaca regione operari, curabo quam brevissime potero tuae p. iucundos huius Collegii fructus hoc quadrimestri evoluto lectos offerre. Ut autem debito procedamus ordine, haec sibi narrationis princi-

[1] Autographae, totae manu Erardi, in duplici folio, nn. 287 et 288.—Earum a P. Polanco emendatarum exstat apographum exemplum in folio item duplici, nn. 203 et 204.

pium vendicabunt, quae post ultimo ad vos scriptas proxime contigere. Itaque non incongruum videbitur, si ab initio scholae nostrae exordium sumat haec narratio. Ubi in primis intelligat R. V. P. plurimum prius desudatum atque laboratum esse quam ab iis, penes quos erat praecipua authoritas, potuerimus liberam obtinere facultatem aperiendi scholas, et quosvis studiosos admittendi: tum quia nullos fere causa nostra haberet patronos tum quia adversarios non paucos qui impedire magnopere contendebant quod nri. effectum iri cuperent. Sed divina ope tandem voti compotes facti sumus cedentibus ac cessantibus his, qui potissimum conatus nostros irritare ac infringere nitebantur. Prius quam hanc facultatem obtinuissemus, multi quidem accedebant studiosi, quos parentes nobis obtrudebant erudiendos, quibus cum responderemus id non prius licere nobis quam accepissemus facultatem neque sic reprimi poterant quin in dies numerus cresceret sic oblatorum.

Postquam itaque innotuit nobis factam esse potestatem legendi, magna sane puerorum turba, brevi temporis spatio, scholas nostras frequentare coepit, in quibus, cum non sint ipsi pravis imbuti opinionibus, licet facile praeter litterarum doctrinam, ea quae ad pietatem spectant fundamenta collocare. Inter hos sunt liberi non paucorum, qui tum in aula regia tum in hac civitate, primaria authoritate fulgent et praecipua gerunt officia. Plerique etiam vellent suos nobiscum sub eodem tecto iugiter commanere, quorum piis desideriis speramus propediem nos satisfacturos, ubi nimirum major commoditas aedificiorum sese obtulerit, sive in hoc eodem, in quo degimus, monasterio, sive alibi, in vicino aliquo loco aedes illis conduci ac parari poterunt. His accedit quod, cum omnes die quoque veneris nobiscum pulchro ordine ac modestissime procedant in solemni processione *vel supplicatione (quae singulis hebdomadis fit)* [1] in templo summo (ut vocant), populus hinc non mediocriter aedificatur. Omnes non in plures quam in tres classes seu locos sunt distincti, quamquam in duabus classibus inferioribus diversi sunt ordines, cum ipsi non ejusdem sint cap*tus* [2] aut conditionis. Doctrinam christianam audiunt

---

[1] Italicis descripta interseruit Polancus.

[2] *Capacitatis* scripserat Erardus.

diebus veneris, donec ad dictam supplicationem sonus campanae majoris non evocet: Dominicis ac festis diebus a praeceptoribus suis aliquid ex occurrente evangelio per unam horam excipiunt.

Nunc ad fructus ex aliis nostrorum laboribus decerptos accedamus. Quorum non minimum esse arbitror, qui ex sancto jubilaeo, nuper hic Viennae celebrato, provenit. Postea quam enim *litterae Apostolicae* [1], quae ad Reginam Bohemiae [2] missae erant, ad nostrum Collegium allatae essent et patribus nostris exhibitae, curavit D. Canisius [3] ut Archipresbytero et aliis, quorum ex officio interest apud populum pias promovere causas, offerrentur, et in Germanicam linguam e latino sermone traducerentur, typisque excuderentur, valvis Ecclesiarum et locorum sacrorum passim affigendae. Parochi igitur suis ecclesiis hujus sancti jubilaei indulgentias plebi suae indixerunt, et, ut a nostro patre pie rogati et admoniti erant, satis diligenter commendarunt. Quin et ipse Pater Canisius mirifice, ut par erat, in concionibus coram Regia Majestate habitis, utilitatem et usum indulgentiarum exposuit, deplorans simul negligentiam et socordiam populi germanici, qui hanc et hujusmodi alias divinae misericordiae gratias fere pro ludibrio habet. Testabantur plerique viri aetate graves nunquam se de dignitate ac utilitate indulgentiarum fuisse instructos et quid sibi vellent indulgentiae hactenus ignorasse. Nonnulli etiam, dum haec praedicarentur, a lachrimis se temperare nequibant, dolore videlicet compuncti (ut credere fas est) quod tamdiu ignorantia tantorum donorum laborantes, ita multiplicibus bonis se fraudatos fuisse intelligerent. Ex hac, quam nunc dixi, P. Canisii diligentia factum est ut longe plures germani jubilaei praedicti gratiam promeruerint quam alias soleant; unde hujusmodi fructum copiosiorem non injuria his *literis* [4] inserere volui tanquam peculiariter per instrumenta Societatis derivatum. Hispanos, sponte sua cum plerisque italis ad hoc sacrum jubilaeum obtinendum properantes, non fuit opus admonere; satis erat quod illis constaret talem gratiam esse a Summo Pontifice

---

[1] *Bulla suae S.tis* Erardus.
[2] Vide supra, pag. 112.
[3] P. Petrus Canisius.
[4] *chartis.* Erardus.

transmissam, e quibus magnam confitentium et communicantium habuere nostri catervam.

Eodem P. Canisio tamquam ordinario concionatore a festo Pentecostes hactenus usa est Regia Majestas, dominicis ac festis diebus. Placent enim illi conciones propter zelum et doctrinam quam cum eloquentia etiam germanica conjunxit. Hunc aemulantur, nec sane infeliciter, aliquot jam ex inferiori Germania fratres nostri, qui etiam his diebus, posteaquam inter parietes privatos sese in discenda lingua gnaviter exercuerunt, prodierunt in publicum, et cum gratia et aedificatione audientium praeclarum ediderunt suorum laborum specimen. Ex his primitiis poterit *Regia* [1] Majestas de reliquis *judicare* [2], qui illos velut praecurrentes sequuntur. Praeterea non praetermittendum duxi quanta charitate Patres et fratres opera pietatis exhibuerint infirmis, apud quos officii causa totos dies persistunt, noctes interdum ducunt insomnes; hujusmodi sane occasiones exercendae pietatis nunquam in hac civitate deesse videntur, ubi passim tot homines, diversis morbis *occupati* [3], quotidie vitam cum morte commutant. His annectere libet strenue a nostris Patribus laboratum esse ut, inimicitiis sublatis, amicitiae quorumdam firmiter redintegrarentur; et praecipue id muneris egit D. Victoria [4], qui diversos, tum italos tum hispanos, non infimae etiam sortis viros, diversis simultatibus laborantes, ad pacem et concordiam revocavit. Et qui diutius propter odia a saluberrimis confessionis et corporis Christi Sacramentis abstinuerant gavisi sunt plurimum Deo et proximis se integre reconciliatos. Idem Deus op. max. nos sibi quoque reconciliatos in suum regnum finaliter transferat, quod futurum confidimus suffragio vestrarum orationum, quas ut pro nobis ad ipsum quotidie fundatis obnixe precamur. Amen.

Viennae Austriae ipsis calendis Septembris 1553.

Indignus tuus servulus,

ERARDUS LEODIENSIS.

---

[1] *sua* Erardus.
[2] *aestimare.* Erardus.
[3] *visitati.* Erardus.
[4] P. Joannes de Victoria.

Deest superscriptio, sed, ejus loco, alia ab Erardi manu, haec sunt: Lrae. 4 mensium, ex Vienna Austriae.—Cal. Septembris, 1553.

Et alia manu, calamum, ut videtur, in hac quarta nitida pagina tentante: del giardin.

De lo scopato.

CCXLII

P. Petrus Domenech
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 1 Septembris 1553 [1].

IHS

Admodum R.de Pater in Christo.

Gratia et benedictio dulcissimi Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus. Amen.

Ut satisfaciam Sanctae jussioni tuae R.dae P.tis et patris nostri Gonzalez [2], cujus occupationes in dies augentur, suscepi onus viribus meis impar; verum confido obedientiam ipsam praestituram vires.

Non minori misericordia Dominus noster sese nobis adjutorem hoc quadrimestri exhibuit quam praeterito et deinceps exhibiturum in ejus divina bonitate confidimus. In hoc munere audiendarum confessionum nobis a Domino commisso tam ampla sese offert quotidie materia et occasio, et adeo excrescit

[1] Autographae, in duplici folio, n. 38, olim 39.
[2] P. Joannes Gonzalez, Collegii Rector.

numerus confitentium, ut prorsus nesciam prae multitudine certum numerum praefigere. Hoc saltem possum dicere; propter multitudinem communicantium oportere unum ex nobis singulis diebus dominicis et festivis ferme toto mane tantum administrationi Smi. Eucharistiae Sacramenti vacare, pro his qui octavo quoque die communicant; in festis autem majoribus, ut Beatae Virginis et similibus, multo plures conveniunt, qui his tantum diebus communicant, quorum tantus est numerus ut a vigilia ipsius festi usque ad ipsum octavum diem oporteat nos huic rei tantum intendere; est tandem magnus numerus quotidie in hac nostra domo confitentium prout jam alias scriptum est. Soli Deo, a quo omnia procedunt, honor et gloria.

In epistola, quam hoc quadrimestri proxime praeterito scripsi, tuae R.dae P.i notum feci quod unus ex nobis audierat illo quadrimestri duodecim aut plures confessiones generales, quem numerum fere attingunt, quae hoc quadrimestri auditae sunt.

Diebus praeteritis venit huc quidam P. nostrae Societatis Metinensis [1], qui aliquot dies hic concionatus est, nimiaque humanitate ac benevolentia exceptus, tum propter proficuam ejus doctrinam, fervorem ac modum dicendi, tum etiam propter bonam opinionem et affectionem, quae de ipsa nostra Societate in multorum cordibus sparsa est; ut, si diutius hic permansisset, aliorum conciones auditoribus spoliasset, prout ex magna multitudine ipsum insequentium conjicere licet. Habuit quamdam concionem in quodam monasterio monialium, instante commendatore [2], consanguineo priorissae et fundatricis ipsius monasterii, qua concione finita, commendator ille misit ad nos duos famulos dapibus onustos. P. vero Gonzalez, spiritu Domini ductus, nihil omnino ab ipsis voluit recipere; quod in magnam ipsorum, qui ista mittebant, et aliorum, quibus ab ipsis relatum est, cessit aedificationem et exemplum, cum nos pauperes esse scirent; prout nobis postea recensuit quidam venerabilis sacerdos, qui illic interfuit, dum famuli a domo nostra reverterentur.

Venere huc aliquot clerici et scholastici, in manus Patris nostri Gonzalez sese conjicientes, et aliquot petentes instanter

---

[1] P. Joannes Baptista Sanchez. Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 315, n. 705.
[2] Vide supra, t. I, pag. 295, annot. 1.

in nostram Societatem admitti. Verum cum hic et loci angustia et occupationum frequentia obsint ad exercitia spiritualia impartienda, ad alias domos transmittimus.

Ex nostro Collegio Salmanticensi venere quatuor fratres ad sacros ordines promovendi, quod cum primum nuntiatum fuit aliquibus hospitalibus, statim praefecti miserunt instanter petentes eorum conciones; tanto enim amore prosequuntur nostram Societatem hujus oppidi cultores, ut non dubitent conciones fratrum, si quae essent, praeferendas caeteris; quod videntes nostri fratres, Dominum benedicebant pro tanta benevolentia et humanitate, quam ubique experiebantur.

Alia exercitia invisendi hospitalia, vinctos et infirmos, de quibus in aliis ad tuam R. P. scripsimus, Domini clementia semper augentur, eo usque ut Sacerdotes ipsi, quibus cura animarum incumbit, ut plenius suo officio faciant satis, suos parrochianos nobis committunt, ipsisque nos commendant ut nos recipiant et audiant libenter. Faxit Deus omnipotens ut ejus sanctissima et gratissima voluntas in nobis semper impleatur. Amen.

Cupimus et humiliter petimus quotquot in hac domo degimus, sacrificiis sanctis et orationibus tuae R.dae P.is et aliorum charissimorum Patrum ac Fratrum commendatos esse.

Vallisoleti, Calendis Septembris 1553.

Tuae R.dae P.is indignus filius,

Domenech.

Commorantur hic tres Sacerdotes Gonzalez, Valderrabano et Domenech [1], totidem fratres, Rodericus, Gabriel et Michaël [2]; extremus Sacerdos [3] incipit diebus proximis theologiam.

Superscriptio in quarta pagina: JHS. Al muy R.do P.e en ihu. christo nro. señor el padre M. ignatio preposito general de la compañía de Jhs. X. Roma.

Alia manu: Q. Valladolid, Cal. Septembris 1553.

---

[1] P. Joannes Gonzalez, Rector, et PP Joannes de Valderrábano et Petrus Domenech. Vide Polanco, *Chron.*, t. iii, pag. 316 et seq., n. 709.

[2] Horum fratrum cognomina omittunt scriptores et antiqua documenta.

[3] Scilicet, ipse Petrus Domenech.

CCXLIII

Michaël de Bairros
Patri Ignatio de Loyola.
Evora, 1 Septembris 1553 [1].

IHS

Muy R.do en Chro. P.dre

La gratia y fauor continuo de Chro. Nosso Sñor. sea sempre en nra. ayuda. Amen.

En esta, que es de los 4 meses, daré cuenta breuem.te á V. P. de lo de acá. Los hermanos, dia de la decollation de S. Juan Bap.ta (que fué á 29 de Augusto), empeçaron sus lectiones públicas de grammática; la de los casos presto se empeçará; occupasse ahora el hermano, que los haa de leer [2], en unas conclusiones, que ha de sustentar diante el Cardenal [3], poniendo alguas conclusiones de la theologia speculatiua y otras de la Moral. El hermano que lee la Rhetorica [4], tuuo por principio de las lectiones una oration en una de las classes, á do concurrieron muchos; y S. A. [5], que tambien se quiso hallar presente,

---

[1] Bina habemus harum litterarum exempla et quidem autographa, quorum primum in folio duplici, n. 635; secundum vero, in folio item duplici, n. 637.—Hoc inter ea discriminis est, quod primum, post superscriptionem haec habet: *2.a via;* secundum autem haec: *1.a via.* Est et aliud discrimen quod primum datum scribitur *oy 1.o de Augusto;* sed est manifestus error.

[2] Marcus Jorge. Vide supra, pag. 371.

[3] Henricus, Portugalliae Infans, et Cardinalis, Eborensis Episcopus.

[4] Magister Petrus Perpignanus. De hoc et reliquis hujus incipientis Gymnasii lectoribus, vide POLANCI, *Chron.*, t. III, pag. 424, n. 940, et supra, pag. 371.

[5] *Su Alteza,* ipse Cardinalis Episcopus, sic compellatus quia, utpote Regis frater Portugalliae Infans seu Princeps erat.

quedó muy contento asegun él dixo al P.e M.tro Hierónymo Nadal, con el qual en esse dia concluyó algunas cosas acerca deste Collegio, consentiendo en lo que el p.e le proponia. Una cosa sancta entre otras tiene este príncipe, que las razones buenas, que se le dan, las accepta y se conforma con ellas, buscando en todo el seruicio de Dios (como él mismo dixo una vez al P.e Hierónymo Nadal que no pretendia sino el s.cio [1] y alabança de Dios N. S.or

Las schuelas son spatiosas y buenas, porque son unas salas de los Palatios del Rey á do estamos ahora aposentados y bien, bendito sea el Señor.

La doctrina que se haze á los offiçiales mechánicos cada domingo, como ya á V. P. se dió cuenta, se haze ahora en una de las classes; concorre cada veez mas gente, y todos son hombres, porque mugeres no pueden entrar. Hase de hazer de aqui adelante despues de la doctrina de los studiantes. Aprouechanse los oyentes, porque algunos se confiessan, y con ayuda del S.ñor seran de aquy adelante mas.

El P.e M.tro Hieronymo Nadal truxo consigo de Lisbona al P.e D. Guonçalo [2], el qual predicó en la yglesia mayor y en algunos monasterios de Monjas con mucha satisfaction; edificanse mucho de su vida los que le conoçen; unas dos Abbadessas de los monasterios, á do el predicó, lo demandauan por mas vezes, y una dellas embiaua dizir que nunca en su choro viera tanto plancto como á la prédica de Don Guonçalo. Unos dizen que él sin sospecha puede dizir mal del Mundo, pues que pudiera tener valía en el mundo y no la quiso: el P.e por la bondad del Sñor. tiene particular don de Dios en manifestar y predicar las vanidades y engaños del mundo.

Unos dos beneficiados, de que ya a V. R. scriuimos [3] como estauan mouidos para la compañia, han ya concluydo entrar en ella: son personas de mucha virtud y conoçidos por tales; á uno dellos dió el Cardenal cargo de un collegio de niños horfanos por su virtud, y le dió en esta yglesia mayor un benefiçio. Lúnes, que son 4.° de 7.vre, se parten para el nro. Collegio de Coymbra, embiados por el P.e M.tro Myron. Creyo que mucho

---

1 *servicio.*
2 P. Gundisalvus de Sylveira.
3 Vide supra, pag. 254.

se haa el S.ñor de seruir dellos en la compañia : el p.e Melchior Carnero los conoçe y sabe dellos mucho.

El Cardenal nos haa proueydo de alguna buena summa de libros y ahora nos quiere proueer de otros y todo lo que se le pide lo concede con mucha facilidad, gracias al S.ñor

En esta no mas, sino que nos encōmendamos todos humilmente en las oraciones y sacrificios de V. P.

Deste Collegio de Jesus d'Ebora oy 1.º de Augusto de 1553 annos.

Hijo su. en el S.or aunque inútil,

MIGUEL DE BAYRROS.

Superscriptio : †IHS. Al muy R.do en Chro. P.e el P.e M.tro Ignatio, Preposito General de la Compañía de Jesus. En Roma.

Del collegio de Jesus deuora 2.ª via.

Et alia manu : 1553. Euora de Michel de Bayrros, P.º d'Agosto.

CCXLIV

Joannes Gambarus,
Ex commissione Patris Caesaris Helmi,
Patri Ignatio de Loyola.
Venetiis, 2 Septembris 1553 [1].

†

Gratia Dei et charitas Domini nostri Jesu Christi et communicatio Spiritus Sancti sit cum omnibus nobis.

Scripsimus quidem, R. in primis atque obs.^{de} Pater, superioribus duorum, tunc praeteritorum, quadrimestrium literas, recensitis breviter, quae proximis ante literis perscripseramus. Verum quia forte primis illis modum epistolarem excessimus, historica magis prolixitate quam laconismo epistolico nonnulla prosecuti; proximae, quibus et illas, et tum praesens quadrimestre, multo brevius in unum, ut T. P.^{tas} iubebat, congesseramus, quoniam [2] non sunt perlatae, sive tabellariorum sive nostra id causa accidit; nos, quod nostrum est, eas omnes, quoad ejus fieri per memoriam poterit, at brevissime, ad tertium isthuc quadrimestre revocatas ascribemus.

Et primo quidem, quod tum illis tum huic commune hactenus Dei benignitate fuit, frequentia nimirum, tum virorum tum mulierum, quos apud nos Christus singulis quibusque dominicis ac festivis plerisque diebus dignatur communicare Sanctissimo corporis et sanguinis sui Sacramento, ea, inquam,

---

[1] Autographae duplici in folio, nn. 77 et 78. — Eas emendavit Polancus, et nos ejus emendationes ad paginae calcem supponemus —Extat et apographum fragmentum italice scriptum, quod infra subjiciemus.

[2] His ab initio hucusque cancellatis, substituit Polancus haec: *Quandoquidem proximi quadrimestris lrae. ad t. p.*

non infrequens [1] continue fuit. Eorum vero complures eo charitatis, devotionis atque fervoris [igne] exardescunt, etiam in proximum quemque suum, ut nullum laborem, nullas impensas, nullum denique apud mundanos homines favoris, rei, nominis periculum (quod ejusmodi obvium esse consuevit, quia non sunt de mundo) subire vereantur, dum exsuscitandae, aut provehendae, aut communiendae alicujus spes ulla salutis ostentetur vel argumentum. In quo sane haud parum profecerunt. Nunquam enim non aliquos, suaviter sancteque deceptos, ad nos subducunt, quos omneis plerosque insigneis, ac eos, qui cum loci increbrescente passim fama, tum instinctu divino, qui hujuscemodi omnibus author est boni, subinde novi confluunt, certe longum foret recensere neque isti nostro brevitatis instituto satis consentaneum.

Quod autem praeterea ad illos Patrum, quos vocant, devotos frequentiores pertinet, aliqui jam tum, ut scripsimus, quibus aut per saecularia impedimenta aut per admissionem licuit, et postea nonnulli sunt Religionem aggressi. Inter eos autem numerantur praecipue (ne singulos) nonnullae meretrices, inter conversas jam CHRISTI benignitate sancte casteque viventes; e quibus una genere clara, forma vix alteri secunda, aetate vero decem et sex annorum, statura autem vel cuivis nostrum par, ipsa denique urbis [2] pernicies facile futura, quod sane perniciosum multorum jam mensium satis declarabat initium, erepta est, CHRISTO duce, vel usque ad ipsam confessionem, post templum nostrum insidiantibus procis; ipsisque vel invitis, insciis tamen, vix bene facta confessione, per tecta nostra in cymbam adducta per occultiores (quos haec urbs una habet) aqueos angiportus est ad conversas subvecta; ubi cum caeteris jam dictis, tota ac ardenter lascivientis iuventae mortificationi studet, cuius (ut qui praesunt testantur) neque obscura neque vulgaria toti congregationi (quae multa est, 200 scilicet et 50, conversarum a meretricio, mulierum) praebent argumenta.

Item discipuli nostri nonnulli, alii admissi in religiones, alii magno cum desiderio admissionem morantes. Sunt et virgines

---

[1] Vocibus *non infrequens* sublatis, scripsit Polancus *apud nos*.
[2] *plurimorum* denique *in* urbe pernicies. Polancus.

aliquae eodem aspirantes: iuvenes item alii, nonnulli olim in templo nostro Sacramenta frequentantes, quorum unus aut alter subierunt iam religionem, alii et ipsi opportunam praestolantur admissionem, perseverantes interim in sacra communione.

De concionibus caeterisque confessionibus, et si forte frigidiores, si reliqua Collegia spectet P. T., haud infrugiferae tamen nec otiosae. Conciones quidem paucae illae, quae extra nostrum templum apud diversas monachas [1] factae sunt, praeter caetera, hoc neque poenitendi fructus retulerunt, nempe, cum nobilis quaedam ac illustris foemina interesset, quae jam statuerat secum eratque pollicita pauperculum nescio quem ejusque quinque aut sex filios vestire, comperendinasset autem in eum usque diem, necdum conceptum opus bonum videbatur omnino ut praestaret ac perficeret nec tanta pauperum egestate neque, ex divino instinctu, conscientiae stimulo compelli, tunc demum certe victa, reversa domum mox a concione, a capite ad calceis novis pauperculos Christi induit vestimentis nec non et caeteris eorum abunde necessariis providit. Alia item, impudica ante diu mulier, illarum una est, concionibus, divina opitulante gratia, ad Christum conversa.

Monachae vero ipsae, quem perceperint fructum declarare satis videri possunt, cum efflagitationibus multis, quibus, sin quotidianas aut hebdomadarias, liceat saltem vel rariores obtinere [conciones] flagitabant, tum et clarioribus etiam aliis indiciis, quibus supersedeo.

Lectionum vero, quas domi hactenus facit P. Caesar [2], vix ulla visa est, qua non aliqui ad confessiones, ad de novo vivendi instituto consultationem sint allecti.

Confessio autem bene multa varios habuit fructus; nam et multorum (triginta videlicet et complurium) annorum ac generales multae numeratae sunt confessiones; sed quas enumerare (ne longum nimis) necesse non videtur. Fuerunt enim et ipsae perdiversae, aliis siquidem diuturnae ac inveteratae jam inimicitiae sunt reconciliatae illaeque peracerbae atque ad mutuam usque internecionem periculosae; aliis item odia, conten-

---

[1] diversa *monasteria*. Polancus.
[2] P. Caesar Helmi.

tiones, invidiae, desperationes, tum virorum, tum foeminarum, minoris forte periculi, imo et gravioris in nonnullis, quippe ad propriam sibi vitam adimendam, CHRISTO juvante, sedata sunt atque exstincta: aliis denique alia sunt effecta; nempe, fornicatores, adulteri, concubinarii, raptores, illisque multo deteriores, haeretici non pauci, ab iniquitate, perfidia, impuritate et rapina resipuerunt. Plerique vero eorum frequentiorem postmodum, puta hebdomadariam, menstruam, bimestrem, etc. confessionem subinde repetunt. Duae vero inter hos insigniores adulterae extiterunt, neque genere neque fortuna ignobiles, flagitii autem adulterii, veneficiorum atque id genus scelerum inquinatissimae: altera siquidem multis annis duplici moechata adulterio, altera pauciores quidem annos, sed multis scortum procis exposita fuit. Ea tamen istarum apud nos sub confessione (quam ut simularent de more suo advenerant) conversio atque resipiscentia extitit, ut, frequentioribus post confessionibus, multis lachrymis, in altaris convivio rigare pedes Domini non desinant. Nec vereor quin dimissa sint et ipsis peccata multa, quando multum diligunt. Neque alterum quemdam, etsi festinus, adhuc tacitum praeteribo, qui decem aut eo amplius annos foedissime in concubinatu volutatus corruptusque, gravi tandem morbo flagitiosam increpitante vitam, vix vel sic affectus potuit a confessario adduci ut vel in extremo, quod praesens incumbebat, vitae et salutis discrimine, focariam dimitteret, dimisit, omnem fornicationem abjuravit, eoque postremo infinita Dei clementia devenit, ut gravissimorum sibi conscius scelerum, sibi totus diffisus, summa in Dei misericordia fiducia mortem, tum in flagitia animadversionem, tum in futuram omnem divinae offensae cautionem et fugam, vitae ipsi (si sic Deo placeat) praeelegerit, laetiorque et, quam ut explicare queam, tranquillior eam fuerit praeamplexus; ita sane ut Pater, qui moribundo atque agenti animam astitit, eam hominem mortem passum affirmet, cui nemo non invideat ac gratuletur. Sed haec de ejusmodi videntur sufficere; non paucas enim chartas expleam, si singillatim cuncta recenseam. At nunc de scholis.

Paucos quidem, nempe octoginta plus minus habemus [1] di-

---

[1] *habuimus hactenus.* Polancus.

scipulos, nec multi plures hactenus ferme connumerati, quamquam vulgo audimus etiam celebreis viros vel tantillum numerum, vehementer, tum in hac urbe, tum in hoc urbis secessu, demirantes. Causa forte paucitatis, neque jamdudum T. P. ignota, haec est: partim remotus plus satis atque incommodus omnino locus, quippe in urbis angulum quemdam ultra Adriae lata atque undosa quaedam brachia retrusus, partim quoque eam esse causam arbitramur quod haec, prae omnibus una civitatum Europae celeberrima, maxime sit contrahendis mercibus [1] intenta; quod jam in multis quidem videre fuit neque vulgaris fortunae nec generis hominibus, qui, vix primoribus adhuc labris latina lingua degustata, filios hinc ad externas ac peregrinas regiones missos, hic ad urbanas ac civileis merceis, a litterarum studiis avocatos, addixerunt; neque id tamen, ut speramus, sine mediocri etiam breviusculo tempore percepto atque imbibito fructu probitatis. Ii vero, quos adhuc in nostris scholis persistere contigit, incredibileis, cum litterarum, tum morum, fructus retulisse videri possunt. Cum enim rudes penitus atque ignari ad nos initio ventitare coeperint, eo certe nunc tandem profecerunt, bona pars supremae classis (quae viginti quatuor fere continuos habet discipulos), ut apte satis et latine loqui et scribere, etiam declamationes, quas et ipsas pridem incoeptarunt, audeant; quos nec caeterae classes segniter insequuntur.

Morum quidem tanta est immutatio omnium, ut neminem merito non magnopere oblectare debeant intuentem. Quod nec ipsum est obscurum. Creberrimi namque (ut vel in remotioribus suis partibus ac suburbiis est frequens haec civitas) qui ad gymnasia nostra pertranseuntes deflectunt, cujusque gradus et fortunae homines, etiam proceres interdum et summi viri, miris laudibus admirabundi in coelum efferunt docendae atque informandae juventutis tam utile tamque salutiferum R. P. Tuae institutum, id plane a Deo esse affirmantes; nec non subinde revisere iidem gaudent atque oblectantur.

Haec autem omnia, quam de nobis existimationem concitent quam brevissime dicam. Ex hoc scholastico quidem munere atque ex animarum pia, eaque gratuita (ex more Societatis),

---

[1] pro *contrahendis mercibus* scripsit Polancus *mercaturae.*

cura, quam assidue et liberaliter ex charitate proximo cuique sine delectu ac sine personarum ullo discrimine vident impendi, in eam de nobis existimationem [1] sanctitatis veniunt, ut non modo se totos suamque omnem vivendi rationem multi Patrum consilio subjiciant, instentque ut ipsorum pia sub administratione CHRISTI mancipentur obsequio: verum et per vicos, si quando nos vident, eos nos esse (quod jam saepius audire nosmetipsos contigit) veros evangelicos dictitent, qui nihil charitati atque emolumento proximi cuiusque nostri anteponamus. Id forsan et concionator quidam, quem doctrina vitaeque sanctitate hic demirati sunt cives, non leviter auxit. Ille enim nolens suum lupo gregem committere, postrema concionum, quam pene totam Societati JESU vel ipsi JESU potius visus est destinasse, frequentissimo et celeberrimo auditorio non modo religiosorum sectae nulli, quas multas enumeravit, Societatem JESU postposuit; sed nec ullam esse quidem, quam ejus evangelicae atque apostolicae (quam ipse vocitabat) integritati compararet, palam ausus est asseverare, pluribusque id firmioribus astruere ac comprobare argumentis; proindeque, si quo tutissime et saluberrime velint confessuri, consultaturi quippiam, audituri conciones accedere, Societatis JESU T. R. Paternitatis adirent alumnos. Idem coepisse et populus probare videtur. Tanta namque multorum in nobis fides et expectatio videtur, ut, vel nobis ignoti, aegrotis [2] aliisque id genus urgentioribus suis rebus et negociis, ad Deum preces nostras efflagitent; id quod per vicos ipsos, haud nostro sine rubore, accidit non semel. Sed neque medicum peritissimum quemdam tacebo, qui, confitens interdum apud nos, ubi solitum medicum nostrum (qui, et ipse profecto authoritate et peritia spectatissimus juxta ac religiosus, nihil non in augmentum hujusce Collegii et Societatis suscepturum pollicetur, quod et flagrare magis quam cupere demonstravit) aegrotare cognovit, ultro ac sponte sua multos abhinc menseis, nulli neque labori neque itineri licet perlongo parcens, studiosissime curavit. Reliquum, haec eo pertinent, quod neque sui Venetiae amplioris aliquando spe fructus nos frustraturae videntur. Sed, alta, dic, solo non est extructa Corinthus.

---

[1] Hic hanc inseruit Polancus parenthesim: *(utinam non fallerentur).*
[2] *in aegritudinibus.* Polancus.

Hanc omnino spem nostram haud leviter confirmat etiam procerum quorumdam pro Societatis quibusdam nec vulgaribus causis susceptum studium, industria, labor ac diligentia, eaque nec precaria, sed prorsus voluntaria, quin et insciis nobis incoepta, nec desita adhuc, quoniam quae intendunt pro nobis, adhuc perfecta non sunt.

De domesticis quod multa dicam nihil esse mihi quidem videre videor. Ipsum siquidem hujusce s.mum Societatis institutum unumquemque bonum et fidelem Christi ministrum satis probare videtur. Id namque vel strenuus Christi quisque miles usque mordicus retinere, vel ignavus Christique crucis jugo suapte culpa indignus deficere brevi ac turpiter hactenus mihi visus est. Caeterum et in eis, qui hic adsunt, fratribus nequaquam obscura futurae argumenta perseverantiae conspicari videor.

Quod autem unum mihi restare video, vere sanctus ac paternus R.di S.mae Trinitatis Antistitis [1] et Mecoenatis nostri atque omnium prope, non futilium quidem nec lascivientium poëtarum, sed Christi pauperum ac ministrorum erga nos potissimum amor et benevolentia singularis, omnibus jam nostra commemoratione, ut mihi persuadeo, notior est, neque tamen possumus amantissimi Patris singulis in nostris quadrimestribus non commeminisse.

Haec sunt fere, colende in primis ac observandissime Pater, quae a praeterito ad praesentem usque Septembrem [2] hic in summa contigisse et facta, Dei benignitate, ad ejus gloriam comperimus. Id, quantulumcumque est, tuae Paternitati censendum atque aestimandum deferimus, ut, agnito et perspecto quam plane sit exiguum prae incredibili tantae urbis Venetiarum necessitate, Tua Paternitas Patresque ac fratres, qui istic sunt, implorantes, Cristusque incrementum et gratiam praestans, in dies amplius exaugeatis.

Venetiis, quarto nonas Septembreis 1553.

Ex praecepto R. P. nostri D. Caes. Helmi.

T. R. P. indignus filius,

Jo. Gambarus.

---

[1] R.di *Antistitis dicti* S.mae Trinitatis Polancus.—Sermo est de Andrea Lipomano.

[2] Vocibus *a praeterito ad praesentem usque Septembrem* deletis substituit Polancus: *hisce mensibus.*

Superscriptionis loco in quarta pagina: Litterae annuae [1] venetae eorum quae ad aedificationem spectant.

Venetia.

Et alia manu: Venetia del 53, 2 di 7.bre

Praecedentium Joannis Gambari litterarum fragmentum italicum [2].

....

Che ne ancho Venetia pare che sia per ingannarsi de speranza che col tempo non vi si habbia a far qualche gran frutto. Questa nostra speranza confirmano non poccho le prese già et incomminciate industrie, fatiche, favori et diligentie per la Comp.a di certi Gentilhuomini de più nobili: et queste certo senza richiesta, ma volontariamente, anzi senza nostro saper, comminciate, le mantengono tuttavia et le accrescono, nè paiono per lasciarle sin che pervenghano al suo intento.

De quei di casa non mi par necessario dir molto. L' instituto S.mo di questa Comp.a di Jesu et di vra. P. R. par che sufficientemente approvi il buon et fidel servo di Christo. Imperochè sempre mai sin qui mi è parso ch' overo il valente soldato di Jesu Christo lo abandona in breve [3]. Del resto, et in questi che qui si ritrovano, mi pare vedervi chiari segni di volontà di perseverar.

Ma quel che solo ni veggo anchora restar, il veramente santo et paterno amor et benivolentia grande del nro. Mons.r Prior R. della Trinità verso noi specialmente, et verso tutti li poveri et servi di Christo, stimo che a tutti talmente sia paleso, che altra fede da noi non si ne dimandi; nè possiamo pur non

---

[1] Ita; et tamen manus adeo antiqua est ut primo et non nimis diligenti accuratoque intuitu videatur esse ipsius Gambari.

[2] Ex apographo in folio unico, n. 80.

[3] Sic; sed error est manifestus. Excidit enim librarii calamo primum dilemmatis membrum: *il valente soldato di Jesu Christo* PIÙ SEMPRE IN ESSO SI AFFERMA, OVERO IL PIGRO E CODARDO *l' abbandona.*

far mentione de tanto amorevol Padre in ciascadune delle nostre quadrimestri.

Questo è quasi, R.do P. et sempre oss.do, quanto, dal Settembre passato sin al presente, in summa troviamo esser' accaduto qui et operato a gloria del S.r col suo aggiuto. Et ciò che ce sia, l' offeremo al giudicio et censura della V. R. P. accio ch', conosciuto et visto quanto sia piccolo rispetto alla necessità et bisogno di tanta città, la P. V. oss.da et gli R. P. et fratelli, che costì sonno, pregando, et Jesu chro S. N. dando gratia et augmento, di continuo lo augmentiate.

Da Ven.a a 2 de 7.bre 1553.

Per commisson' del nro. R. P. Rettor M. Don Caesare Helmi.

Di V. P. R. figliuol indegno.

Juan Gambaro.

CCXLV

Theodorus Peltanus,
Ex commissione Patris Alphonsi Salmeron,
Patri Ignatio de Loyola.
Neapoli, 2 Septembris 1553 [1].

JHS

R.dae in Christo Pater I. [2]

Gratia et pax, etc.

Quadrimestris jam proxime exacti rationem reddituri, quae interea temporis hic contigere, brevitate quam fieri poterit maxima perstringemus. Imprimis plurimi domi forisque (de

[1] Autographae duplici folio n. 12. In eis tamen sola subscriptionis verba, *minimus in X° filius p. v. Theodorus Peltanus*, sunt manu ipsius Peltani.

[2] Sic; forte *Ignati*.

gymnasia nostra frequentantibus, qui singulo quoque mense, plerique etiam crebrius, confitentur, sileam) peccatis confessionis sacramento sese explicuerunt, inter quos nonnulli summatim totius vitae progressum confitendo exposuerunt. Duo item e fratribus [1] ad sacerdotium promoti, alter in Ascensione Domini, alter in Assumptione Virginis Matris prima sacra obtulerunt, quorum primitias gravissima concione R. P. Alfonsus Salmeron exornavit. Pater Franciscus [2] exercitia quaedam spiritualia quibusdam praegustanda dedit, ex quibus duo amplae spei juvenes Societati voto sese astrinxerunt; reliqui summo studio eo contendunt, non destituri ni voti aliquando compotes effecti caeteris associentur. Idem P. vehemens quoddam dissidium, inter duos legitimo thoro junctos natum, diremit, quod plures diversi ordinis religiosi saepius frustra tentarant. Idem singulis hebdomadis partem aliquam doctrinae christianae juventuti nostrae exponit, eamdemque praefinitis horis singulo quoque die a singulis quibusque reposcit; ex quo sane fructus non poenitendus in juvenum animos redundat. Hoc unum inter caetera unice suspiciunt multi, puerulos tantillos sacramentorum ac praeceptorum cognitionem adeo exactam ad unguem habere.

R. P. Andreas [3], plurima sacerdotum ac clericorum frequentia, casus conscientiae persecutus est, verum jam ob intensioris caniculae aestus hanc lectionem ad tempus intermisit.

R. P. Salmeron lectiones, a quibus, ob conciones quadragesimales, supersedere coactus fuerat, feriis Pentecostaeis summa plurimorum expectatione resumpsit. Porro, quam grata sit ea lectio quamque frequens totius civitatis optimatum ad eam sit concursus, denique quam laetus inde fructus emanet, quoniam alias dictum est, nunc prudentes praeterimus. Hoc unum tamen addo; auditorium et numero et authoritate in dies accrescere. Idem P. insignem concionem coram Rmo. et Illmo. D. Cardinale Prorege [4] habuit, qui partim ea causa permotus, partim etiam antiqua necessitudine P. Salmeronis devinctus adeo impendio

---

[1] Joannes Franciscus Araldus et Nicolaus Paradensis. Vide POLANCI, *Chron.*, t. III, pag. 170, n. 355.

[2] P. Joannes Franciscus Araldus.

[3] P. Andreas de Oviedo, Collegii Rector.

[4] Petrus Pacheco.

Collegiolum hoc nostrum fovere coepit, quo [1] nullum non lapidem moveat ut quam citissime firma aliqua ejus fundamenta jaciantur; quod (Domino favente) brevi futurum est; quid enim tanta tanti viri instantia in tanta civitate efficere non queat? Agit ea de re apud electos, [2] agit apud Gubernatores, agit demum apud omnes, unde subsidii spes magna affulget aut affulgere potest; et quoniam tam impense vir ille partibus nostris fautor est, tota pene civitas singulari quodam animo ac studio nostra ubivis promovet; et, si hoc non semper valet, certe, quod potest, sincerissimo pectore nostros diligit.

Idem P. Salmeron a pluribus ecclesiis in proximum annum expetitur ecclesiastes; verum certo nulli adhuc loco sese addixit.

Fratres omnes fausta, cum corporis, tum animi, valetudine fruuntur.

Haec, R. in X.° P.er, sanctissimis tuis imprimis, deinde aliorum Patrum ac fratrum, Romae degentium, orationibus unice commendatos cupimus. Jesus Christus diu nobis servulis tuis P.tem V.am incolumem conservet.

Ex Neapoli, 4.° non. Septembris MDLIII.

R. P. V.

Ex commissione Patris [3],

Minimus in Christo filius,

THEODORUS PELTANUS.

Superscriptio in quarta pagina : Al molto R.do Pre. nro. in iesu x.° il P. m. Ignatio di Loyola, Prep.to gnale. della Comp.a di Jesu.

Iterata est in alia hujus paginae parte eadem, paucis mutatis, superscriptio, et in alia manus etiam alia, calami sumens experimentum scripsit : ✝ Magnificat anima mea Dnum.

Magni.

Magnificat.

---

[1] *Ut.* Polancus.

[2] Vide POLANCO, *Chronicon,* t. III, pag. 186, n. 393, annot. 1.

[3] Deest nomen. Nos tamen scribere non dubitavimus nomen Patris Salmeron, qui tunc temporis Neapoli erat sociis omnibus praepositus, ex cujus commissione alias hujus anni quadrimestres litteras scripsit idem Peltanus.

CCXLVI

N.
Patri Ignatio de Loyola,
Salmantica, 8 Septembris 1553 [1].

IHS

Gratia et pax X.i Jesu sit semper nobiscum. Amen.

Omnibus quae hic, P. R.de, per operarios suos (vilia Collegii hujus instrumenta) facere dignatur, incrementum dat ipse Deus. Saepius siquidem et mox morituris praesto sumus et, ut Christo moriantur, non sine fructu elaboramus. Nunquam praeterea deest occasio nobis animorum miserias spiritualibus sublevandi colloquiis. Et multus certe, tam nobis quam Salmanticae civitati, mere spiritualis fructus est, cum in quotidianis ac generalioribus confessionibus audiendis, tum in sacram fidelibus Eucharistiam administrando, simulque christianam doctrinam dominicis diebus a prandio praelegendo, cujus gratia tam multi ad nos confluunt, ut ecclesia non omnes capere possit; quo factum est, ut eam amplificare coacti simus. Nunquam nobis a Dominica Resurrectionis ad hos usque dies scholasticorum plures defuerunt, qui, novum ac sanctum vivendi genus amplecti cupientes, spiritualibus exercitiis multo cum fructu exercerentur. Presbiterorum autem ac nobilium quidam, sanctis colloquiis excitati, religionem sunt ingressi: quidam vero, ac potissimum presbiteri, tantum divina bonitate apud nos profecerunt, ut, alios ad viam Domini allicientes multoque spiritu trahentes, tam prophanis hominibus quam

[1] Apographum, unico folio, n. 448.

ecclesiasticis non mediocriter sint admirationi. Ad haec vir quidam, et sanguine [et] censu multiplici, [amicus] [1] Regis, qui, nitidiori cultu ac prophano luxu, reliquis adeo in Regia domo praecellebat, ut varius ejus ornatus, vestis discolor multiplex toga, et aliis invidiosa, et frequens cunctis esset in ore, ab ipsa Regia domo ad nostrum tuguriolum, tanquam ad salutis suae asylum, pervolans, Patrem Gonzalez [2], qui nobis modo praeest, convenit. Hic vir insignis, exercitationum cursu peracto, sic novum hominem, qui secundum Christum Jesum est formatus, induit, ut cunctos in sui admirationem, et nobiles et religiosos quosque, merito rapiat; propriis siquidem relictis laribus negotiisque non utcumque involutis simul atque cuncta numerosa turba, in qua antea praecellere solebat, quodammodo spreta, in remotam atque adeo ignotam quamdam regiunculam, ut melius Deo vacare posset, concessit.

Quatuor, his diebus proximis, sese nostro contubernio adjunxerunt; tres quidem theologi ac magnae expectationis viri, quartus vero et bene doctus et spectatae indolis adolescens est. Sit Christus Jesus in operibus suis benedictus in saecula. Amen.

Haec pauca, R.de P., ex his, quae proximis his mensibus Deus optimus maximus apud nos operari dignatus est, quae ad te scriberem occurrebant. Tu vero, P.r admodum observande, ut post hac in negotio Christi simus diligentiores, in tuis precibus nos commendatissimos habere dignaberis.

Salmanticae, 6 idus Septembris 1553.

---

1 Haud percipi potest quid hic scriptum sit, an *adventus*, an *advectus*, *aductus*, etc.

2 P. Joannes Gonzalez.

CCXLVII

P. Annibal a Coudreto
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 11 Septembris 1553 [1].

†

Gratia, pax et misericordia Domini nostri Jesu Christi sit semper cum omnibus nobis. Amen.

Quia nos verbis pluribus uti vetas, ubi res paucae sunt, observandissime in Christo Pater, dabimus operam ut quae proxime actis quatuor mensibus hic facta sunt, brevissime, quoad ejus fieri poterit, perstringamus. Atque ut ab eo sumam principium, quod piis omnibus et angelis Dei laetitiam adferre solet, peccatorum conversionem: die festo Beatae Magdalenae, circiter 12 meretrices ad templum nostrum adductae, audita concione ita commotae sunt animo, ut fere omnes redire se velle ad poenitentiam dicerent. Dedit haec res merendi occasionem probis aliquot civibus, qui cogitare coeperunt ut domum ad hujus generis mulierculas deinceps receptandas conducerent, et quod, praeter ea, quae manuum opificiis illae sibi parare possent, ad victum necessarium foret, id de suo suppeditarent. Iamque divina ope, magno et principis et totius civitatis assensu atque favore, opus hoc confectum est, et domus habitari coepta. Sunt autem in ea fere 14, illis etiam numeratis, quae curam conversarum agunt. Datur interim opera, tum a viris piis, tum a mulieribus, etiam nobilissimis, ut plures convertantur.

---

[1] Autographae, totae manu Annibalis, in folio duplici, nn. 148 et 149.

In hisce bellorum tumultibus et barbaricae classis [1] metu, plerique confessi sunt, data praesertim jubilaei occasione. Post quoque permulti perseverant Deo se frequenter reconciliare, ut vix unquam R.dis Patribus, etiam non feriatis diebus, abesse a templo liceat. Remissa inter haec odia, paces conciliatae, prohibita homicidia veneficiaque, adulteria dirempta, et repetita conjugia (quarum rerum omnium nunquam hic deest materia). Nihil arbitror attinere ut singula referamus, cum nec tua id velit Paternitas, nec nos quoque facile possimus. Tametsi in his aliquot insigniora, ut quod veneno tollere filiam pater cogitarit, hortantibus cognatis ut id faceret; mater quaedam, multos jam annos adultera, filiam suam nondum nubilem, in turpissimos ac nefandissimos usus vendiderit; et his alia non absimilia. Harum, nunc mater, viro reconciliata, Sacramentorum praesidium frequenter percipit; filia etiam religionis habitum induere se velle profitetur.

Illuditur interim et daemon suisque ipse artibus capitur. Vir enim quidam, qui in adulterio octavum agebat annum, eo ad concionem spiritu adductus ut moecham suam, jam a peccato digressam, ibi aspiceret, inescatus est et ipse, captumque ore hamum verbi Domini ità constanter tenuit, ut facere non potuerit quin, urgente conscientia, cum Deo pariter et uxore in gratiam rediret. Hoc, quia nonnihil habere gratiae videbatur, referre volui. Caetera hujus generis praetereo. Neque commemorare aggredior quam multi, a pluribus annis non confessi, ad patres nostros accesserint, aut, ab impudicis et omnino a perditis moribus abducti, salutis suae coeptum iter sedulo prosequantur.

Hujus evidentissimum est indicium devotorum et numerus major, et in dies ferventior, atque ad omne opus bonum paratior. In quo non privatim solum, sed publice etiam, orationis studium crevit. Quo enim tempore adventare Turcarum classis dicebatur, publica oratio in templo nostro instituta est, ut quadraginta horarum spatio (quot horas iacuisse in sepulchro Salvatoris Domini Jesu Christi Corpus creditur) nunquam, deesent qui orarent diu noctuque [2]. Sed interdiu mulieres, noctu

---

[1] Turcarum classis.
[2] Vide quae de hac publica oratione dicta sunt in Polanci, *Chron.*, t. iii, pag. 198, n. 1.

viri tantum. Succedebant autem alii aliis, in horas singulas, quamplurimi poterant. Grata haec res primatibus fuit ac toti civitati, non quia nova tantum, sed quod utilis quoque esset atque laudabilis; ut diceret D. Vicarius velle se in majore templo idem institutum sequi, aliique item in privatis ecclesiis. Itaque renovari in nostro templo fierique frequentius multi efflagitarunt, statuitque R. P. D. Hieronymus Domenech quater singulis annis eis concedere; primum, pro peccatoribus; deinde, pro iis, qui in statu gratiae vivunt; tertio, ad implorandum praefectis et quacumque ratione superioribus divinam opem; postremo, pro defunctis. Id quoque genus orationis, quod superiore anno fiebat iisdem in tumultibus, non est omissum, ut singulis horis in aliquo monasterio psalmi et litaniae decantarentur [1]. Neque id solum Messanae, sed toto etiam regno, missis, quibus hoc praelatis jubebatur, Proregis litteris et orationis formula, quae hic typis mandata fuerat. Imperabatur et alia orandi ratio: ut ter quotidie in singulis ecclesiis et monasteriis campana pulsaretur, cujus audito pulsu, omnes, quocumque in loco essent, orandi gratia genua flecterent.

Sed redeo ad nos, hoc est, ad templum nostrum. Patres confessarii ita nonnullas familias, quae sibi confitentur, distribuerunt, ut variis in locis continue oraretur. Hisce praesidiis, et eleemosynis, tum privatim tum publice, collatis, credendum est biforme [2] illud et immane monstrum ab hac insula depulsum fuisse, quod alioquin jam irrepere nec sine damno coeperat. Sed haec jam parum ad nos, quae publica sunt.

Illud magis: duos juvenes franciscanorum familiam devotissime esse ingressos, alium capucinorum, quartum benedictinorum. Fuit et alius, cui eremitarum quorumdam probatae famae institutum sequi magis placuit. Tres quoque in Collegium nostrum ad obsequia domestica sunt admissi, quamquam horum unus nec aetate nec indole videtur ineptus ad litteras addiscendas. Virgines aliquot se Deo religionique dicarunt. Aliqui in conjugio, etiam non negatas, voluptates sibi subtraxerunt et continenter vivere pergunt. Mulier una, aetatis grandis, et altera, item adolescentula, natione Maurae, recepta Christi fide,

---

[1] Vide supra, pag. 28.

[2] *Biforme* ideo fortassis ab Annibale appellatur, quia et corporibus et animis monstrum illud minabatur.

baptizatae sunt. In summa ita fit ut tota urbe bene audiat hic locus, ut etiam exteri se malle Messanae habitare et familiares alere quam cum suis civibus testentur, quod illic se hactenus mortuos, hic tandem recuperasse vitam intelligant.

Hi proventus, si cui forte aliquid esse videbuntur, habeat ille quidem fortasse quod causetur, soli naturam; sed qui cultum inspiciat, miretur potius tam esse poenitendum quicquid hic fit. Festis diebus et dominicis conciones; et, a meridie, Pauli Apostoli lectiones; diebus veneris, decalogi expositio; quarta quoque feria, casuum conscientiae in templo declaratio: adde et frequentes apud monachas cohortationes, varia colloquia, multorum admonitiones; an non ista efficere debuisse videbuntur ut divino amore civitas arderet universa? Tu tamen, Pater optime, haec, utcumque sunt, facilis accipe, quando plura offerre non possumus; et quot superest, benigne adverte.

In scholis omnia pro more sunt. Neque de priore instituto atque disciplina quicquam est in Collegio immutatum, quod magni referat. Factum tamen, quod experientia utilissimum esse comperimus, ut singulis patribus ac fratribus suus daretur censor, cujus esset cura et a reliquis omnibus sigillatim petere quid in illo putaret esse reprehendendum, et, quicquid illud esset, Superiori scriptum offerret. Hic deinde ei, qui notatus fuerat, tradebat, jubens interim ut remedia adversus errores illos quaereret. Jubebat praeterea singulos eo de vitio semel concionari coram omnibus, cui maxime novisset obnoxios; ut, verbi gratia, Annibalem [1] de fugienda indecora verecundia et spiritu libertatis comparando; alium de ratione bene distribuendi temporis; alium de modestia; deque aliis alios, quae ad mores recte formandos pertinerent [2].

Tres fratres Panhormum transmissi sunt mense Augusto, et cum his profecti, visendi gratia ejus Collegii, R. P. Cornelius Wiscaven [3] et M.r Raphaël Riera. Neque id sine fructu, ut audimus. Nam praeter id, quod conferre potuit tanti Patris prae-

---

[1] Ipsum harum litterarum scriptorem.

[2] Didicerat haec P. Hieronymus Domenech a Sancto Ignatio, ut videre est in opusculo Patris Petri de Rivadeneira, *Del modo de gobierno, que Nuestro Santo Padre Ignacio tenia,* cap. IV.

[3] Wishaven.

sentia illius Collegii fratribus, etiam inter eundum, tota una triremi diffusi, eam pene omnem ad poenitentiae studium converterunt, suique tantam in Domino dilectionem excitarunt, ut eos a se discedere aegre milites paterentur. Rediere hi duo nudius tertius ut hinc propediem iter suum Romam dirigant. Et, quoniam ita te velle intelligimus, etiam cum iis adolescentes quinque Messanenses, quos jam aliquot annos Collegium hoc aluit, Societati nostrae dicatos, graecis ac latinis literis mediocriter eruditos, et, si aetas spectetur, fortasse non mediocriter, hebraicarum autem non penitus ignaros, ut hujus Collegii quasi quasdam primitias accipias, ad te, nisi oberrantis classis periculum obstiterit, mittemus [1].

Atque haec fere de Collegio nostro scribenda occurrunt. Cui nisi tanta esset operariorum penuria, liceret ex se alia facile procreare. Huc enim a Calatinis [2] quidam missus est, qui apud Proregem curet Societatis hujus Collegium in sua civitate extrui. Bisbonae quoque (quod vulgo Bivona dicitur), ubi nunc agit R. P. Antonius Vinck, Comes a Luna [3] statuere aliud summopere curat. Huic est nupta Proregis filia [4]. Quare non facile destiturum putamus quo minus votum consequatur.

Ipse etiam Prorex Patrem unum sibi petit, quem in Italae Abbatiam, quae opulentissima est et ejus fratri collata, concionandi gratia mittat. Abest autem hinc 15 fere M. P. [5].

Hic tametsi R. P. D. Hieronymus [6] haereat in tanta messis copia, non gaudere tamen et Deo gratias agere non possumus, tum quod argumento est optime in hac insula Societatem audire, tum quod evidentissimum est indicium benevolentiae, qua universam hanc Societatem clarissimus hic princeps prosequitur [7]. Ejus enim potissimum causa haec fieri nobis dubium non est. Qui etiam litteras ad Proregem Neapolitanum [8] misit, quo recens ibi condito nostrae Societatis Collegio benignus

---

1 Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag 199.

2 A civibus Calatagironae.

3 Petrus de Luna, Comes de Luna et Dux de Bibona.

4 Elisabeth de Vega.

5 M. P.; Millia passuum. Vide POLANCI, *Chronicon*, t. III, pag. 202 et 203.

6 P. Hieronymus Domenech, jam Siciliae Provincialis.

7 Cum hic et superius in hac epistola sermo est de *principe*, intelligendus est Joannes de Vega, Pro-rex.

8 Is jam tum erat Cardinalis Petrus Pacheco, qui Petro de Toledo successerat.

faveret. Quod quidem ille se lubentissime facturum jam, ut accepimus respondit. Ita bonus ac vere pius princeps, non in Sicilia modo, sed in aliis quoque regionibus latius difundi hujus Societatis operarios, ut optat maxime, ita diligentissime dat operam. Qui quidem, si hac in re multorum principum animos consentientes haberet, bone Deus! quid boni non fieret? Sed haec de illo satis.

Imo vero nihil jam omnino restat, quod scribam, nisi ut ignoscas ignoscique a Deo nobis postules, quod negligentia nostra praetermissum est boni, et divinum implores auxilium, quo voluntatem ejus et agnoscamus facile et integre exequi possimus.

Messanae, 11 Septembris 1553.

R. P. T.

indignus in Christo Jesu servus,

Annibal a Coudreto.

Superscriptio in quarta pagina: † R.do in X.o Patri D. Ignatio de Loyola praeposito grali. Societatis Jesu.

Romae.

Alia manu: 1553, Quad. Messina. XI di 7b.

Vestigium cerae et sigilli.

CCXLVIII

P. Joannes Nuñez Barreto
Patri Bernardino a Regibus.
12 Septembris 1553 [1].

Ejusdem ad P. Bernardinum [2] pridie iduum Septembris 1553.

Pax et amor Domini Jesu Christi habitet semper in animis nostris. Amen.

Ex litteris, quae mihi hoc mense sunt redditae, cognovi tibi a Praeposito nostro datum esse negotium, uti horum miserabilium captivorum res curares; quamobrem Deo gratias ingentes ago te mihi in hac negotiatione et, quae illi perplacet, merce procuratorem contigisse. Atque hoc uno, magis quam unquam antea, fore confido ut ingenti pecuniarum copia adiuver, unde grande aes alienum conflatum solvam. Hos enim quinque annos, qui a meo in hoc regnum ingressu [3] ad mensem Novembris numerantur, quo toto tempore pedem in christianorum terris non posui, maximis semper debitis oppri-

---

[1] Apographum, in folio, n. 520.

De iis litteris tria animadvertere oportet: 1.um eas proprie quadrimestres non esse; a nobis tamen hic edi, quia inter quadrimestres in romana collectione asservatae sunt, et quadrimestrium defectum supplent, cum nulla alia, quod sciamus, reperiantur documenta, e quibus erui possit notitia rerum in Africa hoc tempore a Patribus Societatis gestarum. 2.um editas jam esse in *Cartas de San Ignacio,* t. III, pag. 512 et seq. Sed ibi hispane sunt, ex *Historia varia,* hic latine ex romana collectione, desumpta. 3.um In *Cartas de San Ignacio,* l. c., missae dicuntur Patri Francisco Viera (forte quia Nuñez ipse quasdam huic Francisco dedisse sub hoc tempus litteras affirmat); sed error manifestus est; nam in fol. 310 *Historiae variae,* ex quo depromptae illae hispanae sunt, et hic inter quadrimestres, Patri Bernardino superscribuntur, et aliunde scimus non Francisco Viera sed Bernardino a Regibus *a praeposito nostro datum esse negotium uti* Ulyssipone *horum miserabilium captivorum res curaret.*

Tandem quae primo et secundo loco animadvertimus, applicentur oportet et litteris, quas supra, n. CC, pag. 160, dedimus, ejusdem Patris Nuñez ad Episcopum Cellensem *(de Celte* scribitur in *Cartas).*

[2] P. Bernardinus a Regibus, dos Reis, olim Escalço. Vide supra, t. I, pag. 571.

[3] Vide Polanci, *Chronicon,* t. I, pag. 327, ann. 1548, n. 289.

mor, tantos in curandos captivos aegrotos, et nonnullas puellas, a turcis captas, redimendas sumptus facio. Non ita pridem quadringentos aureos, ut duo millia et eo amplius praeterea, quae fide mea esse jusseram, debebam. Atqui permittit Dominus noster sua immensa misericordia ut et Mauri et Judaei, quibus sum notus, mihi maximam pecuniarum summam, nihil hic aliud nisi hoc habenti corpusculum, nec tam certum quam esse debuerat, credere non dubitent. Mihi gratissimum esset, si tuis oculis et animarum jacturam et quamplurimus hic ad Mauros deficere videres; ut tantum malum perspiciens, hoc est, Dominum nostrum, Optimum, maximum ac pientissimum, a multis ut cacodaemoni serviant, repudiari, lucem fugi, tenebras amplecti, majore divini honoris studio accensus, sigillatim, et magno animi ardore, privatas principum aedes obeundo, eleemosynas efflagitares, quibus tantum hoc detrimentum resarciretur.

Duabus namque maxime de causis lucrum ingens fieret: in primis, multae animae, pretiosissimo Christi sanguine emptae, quas quotidie interire pecuniarum penuria video, minime interirent. Deinde, ii, quos Deus magna potentia et maximorum redituum bonorumque temporalium dispensatores esse voluit, si rem tam piam adjuvarent, ingentem ab illo ipso gratiam inirent. Sic pecuniam suam Deo foenori darent. Nam pro ea, quae ita vilis et contempta est, si in malos usus profundatur, ut a Divo Petro stercus appelletur, quod quidem congestum inutile est, sparsum vero et extensum maximos fructus profert, in coelo si per pauperes dispergitur, aeterni thesauri persolvuntur. At excellentissimum foenus est ipsum Deum summum bonum pro mercede ejus rei accipere, quae quo majori nobis fuit voluptati, eo majore cum dolore, velimus nolimus, tandem aliquando reliquenda est. Si quot in his regnis animae hanc unam ob causam pereant, quia mihi pecuniae desunt, quibus redimi possint, tibi particulatim velim exponere, difficile esset epistolae exitum invenire. Saepissime enim multae turcarum biremes ad hujus oppidi portum appelluntur, quibus magna puerorum multitudo, quos illi foedissimis constrictos atque irretitos tenent sceleribus, vehitur. Hi ad me saepe lachrimantes publice veniunt, ut sese tam prava consuetudine liberem atque expediam. At ego, pecuniarum inopia, spe sua frustratos dimitto,

cum omnes intus in animo, qui doloris magnitudine pene disrumpitur, quasi transfixi inhaereant. Nec multo post, eos jam turcarum sacris initiatos, Deum in justitia orantes conspicio, uti ab iis, qui se in eum locum pervenire sinunt, dignas pro meritis poenas expetat; quod plane facit ut maxime illud Dei judicium, praesertim quod de divitibus constituetur, vehementer timeam et exhorrescam. Illud insuper beneficium inauditum, quod in me ille larga manu contulit, aperte cognosco, quod et mundum et ejus bona omnia me et despicere omnino et deserere docuit. Praestat enim multo nihil habere, cujus ratio exigatur, quam eorum, quae habeas, malam reddere. Quid causae dicent ii, maximo illo atque horribili judicii die, qui magnarum opum domini in excelso aetatem agunt, cum Christus detectis, patentibusque vulneribus, apparebit, cum quibus in rebus suas quisque divitias consumpserit exquiret, cum voce terribili increpabit: esurivi et non dedistis mihi manducare, etc.? Et quid responsi dabunt ii, qui, dum opes thesaurosque suos in magnifica atque sumptuosa aedificia, in lautissimorum conviviorum apparationes, in innumerabiles clientes, in vestes attalicas, in peristromata profundunt: animas, pro quibus mortem Christus Dominus noster subire non recusavit, quarum singulae pluris sunt quam omnia jam inde ab initio creata, pecuniis carentes, maurorum superstitionibus devinciri, Creatori suo, tam misericordi et benigno infestas fieri quotidie patiuntur et interire?

Nullum tam ferreum posse esse pectus, nedum humanum, credo, quod, tali re tamque misera percussus, non moveatur vehementissime et sanguineas lachrimas ex intimo cordis depromptas distillet. Equidem me continere nequeo quin una cum Davide propheta exclamem: *Exurge, Domine, exurge; quare obdormis? ne repellas nos in finem.* Complures infantes per imprudentiam, foeminae item multae et adolescentulae coactae ab infidelibus (quod peccatum non esse existimant) maurorum superstitionem sequuntur, seque tandem magna liberorum, qui aeque ac ipsae sunt perditi, caterva circumdatas respicientes, divinam justitiam in eos implorant, qui se in tantam miseriam devenire passi sunt, ut saepe eas acerbissimo cum dolore dicere audio nec minore quidem quam illae ipsae dicunt.

Nunc commorantur quinque turcarum biremes, quorum major pars, apostatae sunt, de quibus decem jam dies magna mihi cum Mauris contentio est. Illud profecto verum est, si una charitas desit, omnia bona simul deesse. Itaque cum hi Mauri populi prorsus ea sint exuti, adeo sunt crudeles, ut suos quisquam captivos, seu mares sint seu foeminae, miserrimae habitos, nuda corpora ostentantes, sine tunicis etiam intimis, pedibus exertis sinant incedere; quod si in morbum aliquando incidant, in carceribus subterraneis atque teterrimis illos absumi crudeliter patiuntur, nec interea quidquam ad usus vitae necessarios miseris suppeditare volunt: quamobrem parvam Misericordiae aedem, ubi curentur, institui, atque duumviros, quibus illi curae essent, imposui, praeter fratrem Ignatium [1], qui praefectus est eorum omnium, qui hic mea fide versantur, et universorum hujus oppidi carcerum, qui octo sunt numero, in quibus adeo constipati captivi sunt (domus enim non capiunt) ut non multum absit quin aestate calore nimio strangulentur. Tantos, dum eis necessaria subministro, sumptus facio (nam multi sunt semper aegroti), ut te mihi aliquas huic rei eleemosynas quaerere necesse sit. Hoc itaque unum abs te, charissime pater, propter Domini nostri amorem mirum in modum peto: ut potentiorum limina obeas, ab eis omnibus opem efflagites, qui tibi videbuntur auxilio esse posse huic tam sancto operi, non solum aedis Misericordiae, sed etiam in libertatem vindicandi, tum aliquot lusitanos pueros, tum nonnullos pueros atque puellas foeminasque inde ex orientale plaga vectas, quae et major multitudo est, et magis omnibus destituta, quoniam a suis quam longissime absunt, quod in causa est ut in summa libertatis desperatione multi a Christo deficiant. Hae orientales, cum omnibus simul portoriis et expensis, septuaginta aureis ad summum stabunt, donec ad id loci vehantur, magna cautione, quocumque volueris; ac tanti quidem infantes promiscue veneunt: puellae vero bona forma, a duodecim circiter ad 20 annos, octoginta sex aureis, expensis portorisque adnumeratis. At pueri Lusitani nonaginta aut centum, quod rarissimae contingit, indicantur.

Quicquid isthic pecuniarum tradetur, ad Clementem Clau-

---

[1] Fr. coadjutor, Ignatius Bogado.

dianum, Gadium praefectum [1], summa fide virum, per foeneratoris syngrapham mittas velim: is ut id omne hic mihi persolvatur curabit diligenter. Ego enim promitto ac recipio me daturum operam ut captivi sistantur nec fidei meae deero. Nam licet duo millia aureorum ad me mittas,id tamen fac pro certo habeas, negligentia nec unum quidem, Deo volente, interiturum. Hoc tu idem isthic pollicere, quaeso, satius enim ducam vitam amittere, quam aliquid in ea re, quod a me sit alienum, facere; cum praesertim et hoc aetatis sim, quadraginta nempe quatuor aut quinque annos natus, et tot in religione consumpserim. Erat mihi in animo ad Ducem Brigantiae [2] et alias quamplurimas principes foeminas, quae nobis adjumento esse possint, scribere. Sed nuntius crastino die Abylam (Ceitam vocant) [3] proficiscitur; atque mihi tot literis respondendum fuit, ut interdiu noctuque nullum esset respirandi tempus.

Itaque has et sero et praepropere scripsi. Dominus noster, propter magnam clementiam suam, eorum animos, qui in his recuperandis animis, ne pereant omnino, nos juvare possunt, commovere dignetur. Nunc me hosque captivos omnes tibi commendo ut nostri in tuis sacrificiis recorderis.

Est in hoc oppido mutus quidam Hispaniensis, qui jam triginta plus minus annos hic retinetur. Deo gratissimum erit, si quantum pecuniae satis sit ad eum redimendum, isthuc perquiratur (erit autem satis septuaginta aureis) ut Christianorum consuetudinem sacrisque perfruatur, nec inter hos infideles aetatem omnem exigat.

---

[1] Haec ita in hispano: *Todo el dinero que quisieren dar á V. R., me pase por carta á Clemente Ochaviano, Regidor de Cadiz,* etc.

[2] *A la Duquesa de Berganza.*

[3] Ceuta, *Exilissa, Septa, Abyla, ad septem Fratres,* urbs Mauritaniae Tingitanae. FERRARI, *Lexicon geographicum.*

CCXLIX

P. Joannes Nuñez Barreto
Patri Bernardino a Regibus.
12 Septembris 1553[1].

Ejusdem ad P. Bernardinum a pridie idus Septembris anno 1553.

Perscripta jam epistola, sparsus est et plane confirmatus hic rumor, quemdam ex Algarbiis[2] puerum, qui proximis superioribus diebus deprehensus fuisset, a nostra declinantem, turcarum religioni sese obligasse; ejus vero patrem in una de quinque biremibus, quae in hoc flumine sunt, arceri vinculis, quo majore dolore afficeretur, cum his pariter alii duo juvenes, et Larachi[3], quo illae fuerant appulsae, quinque aut sex, cum puero, qui eodem quodam negotiatorio navigio vectus fuisset, se turcas professi sunt; uno porro die, duo cujusdam mercatoris Maurorum sectam amplexati sunt: quibus nimio animi dolore in id sermonis prorrumpo: *quis dabit capiti meo aquam et oculis mei fontem lachrymarum* et plorabo tot animarum, melliflui Christi sanguine redemptarum, perniciem? His ego cognitis, hominem mihi familiarissimum, ut ad biremes veniret, rogavi, duos aut tres horum, qui se turcas fatentur, pue-

---

[1] Apographum, quod incipit in ejusdem ac praecedens folii dorso, n. 520 et explicit in 521.—De his illa etiam intellige, quae primo et secundo loco animadvertimus supra, in annotatione prima paginae. Licet in *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 511, quia servatus est idem ordo, quem habent haec documenta in *Historia varia*, epistola haec tanquam a praecedenti distincta et quidem ante eam edita sit, tamen in collectione romana praecedentem sequitur ejusque pars, seu potius appendix, aut, ut vulgo dicitur, postcripta esse videtur.

[2] Algarbiorum in Portugallia provincia est meridionalis ideoque Africae vicinior et piratarum incursibus magis exposita.

[3] Larache, Larach, *Lixa*, urbs Mauritaniae Tingitanae. Ferrari, *Lexicon geographicum*.

ros mihi redimeret; patronis eorum plusquam ipsi unquam solent accipere polliceretur, ut, studio pecuniae flagrantes, facilius eos nobis traderent. Praeterea ut puerum forma liberali, decem ad duodecim, annos natum, qui uno abhinc anno religionem nostram deseruit, a Mauro, qui plurimum hic potest, redimam, diligenter operam dare constitui, grandiorem quam aliunde acciperet pecuniam pollicendo.

Polemarchus hujus oppidi [1] (ut fit) foeminam adolescentem superstitionem Maurorum suscipere compulit, ut sibi concubina esset; quae puerum, ei similem, cujus antea mentionem feci, habet; quem nisi libero, nimirum brevi (ut mater) Mahumeti haeresim sectabitur; nam decem annos minime excedet, neque multum ab ea re abhorret.

Maximum periculum est ne, quorundam calumniis, magnum mihi apud Babae regem *(Fez* vulgo vocant) [2] confletur odium, quod et aliis de rebus, his haud dissimilibus, factum aliquando est, et me magnum in discrimen adduxit. At me haec nihil commovent quominus, Deo propitio, quotquot possim, in libertatem asseram. Utinam mihi pecunia ad omnes redimendos suppeditaret! Profecto animam amitterre nihil pensi haberem. Satius enim est vitam mihi, tot miseriis plenam, quot se in hoc laborioso curriculo ingerunt, eripi, quam illos suos animos, qui tanti steterunt, perdere.

Te per singularem et incredibilem Dei optim. maxim. benevolentiam oro, Pater, ut maximas eleemosynas ad me brevi perferendas cures, ut me a cuncto aere alieno expediam. Nam cum venerint, majoribus nominibus oppressum, quam nunc sim, me fore spero, qui versuram solvam.

Haec, P. charissime, sunt ejusmodi, quae merito quemvis hominem ex suggestis aliisque locis clamare cogant. Animadverte, quaeso, ne in negotio divino sis nimis negligens; Dominus enim enucleate a te hujus rei, ut ab illis qui eleemosynas (quod credi non potest) negaverint, rationem exiget. Satisfacies (mihi crede), si quod in te est, contenderis. Vale.

---

[1] Hispane *(Cartas de San Ignacio,* t. III, pag. 511) *El Alcalde de esta villa*, qui quidem melius dicetur *praetor* quam *polemarchus;* hic enim bellicis, ille autem *(alcalde)* civilibus rebus praefectus est.

[2] *Baba, quae* Beniteuda, *urbecula est Habatae provinciae regni Fezzae, ad Guarquam fluvium, versus limites Errisis prov.* FERRARI, *Lexicon geographicum.*

CCL

P. Edmundus Augerius,
Ex commissione Patris Everardi Mercuriani,
Patri Ignatio de Loyola.
Perusio, 15 Septembris 1553 [1].

JHUS

Pax Christi, etc.

Laborum omnium, qui caeteris alibi, nobis Perusiae, in divino obsequio communes fuere, summa et proventus tibi, P. in Christo observande, perscribetur, si prius domestica quoque negotia attigero.

Fratres non solum longa et gravi rerum aut loci penuria non sunt exterriti, imo et pristinis animis nescio quid roboris in dies videtur accedere. Studia autem remissius tractantur, tum adversa hactenus multorum valetudine, tum sane multitudine negotiorum. Tametsi quibus licet, horas interdum suffurari sit commune. Potissima pars docet, aliis interim sua etiam officia tractantibus; quisque sua sorte beatus. Quamquam extruendi hic Collegii spem plurima incommoda et diversi rerum exitus aliquantum interturbarint, ademerunt tamen nunquam. Ea enim est divinae clementiae magnitudo, ut Societatis opera urbem hanc quoque juvandam destinarit. Quod prospero eventu et spiritualis proventus veluti pignore colligere licet. Nec tantum in movendis hominum animis daemon valet, quantum Deus ipse firmandis fovendisque. Is autem potissimum inter caetera suadebat non admittendam esse

[1] Autographae, in folio unico, n. 56.—Est et apographum in folio 46.bis

inauditam et insolitam docendi formam, quae nunquam antea esset tradita, sed et quae Academiae nomen brevi esset obscuratura: his atque aliis hominum ingenia exagitavit mendacii pater, suo tamen malo, cum hoc ipsum, re cognita, majorem fidem Societati pepererit. Est sane mirum quod, quo magis Societatis institutum latere voluit, obiecta passim studiorum novitate, eo plenius est, non notum solum, sed et probatum: siquidem nullo unquam tempore fratres fuere occupatiores, quam cum sic ille in nostram doctrinam fureret. Tunc enim quotidiani et majores progressus cernebantur.

Nam praeter frequentem sacramenti poenitentiae et Eucharistiae administrationem, in horas etiam ad aegrotorum, qui hac aestate fuerunt plurimi, domos avocabantur; sed in ptochodochiis hoc quoque contigit, ut aegrotis, qui maximo sane totius civitatis consensu primum fuerant recepti, auxilii plurimum paulatim subtractum sit, contagionis metu, cura solis interea fere fratribus relicta. Quorum charitas evidentissimis argumentis est probata.

Praeterea soli fere militibus (quoniam numerosa hic turba decumbentium fuit) spiritalem opem tulere, quando non solum metus animum quibusdam, verum et omnibus diversitas idiomatum facultatem ademerat.

Nec defuere interim in templo nostro occupationes, si non majores, solitae tamen. Multi etiam consulturi Patres, quibus exire tunc non licebat, veniebant. Tandem hic effectum est ut, quibus antea sorderet Societas, ab eis colatur iuveturque; et iam qui velut de victoria extumuerant, succubuerint. Voluit quoque Dominus ejusmodi fluctibus, ut caetera, hoc etiam Collegium suum quatere, ut jacta fundamenta solidiora esse probarentur.

Tradidit R. in Christo P. noster Everardus spiritualia nostra exercitia aliquot, non minoris spei quam nominis, juvenibus; quorum proventus vitae ratio declarat, et iam solam fere Societatem videntur venerari, quam antea ignorarant. Praelegendi finem fecit idem P., et calorum magnitudine et adversa valetudine coactus. Sed iam secundam Divi Pauli ad Timotheum epistolam incipiet, sancto et infesto multorum desyderio impulsus. Exponit item, ut alias antea scripsimus, decalogi praecepta quibusdam in urbe maximi nominis, alio

tamen fructu. Nam et felix institutum numerosior auditorum turba demonstrat, Christo duce.

Pergit et R. P. Joannes [1] in doctrinae christianae expositione, non sine multo discipulorum fructu. Ejus Patris sanctus mirum in modum fervor probatur, dum carpit, urget, et de vita bene instituenda hortatur.

Ex scholis, praeter caetera Dei beneficia, hoc quoque civitas accepit: ut praesentia nostra alii praeceptores solertiores et diligentiores sint effecti. Expectatur quid fratrum diligentia in pueris instituendis tandem pariat, animos sane expectantium, ut spero, nunquam deceptura. Nemo est qui opem renuat et, quibus possit, modis surgenti operi nolit dare manus.

Accessit opportune hic votis Rmi. et Illmi. Cardinalis Perusini [2] adventus, qui quantum sua praesentia praestet opis, struendi aedificii acceleratio indicio est. Speramus rem omnibus majori curae fore, cum tam egregium sui specimen Societas praebeat, ut non possit civitas eo non valde commoveri. Minus autem negotii fuerit in dissuadendis daemonis commentis, quam veritas ipsa prope jam discussa.

Faxit D. Deus ut quid interim nos velit facere discamus et idipsum exequamur. Nos interim T. P. precibus obnixe commendatos cupimus, idipsum a singulis Patribus et fratribus, qui Romae degunt, exigentes.

Vale. Perusiae, 10 Septembris 1553.

T. R. P.

De mandato R. P. Everardi Mercuriani.

Indignus filius,

Emondus Augerius.

In quarta pagina: R.ta *(Risposta).*
1553. Quad. Perusia.

---

[1] P. Joannes Niger.
[2] Fulvius de la Corna (Corneus) Cardinalis et Episcopus Perusinus.

CCLI

P. Arnoldus Hezeus
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 17 Septembris 1553 [1].

Ex aliis ejusdem [2] 17 Septembris 1553.

Scripturus quae Dei optim. max. clementia his proxime quatuor mensibus hic acta sint, laconice plane, juxta V. R. P. desiderium, ea dumtaxat, quae in proximi vergant aedificationem, narranda putamus.

Hinc primum subiit animum mira in dies hominum ad saniora mutatio et alia longe quam antea, (maximarum praecipue personarum), de Societate nostra censere, quemadmodum applausu quodam summoque animi affectu omnibus modis ostendere nituntur. Quod quidem P. Adriani professionis renovatione [3] abunde docuit experientia, quam [4] praeter multorum offensionem intermittere vix potuisset.

Verum quanta hujusmodi aedificatione acta sit, ipsa communicantium et concionem audientium (quae a quodam Magistro nostro est habita) satis ostendit frequentia, quae tanta fuit quanta si maximum anni fuisset celebratum festum; nec fuit (ut ex aliorum accepimus relatu) sive coniugatus, sive studiosus, sive religiosus, qui tum ex ipsa concione, quae omnium statuum complectebatur renovationem, tum ex rei actione, in suo statu consolatus non fuerit.

[1] Apographum, in foliis 328 et 329.

[2] Est hoc apographum post illud litterarum ejusdem Arnoldi 17 Maii datarum, quod descripsimus supra, pag. 301.

[3] Renovare publice singulis annis professionem consuevit P. Adrianus Adriaenssens Lovaniensi domui praepositus.

[4] professionis renovationem.

Hinc visum est ad primitias confratris nostri, P. Petri Spigae, sermonem flectere, in quibus idem Magister noster, Romano idiomate, tanta gratia ac spiritus fervore concionatus est de vita et statu ecclesiasticorum, uti similem ab eo in concionando nunquam prodiisse gratiam ferunt; cui concioni simul et primitiarum sacrificio plures interfuere magnates, Doctores, atque studentium numerosus coetus, adfuit et ipse Rdus. D. Cancellarius [1], muneribus (licet non admissis) suam benevolentiam ostendentes.

Nec silentio arbitror praetereundum his quatuor mensibus undecim apud nos spiritualia, non sine fructu et animi magna consolatione, absolvisse exercitia, decem sacerdotes et studiosum quemdam multis a Domino decoratum donis. Nec fuit unus, qui non obviis (quod dici solet) ulnis nostram amplecteretur Societatem; sequi vero omnibus suscepta status non permittit conditio. Nam praeter illos, quos superioribus diebus cum fratribus ad V. R. P. misimus, fuit quidam venerabilis ac singulari pietate insignis Abbas Liciensis [2], cujus praeclara per universam Flandriam fama omnium praeconio celebris habetur, Reginae in spiritualibus constitutionibus *(sic)* praecipue a secretis, qui cum quinque selectis sui coenobii religiosis, ut puta, Priore, Procuratore, Magistro studentium, etc., bini ac bini, successive ad nos venientes, exercitia fecerunt, in quibus miram spiritus hauserunt cognitionem, et, nisi *(sic)* per votum integrum eis foret, ipse Abbas cum omnibus suis nostram nude paratus esset sequi Societatem. Verum, in se quod facere nequit, in aliis id se facturum cogitat, qui non religiosos dumtaxat sed et totius patriae sacerdotes saeculares ad exercitia mittere molitur. Unum [3] jam misit, qui, feliciter absolutis exercitiis, sese totum V. P. obedientiae resignavit.

Nonnullae quoque, tum nobiles, tum religiosae, foeminae multum cuperent se hisce exercere exercitiis, si per otium nobis liceret. Nuper magno desiderio et literis precibusque vocatus Pater ab Illma. Domina Foresti Abbatissa, tantum per concionem fere omnium, tam sacerdotum, quam dominarum, commo-

---

[1] Ruardus Tapper.
[2] Ludovicus Blosius, de quo vide Polanci, *Chron.,* t. iii, pag. 278, not. 2.
[3] Vide Polanco, *Chronicon,* t. iii, pag. 278.

vit corda, ut multi plane novum visi sint induisse hominem. Desideratur plurimum in aliis locis ejus praesentia.

Insuper de confessionibus, parum altius ut progrediar, in dies magis magisque confitentium augetur numerus, ut vix diem transire contingat, quo non novi accedant; verum in festivitatibus, ac maxime in hoc novo concesso jubilaeo, tantus est concursus, ut nocte et die per multas quandoque horas confessiones audire coacti fuerimus, in quibus, divina favente gratia, multi e magnis peccatorum tenebris ad lumen resipiscentiae et veritatis pertrahuntur. Quaedam a 25 annis aut eo amplius in multis mortalibus permansit peccatis; expectata tandem a Domino, magna lachrymarum inundatione totum mentis reatum effudit, proficitque quotidie in melius. Quaedam praeterea, praeclara nobilitate persona, in profundum peccatorum inciderat abyssum, manseratque per multos annos; [haec aperuit] confirmasse hoc voto, ut, si quando quid boni se facturam cognosceret, se ipsam interimere mallet; in quo proposito ultra 18 aut 20 annos haesit adeo pertinaciter, ut a nullo unquam converti potuerit: retinebat capitale quoddam odium propter innumerabiles sibi illatas injurias, in quo ita absorpta fuerat ut hoc secum ad inferos deferre vellet. Verum Deus nullum qui (quod in ipso est) destituit, nec hanc errantem deseruit oviculam; sed, praeter omnium expectationem, ad confessionem pertraxit, ubi piis commota admonitionibus et lachrimis saxeum illud cor tanquam cera fluere coepit, ut, non solum totius vitae confiteretur peccata, verum syncero quoque corde et odium deposuerit et omnem sibi illatam condonaverit injuriam. Cujusdam familiae, Deo planae devotae, parvulus quidam puer, tres circiter annos natus, continuis quibusdam vexabatur illusionibus, apparentibus illi in formis multarum bestiarum, quibus appropinquantibus, totus concutiebatur horrore, fletu atque clamore, ita ut capilli capitis se erigere viderentur prae nimio terrore: hoc autem noctuque dieque durabat, unde in multis parentes constituti angustiis ad Patrem nostrum rem omnem deferunt. Ipse autem matrem una cum prole ad templum venire jussit, ibique divino interesse sacrificio, quod ejus obtulerat intentione; quo finito, domum revertentes, ab omnibus puer liberatus est phantasmatibus, nec ullae unquam redierunt imagines. Verum, uno liberato, statim alius major natu iisdem coepit mo-

lestari phantasmatibus; quem similiter Pater ad templum duci praecipit, eodemque modo, celebrato missae officio, liberatus est.

Multum quidem occupatur Pater satisfaciendo his, qui ex utroque sexu, tam saeculares, quam religioni dediti, pro animarum suarum secretiore consilio confluunt, vel, si ad eum venire nequeant, ipsum ad se venire omnibus expostulant precibus. Tam enim singularem in eo Dominus operatur gratiam, ut cunctis mirandum videatur; quia visum non est quemquam eum accessisse, qui non gaudio mentisque relevatione ab eo recedat. Hisce et similibus tantum persaepe obruitur spiritualibus negotiis, ut vix cibum quiete sumere concedatur.

Persaepe ad infirmos vocamur, ac maxime praeterlapsis diebus, quibus curatus Sancti Michaëlis, una cum vice-curato suo, uterque multum denique, usque ad vitae desperationem, morbo correpti fuere. Hoc (inquam) temporis spatio praecipuam omnium infirmantium curam ipse gessi, quos omni tempore, prout necessarium fuerat, non sine fructu (ut speramus) ac aedificatione multorum, ecclesiastica ministrando sacramenta, visitavi. In praecipuis festivitatibus, in quibus, pro ritu patriae, ipsi curati verbo Dei oves suas pascere tenentur, vice nostri pastoris ad populum concionem habere coepi; quod exinde omnibus festivis diebus facio, etc.

CCLII

Angelus Pullicinus,
Ex commissione Patris Pauli d' Achillis,
Patri Ignatio Loyola.
Panormo, 23 Septembris 1553 [1].

†

Gra. et pax.

Quandoquidem ita sancta iubet obedientia, R. P. in Chro., a qua transversum (ut aiunt) digitum discedere nefas duco, paucis ea R. P. T. complectar, quae proximo quadrimesti, non industria quidem aut dignitate nra., sed summa clementissimi Patris Dei erga nos bonitate, hic contigerunt.

Et primum quidem a scholasticis nris. auspicabor, quorum numerus per singulos dies auctior, et fructus, cum in lris. tum in spu., Dei benignitate cernitur uberior. Etenim (ut paucis eorum in studiis exercitationes attingam) scholas quotidie, modo aliqua eos non urgeat occupatio, frequentant diligenter; et in illis post fusas in ingressu (quod fit etiam in egressu) preces, audiendo, audita repetendo, scribendo, et demum aliis id genus exercitationibus vacando, tantum eo duce promovent, quo primum authore coepere, ut bene speremus fore quod in iis, quae ad studia pertinent, expectationi nostrae faciant satis.

Nam quid de spiritualibus dicam exercitiis? in quibus tantos hactenus fecere progressus, ut mirari sane divinumque digitum in eis suspicere cogamur. Brevi expediam. Oēs fere magna

[1] Autographae, totae manu Angeli Pullicini, in folio duplici, nn. 190 et 191.—In eis quaedam mutavit, quaedam delevit Polancus, quae quoniam pauca et exigua sunt, ad paginae calcem adnotare contenti erimus.

cum devotione quotidie intersunt sacris. Doctrinam christianam die veneris: diebus Dnicis. ac festis conciones audiunt devote, ac ita devote, ut non auditores modo verbi, sed etiam factores dici possint. Singulis praeterea mensibus ad confessionem, nonnulli ad sacram etiam communionem libenter accedunt: nec desunt qui hoc faciant frequentius. Quid plura? tantum in sancto hoc instituto sanctisque exercitiis promovent in dies, ut plurimi sint, et quidem bonae spei adolescentes, qui, suave Redemptoris nri. IHU. Christi iugum suscipere exoptantes, in domum probationis admitti votis omnibus efflagitent. Caeterum R. Pater nr. [1], ad probanda magis eorum desideria, quae, si vera sunt, dilatione crescunt [2], iubet illos bono esse animo, et consueta, cum in litteris, tum spu., exercitia frequentare. Siquidem ipsis pollicetur quod [3], si pergere, quemadmodum coeperunt, studeant, brevi votis eorum annuetur. Unde fit ut ipsorum animi magis magisque in dies accendantur ac bona desideria semper ad virtutes inflammentur. Et haec de scholasticis hactenus.

Ad conciones veniam; quod munus, ut legendi etiam singulis diebus doctrinam Christianam, charissimus in Chr.° fr. D. Michaël Botellus exequitur. Qui cum anno elapso diebus tantum dominicis concionaretur; nunc et dominicis id praestat et festis, magno cum auditorum numero et applausu. Qua ex re fit ut plurimus [4] divina largitate fructus colligatur. Multi etenim qui diabolicis irretiti laqueis diu fuerant, variis ac nefandis criminibus obnoxii, a pristinis malis recedentes, ex animo vereque se ad benignissimum Dnum. converterunt, cui fideliter iam deservire incipientes, animae olim neglectae, sordentis et squalidae, magnam curam habent, vitam in singulos dies propriam emendando, mores componendo, piisque operibus pro sua quisque facultate libentissime insudando. Illi vero, qui confiteri hactenus et communicare frequentius in templo nostro consueverunt, ad meliora virtutum opera semper accenduntur: tantum abest ut a coeptis olim pietatis ac religionis operibus aliqua sese occasione subtraxerint. Quorum alii

---

[1] P. Hieronymus Domenech, Siciliae Provincialis.
[2] *solent crescere.* Polancus.
[3] Verbis *Siquidem ipsis pollicetur quod* substituit Polancus *fore ut.*
[4] ut *uberrimus.* Polancus.

exemplum imitati, alii monitis hortatuque pellecti, facere idem quoque et ipsi student. Unde auctior fit confitentium et ad sacram Synaxim accedentium numerus. Qui, licet usque [1] consueverit esse magnus, hisce tamen diebus, ob concessum huic Regno Siciliae iubilaeum, fuit longe maior. Immo tantus, ut si duplicatus atque adeo triplicatus fuisset confessariorum numerus, tantae multitudini satisfacere non potuisset. Confessi tamen multi sunt qui Dominicum pariter corpus suscepere; qui omnes plane fuerunt octingenti [2]. Gra. divinae bonitati a qua quicquid boni, quicquid sancti est, veluti e vivo quodam fonte, iugiter ad nos promanat.

Et quoniam de confessionibus modo fecimus mentionem, haud abs re credo fore, si nonnulla subtexam scriptu sane scituque non indigna, quae in illis per aliquos Patrum Dominus operari dignatus est. Aliquot enim fuere poenitentes, qui a multis annis animae prorsus miserae nullum respectum [3] habentes, diversis peccatis atque flagitiis serviebant. Inter hos autem aliqui a duobus annis, a tribus aliquot, et a quatuor confessi non fuerant: quidam etiam a quinque. Tantum improba potuit in quemdam indignatio. Non defuit qui a sex annis ad saluberrimum hoc non accesserat sacramentum. Et, quod est admiratione dignum maxima, qui se quindecim ferme annis privaverat, unus accessit [4]. Qui omnes, Dei gratia, veteri homine (ut Apostoli verbis utar) exuto, novum induere, IHUm. Christum [5], cui sit laus honor atque gloria, qui est benedictus in saecula Deus.

Mulier quaedam, quae nulla re magis gaudebat quam in coenoso libidinis lacu volutari, annis 8 in fornicatione vixerat inquinate: verum Patris cuiusdam piis monitis et supernae lucis illustrata splendore, nefandum in quo iacuerat crimen recognovit, agnitumque in confessione [6] promisit in posterum velle castam vitam agere; sed et ipse quocum tanto tempore mulier peccaverat, cum tanti sceleris conscientia premeretur, et quie-

---

1 licet *semper.* Polancus.
2 *octingenti plus minusve.* Polancus.
3 null*am rationem.* Polancus.
4 Haec omnia, a vocibus *Inter hos,* cancellavit Polancus.
5 Epist. ad Ephes., IV, 22 et 24. Ut apparet, non verba sed tantum Apostoli sententia affertur.
6 *agnitum in confessione* delevit Polancus.

scere amplius nullo modo posset, poenitentia ductus, flagitium suum humiliter est confessus. Et ne iterum in idem crimen incidendi a daemone aliqua subministraretur occasio, illam sibi legitimam coniugem copulavit.

Verum cuiusdam maurae conversionem fas non [1] est silentio praeterire. Quae cum diu in infidelitate sua obstinata permansisset, cuiusdam Patris excitata sermonibus, ita fuit divina miseratione compuncta, ut intra paucos a conversione dies sacri baptismi gratiam consequuta sit. Et quae Satanae reliquorumque daemonum fuerat diversorium, effecta est sancti Spus. tabernaculum. Sed me obliviosum, ne dicam ingratum, qui, dum plus aequo in externis immoror, domesticum illud miraculum (cur enim in tam stupendo Dei opere id vocabuli refugiam?) pene praeterieram.

Pervenit (credo) ad aures R. P. T. iam a multis plane diebus nostri Thomae in Machometana impietate obstinata perfidia [2]. Quae quidem quanta fuerit vel ex ipso licet tempore cognoscere, quo est in hoc nostro Collegio cum fribus. commoratus. Nam cum esset iam triennium prope lapsum, in quo neque quotidianis hortatibus atque stimulis, neque fusis ad Dnum. assidue precibus eius conversionem postulare desitum est, vix tamen conversionis in eo vestigium erat invenire. Quare non iniuria Thomas dici poterat, hoc est abyssus, iniquitatis videlicet atque miseriarum omnium, immo iucundissimum diaboli domicilium [3]. Verumtamen ob id nunquam spes, a fratribus olim super eius conversione concepta, valuit debilitari, nedum extingui. Quinimo tanta sui cordis duritia maiores addebat in singulos dies stimulos ad supplicandum pro eo misericordiarum Patrem quo solita miseratione famulorum suorum lachrimas miseratus aspiceret, animamque illam, pro qua pretiosissimum sanguinem suum effuderat, propitius ad se converteret. Neque spes illa nos fefellit. Paulatim namque coepit eius animus divina virtute molliri, et profundiori secum meditatione pertractare, quae sibi aliquando de christiana fide dicebantur, Patris atque fratrum vitam, cuius tamdiu prudens fuerat explorator, in mentem revocare. Quibus omnibus mi-

---

1 *aequum* non est. Polancus.
2 Vide supra, pag. 320.
3 Quatuor haec postrema verba suppressit Polancus.

rum dictu quantum ad suscipiendam X.i fidem incitaretur. Sed hostis antiquus non ferens suam ab anima illa deiectionem, non iam ut prius illum tentare, sed longe validius, omnique (ut dicitur) telorum genere coepit oppugnare. Et primo quidem tentans si quo modo posset ab illo, quod conceperat, desyderio eius mentem avocare: immittebat ei memoriam pecuniarum, generis nobilitatem, rerum amorem, fluxam saeculi gloriam. Quae cum parum prodesse conspiceret, gravius eum aggredi non est cunctatus. Modo enim et animi et corporis, qua pollebat, in periculis fortitudinem; apud suos foedam ignominiae notam et vicinum satis adipiscendae libertatis tempus suggerebat. Quibus rebus magnam callidus ille serpens cogitationum nubem ei suscitabat. Quae omnia daemonum tentamenta eo processerunt, ut audire ipsos, ac si aliquot secum essent amici, pollicentes sibi videretur; ac ita pollicentes ut quodvis aliud potius deesse quam illud quod pollicebantur posset. Adde quod silendum nobis non est. Quadam videlicet nocte in oratione posito, quam, pro veritate sibi manifestanda, coram crucifixi imagine a multis iam noctibus fundere consueverat, repraesentasse daemones propriam orantis imaginem, quumque eam, veluti in terra (ut sibi videbatur) positam, esset intuitus, ita eam cernere sibi visus est deformem, ut pro ingenti, quo est perculsus timore, licet natura esset intrepidus, gravi correptus febre, decumbere cogeretur; itaque territus maleque affectus mansit illa die. Omittam hic, ne sim plus aequo prolixior, quemadmodum singulis noctibus, ut primum se orationi dabat, valido gravatus somno ad terram caderet. Cum igitur tot ac tantis inimicorum insidiis atque fraudibus undique se videret circumventum, uni ex Patribus ea, quae contigerant, ferme omnia patefecit. Cumque ab eo fuisset edoctus Dnicae. crucis vexillum, et fidem ad Dnum. inexpugnabilem nobis murum esse, illo deinceps adversus insultantes hostes muniebat sese. Tantumque inde habuit auxilii, ut de fidei nostrae veritate amplius non ambigeret. Immo vel hoc uno assereret argumento Christi fidem esse veram facile posse comprobari, quod tantum sit in hoc signo virtutis, ut daemonum acies ab ea victa profugiat, ac veluti fumus territa evanescat. Mirum stupendumque ad propositum hoc subdam prodigium, et quod ad Christi gloriam faciat maxime, quod Thomae opera, priusquam

baptisma susciperet, operari dignatus Dnus.[1] Locutus est die quadam ipse mauro, cum quo non parva illi consuetudo intercesserat. Inter caetera vero, de quibus erat sermo, non pauca de sua conversione, de nostra religione ac fidei christianae veritate dicta sunt a Thoma; et quantum Salvatori[2] nro. adhaerere conferret. Hortabatur ergo eum pro facultate ut et ipse, Machometana impietate penitus abnegata, sacrum vellet baptisma suscipere. Obiiciente autem illo, quae a turcarum doctoribus in christianam fidem audierat proferri, protulit et Thomas quae de fide non audierat modo, sed in se quoque fuerat expertus, praesertim de Crucis virtute, quemadmodum, videlicet, diaboli ab ea metu perculsi statim evanescerent, ac irriti eorum conatus redderentur. Et quoniam iuvenis ille tunc temporis erat libidini valde obnoxius, atque in heri sui domo consueverat per noctes plane singulas cum quadam, et illa maura, rem habere, est ei additum ut cum ad eam accedere diabolus compelleret, illo signo frontem pectusque muniat suum. Quod si certa faceret cum fiducia, pollicitus est, si quod auditu perceperat, re ipsa non comperiat, se velle confessum iam Chrum. Ihum. abnegare, nec baptismatis, quam propediem expectabat gram., consequi. Promisit ille facturum iuxta Thomae sermonem. Iamque noctis advenerat hora, in qua de more ad peccandum surgeret. Cumque diaboli nequitia, eorum, quae audierat, oblitus, accederet ad peccandum, succurrit de repente in ipso articulo, quod fuerat ei de nostrae salutis vexillo praedicatum. Moxque, nulla intercedente mora, signum illud malignis tremendum spiritibus cum fide (ut rei eventus docuit) sibi pingit in fronte; et ecce (O rem stupendam) illico ita membra obriguere, ut moveri nullo pacto possent. Quod ille videns atque a tentatione se liberatum sentiens, rem omnem eadem hora mulieri aperit, et, die facto, per domum postmodum et per urbem reliquis infidelibus, quod evenerat, patefacit. Quamobrem ad tanti miraculi magnitudinem plurimi eorum, qui aderant, stupuere. Inter quos unus ita est repente mutatus, ut baptizari velle fateretur. Ille vero, cui talia

---

[1] Haec, a vocibus *Mirum stupendumque* clariora reddidit Polancus hoc modo: *Nec tacendum est crucis X.i admirabile opus, quod per Thomam, priusquam baptisma susciperet, operari dignatus est Dominus.*

[2] *Servatori.* Polancus.

contigere, non multos post dies ex aqua et Spu. sancto (ut evangelicis verbis utar) est renatus, et in hodierno die constans in fidei proposito perseverat. Illi sit laus, illi honor atque gloria, cuius dextera virtutem fecit, cuiusque nomen sit semper benedictum. Amen.

Ad Thomam nostrum redeo, quem sic reliquimus in fide roboratum, ut iam de illa non dubitaret amplius. Is igitur cum adeo diuturnam, haud sane adversus carnem et sanguinem, pugnam sustinuisset, divini luminis tandem claritate cor eius illustrante, nro. Patri desiderium patefecit, quod crescere in se quotidie sentiebat. Altera namque die a sancti Spus. celebri solemnitate, hora ferme noctis dimidia, misso ad nostrum Patrem sacerdote, suum illi voluit desyderium aperiri. Quin et ipse, cum ad eum venisset postea, rogabat ne ultra sequentem diem baptisma differretur. Satis enim superque (aiebat) dnicis. se monitis restitisse; verum, quamvis aegre, obtinuit, vel potius extorsit, demum Pater ut inde ad octo dies baptizaretur: ipse vero interim recogitabat cum propheta omnes anteactae vitae annos in animae suae amaritudine. Iamque dies advenit constituta, in qua delictorum omnium esset a clementissimo Domino veniam impetraturus. Itaque in festo gloriosissimae atque sacratissimae Trinitatis, hora fere vigesima tertia, magna populi frequentia praesente, nra. in ecclesia, non commode satis ad tam grande spectaculum, peristromatibus ornata, Sanctorum tamen Angelorum choris decorata satis ad baptismatis accessit sacramentum. Dumque ab Hembitae [1] civitatis (quam Xaccam vocant) Antistite pro foribus exorcisma legeretur; ecce maura quaedam, divino spiritu incitata, cum lacrymis ad praesulem accedens, ab eo se baptizari flagitabat. Quam quidem gratiam, quia non erat de his, quae ad fidem pertinent, instructa, licet multis gemitibus exposceret, impetrare tunc temporis non valuit. Cum autem quidquid supererat lectionis, absolvisset Episcopus, e templi foribus in eius medium procedens, Ioannem Thomam (quod illi nomen tunc fuit impositum) omnibus, qui aderant (nam de ipso quis dubitet?), gaudentibus, baptizavit. Non repetam hic pluribus quanta fuerit omnibus in die illa laetitia: ut ei gratularentur externi, amplexarentur amici, cuncti

---

[1] Ita hic perspicue quod Polancus scripsit *Hemilitae*. Vide *Chronicon*, t. III, pag. 210.

denique fratres vix possent prae gaudio lacrymas continere, nedum ab eius amplexibus divelli.

Sed pauca de ipso, quo videlicet pacto se post baptisma susceptum studeat habere, solum proferemus. Etenim ab ea die, in qua fuit Dei miseratione tantae gratiae particeps effectus, dedit semper operam, non sua fretus prudentia, seu viribus, sed X.i tantum gratia, ut candidissimam illam et mundissimam prorsus innocentiae vestem in suo candore conservaret. Ab omni siquidem peccato et ab omni vitio abstinet, aedificans quotidie super id, quod iactum est, fundamentum rectae fidei, virtutum operationem, non ignarus verborum Apli. Jacobi: Fidem sine operibus mortuam esse. In omnibus, quae aut agit aut loquitur aedificare omnes enititur, humiliorem semper locum deligit, minima quaeque peccata vitat tanto studio, ut si (quod humana fragilitas est) in aliquod inciderit, priusquam illud explicet confessario, pondus Aetna (ut dicitur) gravius putat sustinere. Et quod est dictu mirum, quatuor aliquando aut quinque dies effluunt, in quibus nullam in se noxiam cogitationem deprehendit. Adde quod in fide ita constans, ita robustus est, ut non mirari divinam in eo gratiam non possimus. Asseverat enim quod si [1] aliquando prioris eum non admoneret vitae, cuius valde poenitet, nunquam sibi turca sed xpianus. fuisse semper videretur. Merito ergo potentissimum illud divinae Maiestatis brachium admirantes, canere cum Propheta possumus: *Haec* est *mutatio dexterae Excelsi*[2]*: qui facit mirabilia solus* in coelo et in terra [3]. Verum de his hactenus. Tempus enim nos admonet ut iis, quae non indigna scitu adhuc narrari possent, praetermissis, ad ea quae supersunt properemus.

Nr. Pater [4] hisce diebus iussu P. Provincialis, Bivonam se contulit, quod est oppidum Comitis Lunensis [5], generi Proregis, ut inibi aliquot dies moram faceret, ubi per illos dies et concionatus est, et christianam doctrinam exposuit. Quam quidem

---

1 Vocabulum est hic quoddam emendatum, sed ita emendatum ut certo erui non possit an scriptum sit *daemon,* an *sermo,* an *memoria,* aut quid simile.

2 Ps. LXXVI, 11.

3 Ps. LXXI, 18.

4 P. Paulus d' Achillis, Panormitano Collegio praepositus.

5 Petrus de Luna, Comes de Luna et Dux de Bibona, qui paulo ante uxorem duxerat Elisabeth, Joannis de Vega, Siciliae Pro-regis, filiam.

provinciam, cum sibi amplius retinere per tempus non liceret, R. P. Antonio Vinckio illuc misso, qui in dicti Patris, vice [1] succederet, recedens inde tradidit. Ex qua re fructus haud mediocris, immo maximus, speratur. Suadente namque Patre, tum Comes tum eius uxor, D. Isabella, Proregis filia, multis vacant operibus pietatis, egenis eleemosynas largiendo, xenodochia erigendo, in carceribus detentos liberando, pluraque alia misericordiae opera magno studio per dies pene singulos exercendo. Xpo. gratias.

Silendum autem non est quod, post aliquot dies a dicti Patris nri. reditu, hic evenit. Virgo quaedam ab aliquot annis tot fuerat ac tantis vexata scrupulis, ut non audire modo X.i verba, sed nec illa cogitare posset ullo modo. Et licet aliquando confiteretur, nunquam tamen intra hoc tempus ad percipiendum Eucharistiae sacramentum potuit adduci. Iamque de sua pene salute desperaverat; seque inter damnandorum numerum computaverat, cum diabolo eiusque satellitibus perpetuis incendiis cruciandam. At benignissimus Dominus ancillae suae humilitatem respiciens, quae nunquam daemoni inter tot suggestiones assensum praebuerat, voluit eam e multiplicibus inimici laqueis eripere. Cum enim his diebus, ut solebat, Patri nro. confiteretur, persuaderi etiam sibi, operante Domino, passa est, ut sacrum susciperet Redemptoris nri. corpus. Quod cum effecisset, tanto est gaudio tantaque mentis laetitia perfusa, ut omni fere amoto scrupulo, atque animi anxietate depulsa, nunquam se tantum consolationis divinaeque dulcedinis expertam fateatur, meritoque gaudens canere cum Propheta potest: *Quam magna multitudo dulcedinis tuae, quam abscondisti timentibus te; perfecisti eis qui sperant in te* [2], etc.

Plurima sunt alia, quae tum publice tum privatim per Patres ac fres. divina bonitas effecit in consolando moestos, instruendo rudes, docendo ignaros; quae omnia singillatim recensere, ut non necessarium, ita operosum nimis est. Hoc unum tamen silentio non praeteribo, tantam esse per totam urbem de Societate nostra opinionem, eamque de Patribus nris. aestimationem, ut frequenter ad audiendas aegrotorum

---

[1] *locum*. Polancus.
[2] Ps. xxx, 20.

confessiones expetantur: hisce diebus per eorum quemdam factum esse miraculum praedicatur. Faxit clementissimus P. Deus ut haec opinio ad maiorem ac uberiorem proventum animarum in dies accedat [1], et id fiat in affectibus animorum, quod speramus Dei gra. futurum, qui est in saecula semper gloriosus. Quae ut pro nobis oret R. P. T., cui maxime commendatos esse volumus, ex animo supplicamus. Non enim ignari sumus egere nos plurimum sanctis tuis precibus sacrificiisque omniumque eorum, qui isthic sunt, Patrum ac fratrum. Sed et ipse, non inscius quot sim vitiis et iniquitatibus obnoxius, eo ardentius tuis me precationibus commendo, P. optime, quo plura sint quam ut recenseri, et graviora quam hic explicari queant. Utinam Dnus. ita in animis nostris operetur, ut suam semper voluntatem sentiamus eamque sic in terris compleamus, sicut in coelis iugiter completur.

Panhormi, nono Cal. Octobris, post Christum natum anno 1553.

P. T. indignissimus filius et servus in Christo,

Angelus Pullicinus.

Ex commissione P. nri. D. Pauli Achillis.

Iam pene fugerat V. P. quod maxime scire te volebam, nempe numerum P. atque fratrum hic degentium. Cum enim bona eorum pars, qui hic hisce diebus morabatur, missa fuerit Montemregium atque Messanam, pars etiam (ut duos illos hic omittam, qui in coelum evolarunt [2]) tuo sit iussu isthuc profecta, effectum est ut superessemus pauci: omnes enim sumus non plures quam sex et viginti. Proinde messis Dominum precamur qui mittat operarios in messem suam.

Alia manu in hac quarta pagina: Q. Palermo, 53, Octob.

---

[1] *redundet.* Polancus.

[2] Joannes Baptista de Sancto Petro et Joannes Forcada seu Forcadamus. Polanco, *Chronicon,* t. III, pag. 212, n. 418.

CCLIII

Petrus Sevillano
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 29 Septembris 1553 [1].

† IHS

Muy R.do en X.o p.e

La gra. y paz de Jesu Chro. nro. señor sea siempre en el continuo favor y ayuda de V. P.ad Amen.

Para cumplir la obediencia, haré saber á V. P. algunas mercedes que Nuestro Señor nos ha hecho.

Ya creo otra vez se escribió á V. P. [2] la buena mudanza de un caballero de esta villa, que aquí entró, y la edificacion y aficion que causó en todos los que le conocian, su reformacion. Quiso el Señor corresponder al deseo de muchos, que se ordenó, y cantó Misa, y su recogimiento pone admiracion á muchos; y, como el Señor lo sabe ordenar todo, el mismo Abad de Medina, del cual hemos escrito cómo por no entender las cosas de la Compañia la contradecía [3], vino á nuestra casa, y en nuestra capilla hizo dos veces órdenes, y ordenó á aquel caballero, y después se ofreció á lo que le pidiésemos. Tuvimos esto como á milagro y por merced que el Señor nos hizo.

El sitio para edificar aquí el Colegio, del cual hemos á V. P. escrito que nos estaba prometido, fué Dios servido que se nos diese en el dia de San Pedro y S. Pablo, y tomamos la posesion

---

[1] Autographae, in folio duplici, n. 458.
[2] Vide supra, n. ccxx, pag 261, et n. ccxxi, pag. 267.
[3] Supra, n. clxxxiii, pag. 60, et n. clxxxvii, pag 83.

diciendo en él misa. En este tiempo ordenó el que todo lo ordena para nuestro bien, que, para que los fundamentos fuesen con espíritu puestos, estuviese aquí el P. Francisco de Borja y el P. Don Antonio de Córdoba los cuales, con los Padres y Hermanos, rezando de rodillas himnos al Señor y oraciones á nuestra Señora, y haciendo procesion, rezando las letanías con un crucifijo delante, pusieron con mucha devocion, la primera piedra el P. Francisco, y la segunda el P. D. Antonio, y luego las demás los Padres y Hermanos, ofreciéndolas á sus abogados, y suplicando á su Divina Majestad que, así los fundamentos, como los medios y fines, sean en Christo y por Christo.

Han tenido los hermanos por particular beneficio del Señor ser admitidos á trabajar en la casa de Dios, y hacerse albañiles y jornaleros, pues saben que, no siendo dignos de ello, se les apareja la paga en X.º, por cuyo amor se extienden mucho á trabajar en esta obra, trayendo cal, arena y piedras continuamente.

Ha edificado tanto en este pueblo ver así á los Padres y Hermanos hechos obreros de Christo, que, viniendo muchos hombres honrados y ricos á ver la obra, el ejemplo los ha constreñido á quitarse las capas, y aun desceñirse las espadas doradas, y con sayos de seda y calzas de aguja andar con nosotros, trayendo ladrillos y arena; con lo que el Señor les ha dado tanto gusto que lo han continuado mucho, diciendo con los hermanos que en esta obra los trabajadores habian de pagar, porque los dejasen trabajar; ya por la bondad de Dios va la obra fuera de los cimientos.

No es de dejar de escribir la consolacion, que recibimos con la Santa conversacion del P. Francisco, porque, allende que la gente de este pueblo quedó muy edificada y movida con sus sermones en las iglesias y pláticas en casa, pero la conversacion de dentro de casa nos consoló y animó á todos á buscar la confusion propia y gloria de Dios.

Ya escribimos el fruto que el Señor hizo en la villa de Rioseco por la predicacion del P. Mtro. Baptista [1]. Despues ha ido á Valladolid; con sus sermones tocó el Señor á muchas almas, en especial á una Señora, mujer de uno de los muy privados

[1] P. Joannes Baptista Sanchez.

del Príncipe, que andaba muy profana: dijo, luego que le vió, que se quería confesar con él.

Tambien fué el P. á la ciudad de Avila donde fué rogado de los del Cabildo que predicase en la iglesia mayor, donde predicó un sermon de grande espíritu y edificacion, y el día de San Gil, predicando el P. en la misma iglesia de nuestra casa [1], que se llama San Gil, vino el Obispo [2] de la ciudad á le oir, y solemnizose mucho aquella fiesta, y dijo la confesion el Obispo y dió al fin la bendición. Quedó aquella gente tan movida y edificada que es allí el P. tenido por un santo, tanto que un religioso, predicador famoso, dijo predicando: "si aquel hombre santo no ablanda los peñascos de Avila, ¿para qué venimos nosotros aquí?„

Las pláticas, que en casa se hacen todas las fiestas en la tarde, crecen tanto, y vienen tantos con tanta aficion, que se hace un gran auditorio; y las mujeres, que no les es concedido entrar en ellas, á lo menos á lo que pueden, que es desde las puertas, se vienen á oirlas, quejándose por no hallar iglesia, á donde todos pudiesen entrar.

En todos los ejercicios da el Señor tanto crecimiento y fruto, que pone admiracion ver en tierra, donde más se usan las mercadurias, que muchos de los mismos mercaderes y otros muchos ciudadanos tengan tanta cuenta con sus almas, que unos á quince, otros á ocho dias, se confiesan y comulgan, y con tanta aficion, que hemos echado de ver que el contradecírselo aun en el púlpito parece que los acrecienta; porque habiendo predicado un religioso que se guardasen de gente que en poco tiempo promete santidad, parece por la bondad del Señor que cada golpe de estos nos acrecienta la miés.

De Salamanca vino aquí un Padre, el cual con sus sermones, así en los cambios, como en los otros, y con algunas pláticas alegró mucho y dejó edificada la gente. De los lugares comarcanos con mucha devoción vienen los clérigos á pedir que les vayan á predicar; *sed operarii pauci*. Dé Dios Nuestro Señor á

---

1 Nondum domum aut collegium habebat Abulae Societas, sed solum situs ei erat assignatus et datus pro collegio ibidem extruendo. Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 366, n. 804.

2 Didacus de Alaba et Esquivel.

V. P. mucha vida y salud para que crie muchos en el su mayor servicio. Amen.

De Medina del Campo, penúltimo de Setiembre de 1553.

El inutil y menor hijo de V. P. y siervo,

† P.º Sevillano.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al Muy R.do en X.o p.e el padre M.e Ignacio, prepósito general de la Compañía de Jesus

En Roma.

Alia manu: Quadri. 1553. Medina del Campo, penúltimo Sett.e

Vestigium cerae et sigilli.

CCLIV

Michaël Ramirez
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, Septembri 1553 [1].

IHS

Admodum R.de in Xpo. pater.

Gratia et pax ab eo, qui operatus est salutem in medio terrae. Ne instar pigri illius servi, sudario demandatum sibi talentum involventis [2], incusandus negligentiae videar, haud parum fecisse arbitror, si P. T. certiorem fecero de omnibus beneficiis, quae summus ille largitor munerum indignis nobis proximis quatuor mensibus conferre dignatus est. Ut igitur iniuncto obedientiae munere fungar, qua potero brevitate, quae hoc temporis spatio evenerint, hac epistola paternitati tuae perscribam [3].

Existimo iam te aliis ex litteris accepisse equitis cuiusdam, genere et imaginibus clari, huius oppidi, anteactae vitae et odio et dolore commoti mutationem. Quae haud parum emolumenti animis, non solum civium et amicorum, verum etiam externorum, contulit. Nec iniuria id quidem. Ingressus enim hanc no-

---

[1] Autographae, in folio duplici, nn. 459 et 460. In eis ultima tantum verba, *minimus et indignus p. t. filius, Michaël Ramirez,* sunt manu ipsius Ramirez scripta; reliqua exaravit P. Petrus Sevillano.—Aliud proprie non sunt quam latina praecedentium Patris Sevillano litterarum versio; quaedam tamen continent quae in illis sunt praetermissa. Pauca in eis emendavit Polancus, quae nos ad paginae calcem exscribemus; et earum ita emendatarum extat etiam apographum in foliis nn. 456 et 457.

[2] His, a vocibus *Ne instar,* deletis, substituit Polancus haec: *Ut obedientiae munere fungar ac ne.*

[3] Hanc periodum suppressit Polancus.

stram *domum* [1], vetusta pelle detracta novisque moribus indutus (Aeterno Patre multorum votis annuente), sacris ordinibus initiatus, miro erga Deum affectu et amore, primum apud nos fecit sacrum. Hincque se ipso antiquisque moribus taedio habitis, accinctus tamen Christi Iesu auspiciis, ad infima quaeque studiose amplectenda, mundoque totis viribus adversandum, ab eo veluti iniuria lacessitus, perpetuum ei indicens bellum, domum suam reversus est. Ubi tanta honestate morumque probitate degit, ut omnes noti et amici in maximam admirationem adducantur, videntes cum unico famulo incedentem, quem antea multi admirabantur et equorum strepitu et hominum magno satellitio stipatum.

At pater omnipotens, qua solet benignitate, aliud bonum ex alio hauriens bono, Abbatem Methymnae, qui antea totis viribus Societati adversabatur (ignorans tamen Societatis placita ac instituta), movit ut nostram dignaretur [2] adire domum nostroque in sacello bis sacros celebrare ordines. Quibus nobilem illum initiavit virum. Et pristina, quam de Societate conceperat, opinione deposita, refragationeque in favorem conversa, se multis verbis promptum atque paratum ad ea omnia, quae nostram respicere utilitatem viderentur, praebuit. Id nobis admirantibus Deoque pro suis operibus gratias agentibus.

Tertio calendas Iulii quo die festum D. Petri celebratur, situs quidem praegrandis ac spatiosus (de quo iam ad P. T. scripseramus), Collegio aedificando satis idoneus, tum propter loci aptitudinem domui erigendae, tum etiam propter salubritatem, et amplitudinem ad degendum, nobis traditus fuit, Deo multorum precibus annuente. Sequentique die, Divi Pauli commemoratione dicato, situm ac domum quamdam inibi sitam intromissi [3], sacro ibidem celebrato, possessionem accepimus. Eodem tempore sapientissimus omnium rerum opifex, qui illum situm sibi delegerat, cupiens domui suae providere, eamque super solida, quibus tutissime fulciret, fundamenta aedificare, ad nos misit P. Franciscum de Borgia, quondam Gandiae Ducem, cum P. Antonio de Corduba. Qui genibus provoluti precibusque

---

1 *domum* scripsit recte Polancus loco verbi *Societatem*, quod scripserat Ramirez.
2 *vellet*. Polancus.
3 Ubi Ramirez *situm ac domum quamdam inibi sitam intromissi*, scripsit Polancus *ejus ac domus in eo sitae*.

et hymnis ad Deum, Divamque Genitricem humiliter fusis, caementi primos lateres collocarunt. P. Franciscus principium dedit; proxime P. D. Antonius sequutus est, quos reliqui Patres ac fratres, ordine quodam incedentes, imitati, quilibet, peculiari aliquo Sancto invocato, cuius auxilium ad Collegium hoc instruendum implorabat, caemento singulos lateres adaptabant. Prius tamen in eodem situ processione facta maxima cum devotione, Fratre quodam cum signo crucifixi Iesu praecedente. In qua nihil aliud ab omnibus petebatur nisi ut Collegium hoc ad dulcissimi Iesu perpetuam gloriam et honorem aedificaretur. Et quo facilius et alacrius ad capessendum negotium hoc accingeremur, Omnipotens Pater, qui vivis templis rectius multo quam istis manufactis delectatur, materialem volens aedificare domum, nostrarum animarum templa non deserens, sed eorum aedificationi consulens, alios fratres ac Patres miro incendit desiderio laborandi in hoc Domini templo; qui omnes maximo honori ac utilitati ducunt, si admittantur vel ad infima quaeque exercenda, quamtumvis laboriosa, in hoc aedificio, se tanto beneficio indignos arbitrantes, gaudentque maximopere tum latomos caementarios, tum etiam conductitios operarios fieri, citra haesitationem exspectantes pro minimo hoc labore repositam sibi in sinu Domini mercedem. Cuius amore exultant exiguas ostendere vires, suosque intendere nervos, in lapidibus, lateribus, arena, calce, omnibus denique aedificio necessariis iugiter gestandis [1]. Neque externum hoc exercitium interni fructus vacuum extitit. Ex eo enim, tum suis, tum etiam spectantium animis, non modicam attulere utilitatem. Cum enim complurimi eo aedificium visuri confluerent, ibique Patres ac fratres involutos lateribus, calce et arena viderent, rei veluti novitate admirabundi, veros Dei operarios illos iudicantes, exemplo commoti, depositis palliis, inauratisque ensibus detractis, bombicinis aliisque pretiosis vestibus induti in laborem socios se addunt fratribus, humili ac sordido habitu incedentibus, maximo honore ducentes tum lateres, tum etiam arenam, et alia permulta portare, multis eorum saepenumero, prae nimia devotione sibi a Deo missa, dicentibus operarios hic haudquaquam mercede conducendos, sed, inverso ordine, ipsos pretium aliquod datu-

[1] Haec, a verbis *citra haesitationem*, cancellavit Polancus.

ros ut ad tale ac tantum admittantur opus. His et aliis multis suppetias ferentibus, ad Dei gloriam effectum est ut ipsius domus fundamenta non solum emerserint verum etiam multo iam se supra terram erexerint.

Haud praetermittendum puto, Pater dignissime, quanto spirituali gaudio perfusi fuerimus P. Francisci [1] conversatione et convictu, cuius insignis doctrina inauditumque nostris saeculis exemplum, tum domesticis, tum etiam extraneis, admirabili utilitati fuit. Hic enim aliquot dies commoratus, aliquas domi et publice in sacris aedibus conciones habuit tanto spiritu ac sanctimonia abundantes, ut huius oppidi cives in magnam tum confusionem, tum etiam admirationem, ducerentur, quos suis verbis ad magnum Dei accendit amorem, nobisque animum fecit ad Dei gloriam nostrique confusionem quaerendam, cuius se vivum praebebat exemplum [2].

Intellexisse te, P. observande, arbitror illis litteris quantum fructus P. Baptistae [3] conciones civibus oppidi, quod dicitur Methymna de Rioseco, attulerint. Deinde non post multos dies Vallisoletum se contulit, ubi concionibus suis ignitisque colloquiis complures animas dulcissimus Iesus compungere dignatus est.

Praecipue nobilem quamdam foeminam, viri cuiusdam maximi in conspectu Principis, uxorem, quae nullum gemmis et auro vestibusque pretiosis modum ponebat, maximamque felicitatem in ornamentis sitam esse arbitrabatur. Haec cum tanto studio futilia et inania haec coleret, totisque viribus frivolam suam illam gloriam amplecteretur, audito P. Baptista, magno dolore vanitatis suae stimulata se ei velle confiteri dixit.

Nec solum id; sed Patre nostro [4] praecipiente, idem P. Baptista Avilam adiit, urbem insignem ac praeclaram. Ubi a toto capitulo rogatus in Ecclesia Cathedrali habuit concionem quamdam miro spiritu ac fervore refertam. Deinde Kalendis Septembris, quo die festum Sti. Egidii celebratur, Patroni templi illius,

---

[1] Borgia.

[2] Signum quoddam hic est in apographo, cui aliud simile respondet signum in folio adjuncto, n. 455, ut indicetur inserenda in hoc loco esse, quae in illo folio reperiuntur. Sed cum haec non sint in litteris vere autographis et id respiciant, quod sub anni finem Methymnae gestum fuit, ad finem Decembris visa sunt rejicienda.

[3] P. Joannes Baptista Sanchez.

[4] P. Petrus Sevillano, Methymnensi domui praepositus.

quod Societati tributum est, eodem, inquam, die Episcopus Avilae [1], cum intelligeret, P. Baptistam ibi concionaturum, illuc se contulit illum auditurus, qui, ut solemnitati patrocinaretur, et dicere confessionem ac omnibus discedentibus benedicere voluit. His ita gestis, difficile dictu est quanto amore quantaque charitate in eadem urbe Societatem prosequantur; praecipue tamen P. Baptistam, quem, ut ita dicam, veluti prophetam habent. Nec solum id honoris saeculares ac plebeii homines illi tribuunt, sed etiam religiosi ipsi. Quidam enim religiosus, peritissimus concionator, dum ad populum haberet concionem gravibusque verbis in audientium mores inveheretur, veluti a maiori ad minus suum ducens argumentum, insinuans se rem arduam tractare ipsosque dura cervice esse, in haec prorupit verba: "Si vir ille sanctus (intelligebat autem P. Baptistam) duros Avilae silices emollire non potuit, ut quid nos frustra huc venimus?„

In dies hic [2] magis ac magis eorum numerus augetur, qui frequentare consueverunt conciones, quae diebus festis, pomeridianis temporibus, haberi solent domi. Foeminae autem, quibus interdicitur ingressus domus nostrae, admotae ostio, nituntur, quoad possunt, vel aliqua audire verba, conquerentes tamen quod non inveniatur aliquod templum, ubi omnibus pateat aditus. Omnibus denique exercitiis spiritualibus tantum accessit incrementi, ut omnes maxima admiratione teneantur. Quippe qui Methymnae, quo omnes pene merces confluunt Hispaniarum ac eo acervantur, quibus vendendis et emendis ferme omnes habitatores et vicini huius oppidi vitam exercent, hacque sola ratione vivendi ducuntur, videant mercatorum quamplurimos tanto studio tantaque cura animarum saluti consulere. Quorum alii quinquagesimo quoque die, alii quadragesimo, alii etiam singulis diebus dominicis, summa devotione confitentur ac Sacratissimum Christi Iesu corpus recipiunt.

Nec silentio involvendum sentio quod quidam curiose inspicientes intellexerunt. Nempe, hac in re obtrectationes et latratus quorumdam aedificium hoc, quod Deus sibi erigit, subvertere volentium, nihil aliud efficere quam solent guttulae aquae, ignitis carbonibus admixtae, quae non solum ignem non extin-

[1] Didacus Alava et Esquivel.
[2] Methymnae Campi.

guunt, sed etiam ipsi igni maiorem vim addunt. Nam quo concionatores plus nituntur huiusmodi instituto obviam ire, suisque verbis, veluti arietibus quibusdam, nos et huiusmodi pios viros concutere, eo magis eorum accrescit numerus et ipsi fortiores fiunt. Huius rei certissimum experimentum collegimus hisce diebus, cum peritissimus quidam religiosus, dum concionem haberet ad populum, vehementi animo ac suspirio ab imo veluti pectore educto, adstantem plebem monebat ut caveret eos, qui brevi temporis spatio, citra ullam asperitatem ac disciplinam, sanctitatem promittebant, eos inimicos crucis Christi appellans, authoritate D. Pauli in medium adducta, *nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi*. Cuius ictum adauxisse nobis segetem citra ullam haesitationem credimus.

Quidam nostrae Societatis Pater, qui Salmanticae degit, huc venit, qui concionibus, tum in templo, tum etiam in foro, habitis, magna omnes affecit consolatione, ad Deique incendit amorem.

Clerici, qui in finitimis habitant vicis, sive pagis, magna cum devotione petunt ut concionatores aliqui nostrae Societatis sibi mittantur. Attamen operarii pauci.

Haec sunt, dignissime Pater, quae digna scitu iudicavi quaeque P. T. mittenda censui. Quapropter, finem dicendi faciens, divinam Maiestatem deprecor ut nobis Paternitate tua multis annis felicissime frui concedat.

Methymnae, anno Domini 1553 *mense Septembris* [1].

Minimus ac indignus filius,

MICHAËL RAMIREZ.

Superscriptio, manu Patris Petri Sevillano, in quarta pagina: JHS. Admodum R.do in Christo patri, patri Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societatis.

Romae.

Alia manu: 1553. Quad. Medina, Sept.

Vestigium cerae et sigilli.

---

[1] Haec duo verba addita sunt in ipso autographo a Polanco.

CCLV

P. Jacobus Miron
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 10 Octobris 1553 [1].

✝

Muy R.do Padre.

La gra. y paz de Xpo. nro. Señor sea siempre en nuestro continuo fauor y ayuda. Amen.

Sea bendito Dios Padre de Xpo. nro. Señor Padre de misericordia y Dios de toda consolation y de toda virtud y renouation y augmento espiritual.

En estos quatro meses, Padre nuestro, hauemos en el Señor nro. muy claramente experimentado lo que siempre creemos y sentimos quán grande y special gra. y benignidad aya mostrado nra. guia y maestro Jesu Xpo. en esta menor parte de su mínima cōpañía. Gloria y alabança á su diuina bondad y misericordia. Sabemos, Padre nuestro, las tribulationes que por special gra. [de] su diuina prouidentia padesció V. P. y ántes que cōgregasse la cōpañía; y sentimos lo que en ellas Jesu Xpo. accomodaua y preparaua el primer fundamento de su cōpañía. Hauemos vistas las tribulationes ó contradictiones de la cōpañía desde el principio de su congregation, y por ellas el augmēto, el

[1] Terna sunt hujus epistolae exempla. Primum, autographum, hispano sermone, et quidem totum manu ipsius Patris Miron, in foliis quinque a n. 571 ad 575. Secundum, apographum, latine, in folio duplici, n. 569 et 570. Tertium, item apographum, et latine, in folio duplici, nn. 623 et 624, sed brevius multo quam duo priora; continet enim tantum *excerpta quaedam ex litteris,* ea scilicet, quae universaliora, ut dicebatur, sunt et digniora quae ad omnium sociorum notitiam pervenirent. Atqui tria haec exempla suo hic ordine subjiciemus.

fruto grande, el buen odor extendido, el mundo persuadido y deuoto de la cōpañía, y por special gra. y fácil accrescentamiento tan asseyalada [1] devotion y crédito de los principes, y ecclesiásticos y temporales, á ella; y desto nos gloriamos grãdemente en el Señor y consolamos, viendo que en el mismo mundo quiere fauorescer y augmentar su diuina sapientia y bondad esta mínima cōpañía, como á su hijo Jesu Xpo., á quien dió la humanidad, las penas, los opprobrios y la muerte, porque ansí entrasse en su gloria y fuesse exaltado y fundasse la iglesia sancta; y como ha tratado Jesu Xpo. su dulcissima sposa, la iglesia sancta, cathólica, orthodoxa, la qual ha fundado con persecutiones y martirios, ansi con su dulcissima mano funda su mínima cōpañía.

Esta consideration y verdad en la tribulation passada del collegio de Coimbra nos daua viva fee y sperança en el Señor nro.; y agora vemos con gran claridad y gozo, bendito el Señor, lo que entonces (haunque no parescia parescer) obraua y radicaua la diuina mano del omnipotente agrícola y lo que se digna su infinita misericordia y bondad esta partecilla de su mínima cōpañía tratarla, fauorescer y augmentarla, en el modo que Jesu Xpo. su hijo, á la iglesia sancta, á nro. padre y fundador general y á la universal cōpañía ha tratado y gouernado y gouierna en su sancto seruitio.

La tribulation nuestra començó, padre, quando por órden de V. P. se enbió al p.e m.o Simon [2] por provincial en Valentia. Alteráronse muchos de los nros., ó que eran con nros., y muchos otros de fuera, los quales, como ha parescido, le tenian la affection más allegada á la carne que al espíritu; no consideravan que bastaua la voluntad de V. P. por mudar un provincial, ni lo que los provinciales, segun órden de la cōpañía, an de ser por tres años al ordinario, y que aquella mutation pedia distriction y obseruantia del modo de proceder de la cōpañía sin nota de peccado.

Fué maestre Simon á su provincia.

En el collegio de coimbra se havia recibido grande multitud, en la qual fué diffícil y el delecto en recebir y el órden en

---

[1] Sic; forte pro *señalada,* eximia.
[2] Pater Simon Rodriguez.

el governar. Algunos, ido maestre Simon, tomaron occasion de salirse sin licentia, de los quales podemos iuzgar que no tenian aquel ser de su ánima y espíritu, que su vocation y votos pedian: algunos, que de sí eran ineptos para la cōpañía, inquietándose en este tiempo, tomóse occasion para despedirlos: los que de veras se dejaron poseir de la gra. del Señor, restaron: muchos de fuera se perturbaron, parientes y amigos, y otros; y de estos ménos fué de marauillar, por ser seculares y no tener enteramente conoscida la cōpañía. Y deste estado de cosas y tribulation salió que hablaua y screuia cada uno libremente, segun la disposition que en sí tenia, en modo que etiam algunos en portugal dezian que ya era destruida la cōpañía y otras palabras fuertes. Nosotros, Padre, nos dáuamos á la oracion, haziamos la obedientia, servamos el órden de V. P., pensáuamos que hasta entonces este colegio y cōpañía en portugal havia tenido muchas oias [1], y verdura y havia menester grandes raises, y sentiamos entonces radicarse. Consoláuamosnos en la virtud, que el Señor ha dado grande entre las otras á la cōpañía, que pueda purgarse, como sabiamos y entonces, y havemos claramente visto en la segunda parte de las constitutiones [2], y más en sentir que por tribulationes la quería fundar el Señor esta parte, como su benigníssima mano ha fundado la uniuersal cōpañía; y juntamente nos confortáuamos en el Señor que en tanta tribulation el Rey, ni Reina, príncipe ni infantes se turbaron, antes estauan tan firmes como los que más de los nuestros, y guiauan ellos cada uno en su grado todas las cosas, como padres de la cōpañía.

Tornó maestre Simon de su provincia por enfermo y por órden de V. P. fué mandado á Roma [3]; y hasta este tiempo duró la tribulation.

Començó de aquella grāde tribulation y de aquellas rayzes mostrarse el fructo y augmento de la cōpañía á mayor gloria

---

[1] *hojas*, folia.

[2] CONSTITUTIONES SOCIETATIS JESU. *Secunda pars, quae ad eos dimittendos pertinet, qui, admissi, parum apti in Probatione ad Societatem invenirentur.*

[3] Venit Romam P. Simon Rodriguez cum P. Melchiore Carnero decima die Novembris. POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 14, n. 17. Recessit autem ex Portugallia vigesima septima Junii, scilicet, decem diebus ante adventum Patris Hieronymi Natalis, qui Ulyssiponam septima Julii pervenit. IDEM, *ibidem*, pag. 431, n. 951. Vide etiam infra in his ipsis litteris.

y alabança de Jesu Xpo., nro. Criador y Señor; y la primera grā, que se mostró, despues de ido mro. Simon, fué que diez dias despues llegó el padre maestro nadal con las constitutiones de la cōpañía y comission de V. P. [1], en cuya venida y publication de las constitutiones nos dió á todos el Señor tanta consolation y claridad y renovation de spíritu, quanta la tribulation passada nos prometía en el Señor. Ya antes, despues de purificada la casa, había grande union y paz; auiuóse en gran manera el spíritu en todos y el feruor de charidad y zelo y desseo de toda perfection.

Despues que el p. m.ro Nadal llegó acá [2], començó en Lisbona á publicar las constitutiones, en las quales, bendito Dios, hauemos todos hallado tanto spíritu y perfection que agora nos paresce ver y sentir con gran claridad y gra. del Señor el verdadero spu. de la cōpañía y que de nueuo somos partícipes del diuino y abundante influxo de la gra. del Señor nro. sobre ella.

Hase gozado mucho su Alteza de ver las constitutiones y pedió una copia dellas. No se puede fácilmente exprimir lo que el Señor conforta el Rey y todos estos príncipes en fauorescer y augmentar la cōpañía.

Començóse á augmentar el concurso á los sermones y á la doctrina xpiana. en Lisbona, que muchos se tornauan por no poder entrar en la iglesia, y restauan muchos sin ir á comer, por tener lugar despues de comer á la doctrina xpiana.; y la multitud de confessiones tomó tanto augmento que doze sacerdotes no bastauan, y toda la semana se administrauan los sacramentos, porque el domingo y fiestas no podian todos hauer recado por la multitud.

Vemos, padre, que el Señor mouió los ánimos de todo el Reyno y todas las obras. Excitóse su Alteza [3] de nueuo lo que otras vezes hauia tratado á proueher de Patriarcha los Reynos del Preste Juan un padre de la cōpañía, que fuesse allá con algunos compañeros, y sobre ello scriuió á Su Santidad, y á su enbaxador [4], y á V. P., á quien en todo se remitte. Es obra de la

---

[1] Vide in Polanco, *Chronicon,* pag. 427 et seq., *De P. Natalis ministerio in Hispaniae provinciis.*

[2] Verba haec, quae italicis descripsimus, sunt in ora paginae, manu Patris Petri de Rivadeneira, cum signo ut in hoc loco inserantur.

[3] Joannes III, Portugalliae Rex.

[4] Alphonsus de Alencaster.

qual se spera un gran seruitio del Señor y gran probation de los de la cōpañía, segun la asperidad de vida que han de tener, y perfection, exemplo y trabaios, que en el tal cargo se representa, y con ella del fruto incomprensible que se spera.

Començóse, no sólo con la luz de las constitutiones, mas con la execution de todas las partes de la cōpañía, mostrarse la plenitud della en el Señor nro. en hazer casa de la cōpañía en Lisbona y Collegio aparte, y distinguir los suppóssitos, que allá estauan, en professos, coadiutores spirituales, coadiutores temporales, scholares y de probation, como breue.te narraremos á V. P.

Leyase ya en Lisbona en Sancto Anton en tres scuelas, con mucho concurso, grāmática y rhetórica. Propúsose al Rey, y por su órden á la ciudad, de fundar un Collegio á la fórmula que usa la cōpañía en Italia y Siçilia, ofresciendo la cōpañía, por ser la ciudad tan grande, tres scuelas de grāmática, y una de humanidad, y una de rhetórica, y con ellas leerse griego y hebreo y casos de conscientia. Aceptó la ciudad el collegio con gran voluntad y excitation, y ansí lo refirieron á Su Alteza, sin cuya licentia no pueden gastar la hazienda de la ciudad; y mandó su Alteza al principal de los jurados que nos es muy affectado [1], que tomasse la cura del collegio en nombre de la ciudad y suyo, y se comenzassen todas las lectiones y que le proueyesse de todo lo necessario. Ouiéronse con tanta excitation de voluntades y tanta sperança y tantos offrescimientos particulares de dar renta, que se tiene por cierto será en breue mayor que el de Coimbra.

Mas la importantia y certitud de la dotation es que el Rey y la ciudad hayan tomado el asunto deste collegio. Las lectiones se han de començar á San Lucas, y muéstrasse tanto el concurso que la ciudad demanda una condition, que sea obligada la cōpañía á aceptar primero los de la ciudad á las scuelas que los forasteros.

Ha dado tambien su Alteza una casa para professos en Lisbona, en muy buen lugar, con su iglesia, muy buena, y, hauida la casa, fué muy grande consolation de todos nros., y claridad; porque se hizo la election y distinction de todos los que en el

[1] Franciscus Correa, *Senhor de Bellas.*

collegio estauan en Lisbona. Hiziéronse tres professos: el p.e dō Gonçalo de Syluera, el padre Gonçalo Vaz y el padre Tiburcio de quadros. Quiso ser presente su Alteza y el Príncipe [1] á la professíon, y assí con toda su corte vino á San Roche, que se llama la iglesia, y juntamente nos solemnizó con su venida la possession que tomamos de la casa y eglesia, y fué ornamento de nro. acto de professíon. Predicó el p.e Fra.co [2], (del qual despues diremos), con gran edification y consolation de sus Altezas y de todos, y especialm.te exortó á los de la cōpañía, á nosotros todos, con tanto espíritu y sentimiento de su ánima, que en ello sentimos grande recreation spiritual en el Señor nro. Los professos se hizieron con grandes sentimientos y lágrimas, no sólo de nosotros, mas de quantos eran presentes. Hauíanse dado al Rey los votos scritos, y el padre Fra.co estaua con su Alteza y se los declaraua. Despues se hizieron quatro coadiutores spuales. y quatro temporales, y los votos de studiantes hizieron los que eran para studiantes aprouados de la cōpañía, y los que hauia más de dos años que estauan en la cōpañía, segun la órden de las constitutiones, y otros, que hizieron voluntariamente, no habiendo passado dos años de probation. Servose con gra. del Señor el órden de las Constitutiones en el modo y forma de hazer los votos. Los professos, padre, son personas de mucha doctrina y spu. y obras en la cōpañía, y de quienes se spera mucho fructo, y de todos los otros son cada uno en su grado de quienes se spera gran seruitio del Señor en la cōpañía. Hizieron los professos y coadiutores sus votos en manos del Padre m.o nadal: y en la casa de San Roche se han puesto los tres professos, dos coadiutores spuāles. y tres temporales, siendo los otros coadiutores necessarios para el ministerio del collegio.

Començava ya un gran concurso de confessiones y el domingo se hauia de començar á predicar y leer. Abundan en gran manera las limosnas en la casa y ay ofrecimientos grandes para la obra que se ha de hazer. Es gran gloria del Señor ver tanta excitation y exultation de toda la ciudad en esta manifestation y obras de la cōpañía. Ofrécense muchos para la

[1] Joannes, Regis filius.
[2] Franciscus de Borja.

cōpañía, pero tiénese mucho miramiento, como se debe; mas ya se ha començado á abrir la puerta, y se han tomado algunos buenos subiectos, y otros se entretienen, special.te de scholares; de nras. scuelas se podrán tomar muchos moços; en este principio se tiene por bien reseruarse de no tomar dellos. El Señor lo guiará todo y lo ordenará para mayor seruitio de su diuina magestad.

Otras cosas mayores y de mayor importantia ha dado su Diuina mano, las quales con el tiempo se verán á mayor gloria y alabança de su Diuina bondad.

El obispo de los Algarues [1] en este tiempo ha demandado padres con mucha instantia, para fundar un collegio; y spérasse la comodidad para poder cumplir con tan pio desseo de su señoria R.ma

La ciudad del Puerto [2] tambien desea y pide padres p.a hazer un collegio ó casa.

El duque de bargança [3] ha hecho mucha instantia por hauer dos padres para sí mismo y su casa y corte, y despues algunos otros para fundar un collegio; y por ser el mayor Señor, despues del Rey, en portugal, y de tanta virtud, se trabaia en cumplir con su Señoría Illustriss.a

La Infanta doña maría [4] ha dado una casa en almerin p.a accomodar la casa, que allí tiene la cōpañía p.a los Padres, quando allí está la Corte. Tambien ha offrescido una muy gentil Iglesia, que ella ha hecho en Santaren.

El Infante cardenal [5] en Euora, que es la metrópoli de su arçobispado, hauia determinado de fundar un collegio, y tenía ya cuasi edificado un muy buen edifficio para él; este Agosto, siendo allá el p.e m.o nadal, (el qual con su verdadero spíritu nos ha sido guia y capitan en estas obras todas) y ordenáronse las liciones en tres scuelas, dos de grãmática y otra de humanidad y rethorica y otra licion de casos de conscientia; y començáronse con su oration, á que fué presente su Alteza del Cardenal y quedó muy satisfecho. Perseveran las liciones con

---

1 Julianus Alva, Algarbiorum et Portalegrensis Episcopus.
2 *Porto, o Porto, Oporto.*
3 Theodosius.
4 María, Infans seu Princeps, Regis soror.
5 Henricus, Portugalliae Infans et Cardinalis, Eborensis Archiepiscopus.

gran concurso de studiantes, hoc est, todos; porque siendo la ciudad grande ha quitado el Cardenal todos los maestros particulares. Házese tambien mucho fruto en sermones y la doctrina xpiana y frequentamiento de Sacramentos, bendito Dios, con gran gozo y satisfaction de su alteza y de todos.

No fué poca la consolation, en este tiempo, del padre nadal y nra. de todo lo que el Señor encaminasse las cosas, de manera que viniessen á verse con el p.e Nadal el p.e doctor Torres [1] y el padre Fra.co con su compañero el p.e bustamante [2]. Vino el doctor Torres á 12 de Agosto y el padre Fra.co el último; (los quales han mucho aiudado é illustrado esta renouation, como suele dezir el padre nadal, y muy specialmente el padre Fra.co).

El qual no se puede fácilmente dezir quánta admiration y veneration aya causado en todos, desde el Rey hasta la comun gente, y quánto en su venida el Señor ha illustrado las cosas de la cōpañía. Es cosa grande la humildad que le da el Señor, el spíritu, efficatia y copia en práticas spirituales y la ediffication, y exemplo que da á todos. Visitó á sus Altezas y le hizo su Alteza tanta honrra que se marauillaron muchos y al buen padre le era buena mortification y confusion; restaron el Rey y todos los príncipes con tanta ediffication y devotion, que despues en muchas conversationes movió mucho é hizo gran fruto en todo palatio. Confessáronse la Reyna, príncipe, princesa, infantas; las demás demandaron que les hiziesse la doctrina xpiana en sus casas cada semana, la qual començó á leer el padre Fra.co; y quedan agora quién la hará por delante, continuando lo que él començó. Danse exercitios, frequentan los Sacramentos. Hallando un dia el p.e Fra.co al principio una destas Señoras en passatiempo iugando á los naypes, les offresció hazer un juego de vitios y virtudes en los mismos naypes; y luego con mucha facilidad los hizo, con sus dichos, dentro los naypes, de vitios y virtudes, con su valor de virtudes por números; y quien perdía, hazía su mortification scrita en el naype. En el qual juego mucho se an olgado en esta corte, y con mucha recreation y prouecho lo platican.

---

[1] P. Dr. Michaël de Torres, Salmanticensi domui Societatis praepositus.
[2] P. Bartholomaeus Bustamante.

Hizo dos sermones en la iglesia del collegio, y uno en San Roche, delante del Rey, como se ha dicho, y en palacio á la Reina, princesa é infantas predicó muchas vezes con gran satisfaction y fructo. Fué visitado de todos los perlados y señores desta corte; y en casa á todos nos dió grande edification y hizo fructo grande su exemplo y pláticas, como ántes hauia hecho en Coimbra. Bendito sea el Señor de todos, que elige sus sieruos segun el thesoro de su infinita misericordia y bondad.

Partióse el p.e Fra.co para córdova, adonde se funda un muy buen collegio; y tambien se ha de tomar el de Baeza; y se trata de fundar un collegio en sevilla y otro en granada.

El padre nadal y yo partimos para Coimbra, y, visitado aquel collegio y ordenado, y hecha la casa de probation, que se ha de hazer allá, desseaba el padre de ir á san fins y santiago, por el negocio del collegio de santiago; porque estos dias ha enbiado el conde de Monterey un hombre proprio con cartas para concluir las cosas de aquel collegio [1].

El p.e doctor torres en tanto queda para dirigir las obras en Lisbona.

Ha dado el Señor tanta claridad y augmento á la cōpañía que los de fuera, que se alteraron en el tiempo de la tribulation, se son recreados y consolados, bendito Dios, y habitan en grā ediffication y buen odor de la cōpañía, alabando el Señor, que con special prouidentia y gra. gouierna y augmenta la cōpañía.

De los despedidos de la cōpañía y de los salidos tenemos mucha consideration, y seruamos con la gra. del Señor ad unguem la segunda parte de las constitutiones, mirando lo que el seruicio de Dios y bien uniuersal y particular de la cōpañía y la edification pide y vemos [2]. El Señor nos aiudará y confortará con su diuina mano y virtud, para que en todo se aga lo que fuere mayor gloria y alabança de Jesu xpo. nro. Señor. Lo que agora se nos representa es que usaremos de benignidad con los que iuzgáremos ser idóneos para nuestro Instituto.

Don pedro mascareñas [3] es muy grande patron nuestro; él ha sido instrumento, por donde nosotros y el Rey nos hemos

---

[1] Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 400, n. 882.

[2] Vide supra, annot. 2, pag. 438, et POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 433, n. 960.

[3] Ille, de quo saepius mentio jam facta est, qui Legatus sui Regis Romae postquam fuisset, P. Franciscum Xaverium in Lusitaniam comitatus est.

concertado con la Ciudad y con los cofrades de San Roche, para que se fundasse el collegio y tuuiessemos casa. Ama mucho á V. P. y á la cōpañia; trata nras. cosas por amor de Dios más que las suyas proprias, y házelo con tanto gozo que una de las cosas, en que más le podemos contentar, es en ponerle en cosas nras. por mínimas que sean. Confiésase todos los sábados, y más á menudo por algunas fiestas, y toma el Sacramento en casa él y su muger, que assí mesmo es muy virtuosa y muy deuota de la cōpañia. Tienen su casa como de religion. Nro. Señor los conserue.

Acá predica don Gonçalo [1] y Gonçalo Vaz con mucha satisfaction de todos: los confessores son muchos, y trabaian mucho, y dan mucha ediffication. Uno dellos alcanzó perdon de dos personas, á quien se deuian por restitution cerca de ciento y cinquenta ducados, por dos otros pobres hombres, que los debian. El p.e Fra.co Viera iua p.a la India este año con un her.o que se llama antonio alvarez, y por la naue, en que iuan, coger mucha agua, se tornó [la] gente con ella: allegaron los hermanos [2] algo enfermos á Lisbona; han dado mucha edification en la naue, especialm.te en el seruitio de los enfermos, que hauia muchos. Hizo hazer los ejercicios á dos nobles, que salieron con él de la naue; y el uno se hizo frayle descalzó y el otro queda muy aprouechado in Domino.

De affrica tuvimos en estos cuatro meses grandes nuevas de lo que nro. Señor se digna hazer por el p.e Juan nuñez y su compañero [3] en Tutuan, cerca la redemtion de muchos catiuos y consolation de todos los xpianos, que están en aquellas tierras de infieles, en confessarlos y animarlos en las cosas de la fee. Ahora le mandamos más de mil ducados para el rescate de catiuos, que dieron el obispo de sale [4], que ha poco murió en Evora, y otros particulares, mouidos por sus cartas, mouidos en ver la necessidad de aquellas ánimas; y la misericordia de Lisbona [5] le ha scrito y offrescido de ayudarle, la cual puede mucho, y hasta hora no se ha offrecido á esto. Y

---

[1] P. Gundisalvus Sylveira.
[2] Scilicet ipse Franciscus Vieira et Antonius Alvarez.
[3] Frater Ignatius Bogado, seu, ut ab aliis scribitur, Vogado.
[4] Vide supra, pag. 160, annot. 2.
[5] Congregatio seu confraternitas *de la Misericordia* dicta.

todo esto ultra del ordinario rescate, que se manda de portugal por personas deputadas á ello, que creo, es mucha suma cada año. Bendito sea el S.or por todo.

De la India hay muy buenas nueuas, y van con esta las copias de las cartas; las de latin irán por otra vía, porque no estaban haun hechas; las que ántes vinieron, tambien dentro estos cuatro meses, ya se mandaron p.a allá; y fueron una de m.o Fra.co [1], y otra de juan fernandez, y otra de henrrique enriquez; las que van ahora son muchas y de diversos de la cōpañía, como V. P. verá, y todas de mucha ediffication.

Del brasil recebimos diuersas vezes cartas, p.o no haun de la llegada de los siete her.os que fueron este año allá. De nueuas hay algunas; no son haun copiadas, porque ha cuatro ó zinco dias que llegaron. Son tambien de mucha ediffication; irán presto por otra vía con la ayuda de nro. S.or

Todos mucho nos encomendamos in Dno. que nos alcanze de su diuina magestad gra. para cumplir perfectam.te las Constitutiones que N. S. nos dió por su medio.

De Lisbona.

Esta carta se començó al principio de Setiembre, y se ha aññadido á ella, porque estauā las obras fundándose hasta el principio de octubre [2]. Del año 1553.

De V. P.

Indigno hijo,

MIRON.

Superscriptio in decima pagina: † Al muy R.do en Christo Padre el Padre Mtro. Ignatio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Jesus en Roma.

Extat vestigium cerae et sigilli.

---

[1] Franciscus Xavier.

[2] Desideratur hic dies, sed reperitur in altero apographo breviori, quod mox subjiciemus.

Praecedentium Patris Jacobi Miron litterarum latina versio [1].

†
iesus

R. in Christo P.

Gratia et pax Dni. nri. Iesu x.[1] sit semper nobiscum. Amen.

Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, pater totius miserationis consolationisque fons, a quo omnis nostrorum animorum, tum innovatio, tum etiam profectus, oritur et emanat. Superiori hoc quadrimestri, R. P., quod certissima hucusque fide tenueramus, experientia edocti plane cognovimus ex iis, quae in hac exigua minimae Iesu Societatis parte gesta sunt: quanto eam Deus optimus maximus prosequatur amore quamque eam benigne moderetur. Ob quod immortales profecto ei gratias et agimus et habemus.

Compertum nobis est quantos (divino ita volente numine) labores quantasque calamitates R. T. P. (priusquam hanc minimam Iesu Societatem inchoaret) subierit; cognoscimus quoque Deum optimum maximum in tantis adversitatibus, etsi prima, firmissima tamen fundamenta iecisse; novimus praeterea multa intolerabiliaque fere perpessam ab initio Societatem, multis semper adversitatum fluctibus undique iactatam, ex quibus tamen tanta provenisse cernimus commoda, tantas subsequutas utilitates, ut ea ipsa in dies augeatur et crescat, ut mortalium animi a pravis falsisque itineribus ad viam rectam reducantur, ut ii qui antea ipsius erant adversarii gravissimi, nunc eiusdem, non solum laudatores, verum etiam defensores sint. Accedit his maxima ac pene incredibilis, tum principum, tum ecclesiae praelatorum, in nostram Societatem benevolentia, ad quam Deus Opt. Max. traxisse eos videtur, ut ita facilius incrementum in dies sumat minima haec ipsius Societas. Ob quae omnia in Christo Domino maxime gloriamur, conside-

---

[1] Apographum, in duplici folio, nn. 569 et 570.

rantes summum illum rerum omnium opificem, Deum, summamque et infinitam sapientiam eodem modo Societatem hanc minimam et conservare et augere, quo filium suum, cui, sacco hoc nostrae mortalitatis induto, opprobria, contumelias, labores, cruciatus ac dira denique tormentorum genera largissime praebuit, quibus toleratis, in suam conscenderet felicissimam patriam, atque ita, ab omnibus cognitus et cultus, ecclesiae suae ageret fundamenta; laetamur etiam dum intuemur Christum Iesum, ita ut charissimae suae sponsae, ecclesiae scilicet orthodoxae, fundamenta, sanctorum virorum morte et eorum acerbissimis persecutionibus posuit, sic quoque minimam hanc Societatem, pro maximo erga nos amore, eadem ratione fundare; quorum consideratio magnam in Collegii Conimbriani adversitate nobis spem dabat; nunc vero tandem aperte id videmus, quod tunc (quamvis a nobis intelligi plane non poterat) omnipotentis manus miro ordine constituebat atque firmabat, cui soli gratias agere debemus. Voluit siquidem misericors ille ac sapientissimus Deus qua ratione Christum Iesum, qua orthodoxam ecclesiam, qua Patrem ac Praepositum Generalem, nostrae religionis fundatorem, qua denique universam Societatem conservavit et auxit, eadem perexiguam hanc Societatis partem moderari ac regere.

Haec itaque tempestas oboriri tunc primum coepit, cum tuae P.tis iussu P. Symon, Praepositus Provincialis constitutus, Valentiam missus est. Perturbari namque illico multi ex nostris, vel potius qui nobiscum erant, et quamplurimi ex externis animo affici coeperunt, quorum (quod res ipsa declaravit) erga eum benevolentia haudquaquam ea erat, quam ipse existimabat; nec enim animadvertebant, in tuae P.tis voluntate et arbitrio esse ut, quem velles, praepositum provincialem mutares; nec etiam ordinem statutaque Societatis considerabant, quibus tres tantum annos praepositus provincialis regimen obtinere potest. Nec illud praeterea perpendebant quantum ratio atque aequitas ipsa Societatisque ordo eam mutationem sine ulla vel suspicione peccati exigerent.

In sibi tandem commissam regionem profectus est, P. Symon. Conimbricae vero tanta erat multitudo recepta, ut difficilis laboriosusque et in seligendo delectus et in gubernando ordo fuerit. Nonnulli tunc, ex discessu Patris Symonis occasionem

sibi oblatam credentes, absque copia discessere, atque id clam; quos quidem existimare licet robore illo atque constantia animi, quae non solum religionis, in qua versabantur, perfectio, verum et quae nuncupaverant vota exigebant, praeditos septosque non fuisse. Alii vero, nostro non apti instituto, dum his temporibus maxime perturbarentur, ex Societate eiecti sunt. Illi manserunt soli, qui se toti toto *(sic)* gratiae Deique omnipotentis spiritui serio tradiderunt. In his tam turbulentis temporibus non solum eiectorum vel eorum, qui discesserant, cognati et affines, verum etiam proceres nonnulli et qui antea erant amicissimi, in maxima perturbatione versabantur, quibus non tantum dandum fuit vitio, cum non plenam Societatis cognitionem haberent. Quae rerum perturbatio eousque progressa est, ut iam ad libitum, prout affecti erant, et loquerentur et scriberent omnes, alii de Societate Lusitaniae actum esse dicentes, aliaque similia, dura et acerba quidem. Interea nos orationi vacabamus, ne lato (quod aiunt), ungue ab iis, quae R. T. P. praescripserat, discedentes, id maxime cogitabamus, eousque Societatis in Lusitania initium quoddam fuisse; nunc autem oportere ut validissimis figeretur radicibus. Quod dum fieri cerneremus, vehementi solatio afficiebamur, considerantes maxime hanc inter caeteras purgandi vim Societati a Deo traditam, quod in secunda Constitutionum parte aperte vidimus; et Deum Opt. Max. ut totius Societatis fundamenta inter maximos labores acerbissimasque persecutiones iecisset, itidem etiam erga hanc perexiguam Societatis partem se gerere. Accedebat iis tanta regis, reginae, principis ac infantum in nostro instituto constantia et firmitas, ut cum quovis nostrorum comparandi in ea essent; quod quanto nobis solatio esset, facile est cernere; ipsi namque pro singulari sua clementia et humanitate, ut quisque eorum poterat, omnibus in rebus et ducatum praestabat et consilium.

Quousque igitur P. Symon Valentia, aegritudinis causa, huc rediit, et tuae P.^{tis} iussu Romam missus est, perseveravit nostra haec afflictio. Postea coepit fructus et Societatis amplificatio ex superiori adversitate promanans sese paulatim in maiorem divini nominis gloriam et honorem ostendere. Ac primo decem a discessione P. Symonis diebus, affuit T.^{ae} R.^{ae} P.^{tis} commissarius, P. Hieronymus Natalis, Societatis nobis deferens Constitutiones, quarum editio ipsiusque adventus tantam nobis

omnibus in Domino laetitiam et tantam animorum innovationem attulit, quantam ex tam abundanti laborum segete nos semper speraveramus collecturos. Mundata iam domo et ab iis, quibus inficiebatur, purgata, cernere erat incredibilem concordiam et pacem omnibus et novum quemdam fervorem acrioresque ad perfectionem capessendam spiritus sumptos. Coepit itaque P. Hieronymus Natalis Olissiponae Constitutiones edere, in quibus tantam tamque omnibus numeris absolutam perfectionem sensimus, ut nunc tandem nobis videamur verum illum Societatis spiritum cognoscere et intelligere, ac nunc denique uberem et affluentem divinae gratiae in ea influxum percipere. Facile explicari non potest quanto amplissimus rex gaudio fuerit affectus, dum Constitutiones perlegit, quae ut sibi conscriptae traderentur rogavit. Videntur semper Lusitani hi principes divino instinctu ad Societatem nostram et conservandam et augendam duci.

Coepit itaque numerus eorum, qui tum ad conciones, tum ad Christi doctrinam audiendam, confluebant, ita augeri, ut multi domum redirent, quod eos templum (etsi satis capax) non caperet; alii vero, mirabili quodam fervore, in templo, concione audita, ieiuni manebant, ne post prandium locus ad Christi doctrinam audiendam deesset. Confessionum autem frequentia tantum sumpsit incrementum, ut nec duodecim ex nostris tantae multitudini sufficerent, effectumque est ut per totam hebdomadam, tum confessionibus audiendis, tum Sanctissimo Eucharistiae Sacramento tradendo, vacarent Patres; nec enim, vel festis vel dominicis diebus, omnibus simul poterant subvenire.

Sunt, ut videmus, R. P., Lusitanorum omnium animi (divino beneficio) in nostram benevolentiam adducti, multaque subsequuta, quae singularem Dei nostri charitatem in Societatem facile declarant, quae iam nunc narrare incipiam. Primum namque sanctissimus rex, quod iam antea saepe constituerat, nunc omnino decrevit, ut, scilicet, ex nostris aliquis provinciis praeste Joannis Patriarcha praeficiatur, cuius tam pii desiderii Summum Pontificem, legatum suum, necnon tuam R. P.tem certiorem fecit, cui totius summam et potestatem rei delegat. Quod si fiat, incredibilis animarum fructus sequetur, ut pro certo habemus; et qui eo ex Societate iverint, probandos vere scimus;

oportebit enim eos multos subire labores, qui publicis his ministeriis adiuncti esse solent.

Coepit praeterea Societatis, ut ita dicam, plenitudo paulatim sese ostendere, non solum luce et claritate maxima, quam nobis constitutiones attulerant, verum etiam omnium ipsius partium institutione. Olissyponae namque domus (quam professorum appellamus) a Collegio separata est; ii vero, qui in domo eadem erant, in professos coadiutoresque, tum in spiritualibus, tum etiam temporalibus, divisi sunt; ii etiam adiuncti, qui in domo probationis versantur, ut inferius enarrabimus.

Iam antea apud divum Antonium in tribus classibus grammatices rhetoricesque rudimenta maxima cum auditorum frequentia praelegebantur. Egimus itaque cum rege, eiusque iussu cum civitate, velletne Olissyponae Collegium (iis, quae in Italia Siciliave sunt, simile) erigeretur. In quo, ob civitatis celebritatem, in tribus classibus grammaticae, in duabus et rhetorices praecepta et quae provectiorum iam stilum polirent praelecturos nos diximus, necnon graecae et haebraicae linguae atque earum quaestionum, quas vulgo casus conscientiae nominamus, lectionem habituros. Placuit mirum in modum omnibus haec Collegii forma. Protinus ad regem detulerunt, sine cuius copia nil quicquam ex bonis civitatis expendi poterat, qui ei, qui primum inter consules locum obtinebat, nobis quidem amicissimo, Collegii curam delegavit, ut et suo et civitatis nomine curaret ut quamprimum lectiones inchoarentur; nequid etiam ex iis, quae Collegio necessaria erant, deesset, animadverteret. Tanta autem animorum exultatione, tot tantisque oblationibus Collegio praestandorum inchoatum est, ut pro certo habeamus brevi maius Conimbricano futurum. Id autem huius Collegii certiora facit annua vectigalia, quod, tum piissimus rex, tum etiam tam praeclara civitas, huius rei curam susceperit. Promissae autem lectiones a Divi Lucae festo incoeperunt explanari, ad quas tantus confluxit auditorum numerus, ut hanc a Societate obligationem exegerint cives: ut prius ulissiponenses quam extraneos in Collegium admitteret.

Largitus praeterea est Ilmus. Rex domum, una cum egregio templo, in qua habitarent professi, optimam illam quidem et aptissimo sitam loco, qua habita, maxima omnibus in domo laetitia et lux accessit; delectus enim tunc inter eos, qui in Col-

legio erant, est habitus, ex quibus tres, scilicet, P. Gondisalvus a Silveira, P. Gonzalus Vaz et P. Antonius a Quadros [1] professionis solemnibus votis sese addixerunt. Voluit professioni interesse ipse Rex ac principes et una cum omni curia ad Divum Rochum venit, ita enim templum quod dederat appellatur, simulque novam domus possessionem suo adventu ac praesentia celebravit. Concionatus est P. Franciscus (de quo inferius) maxima regis et omnium aedificatione adhortatusque praecipue nos est tanto fervore tantaque spiritus vehementia, ut nobis omnibus innovationem quamdam spiritalem attulerit. Ex professionibus autem mirum dictu fuerit quanta, non solum nostrorum, verum etiam omnium praesentium animis devotio accreverit; id enim lachrimae indicabant atque suspiria. Tradita fuerat regi votorum forma conscripta, quam ei P. Franciscus explicabat; postea vero quatuor coadiutorum spiritualium votis se astrinxerunt, alii vero quatuor temporalium; qui vero Societati scholastici idonei atque approbati esse poterant, necnon et qui iam duos annos in Societate exegerant, sua vota nuncuparunt; alii vero item, qui nondum ad id temporis adimpletione obligabantur, fecerunt; in quibus omnibus ordo atque forma in constitutionibus tradita servata est. Professi vero, R. P., hi sunt spiritu et rebus in Societate gestis, de quibus maxima sit concepta spes. Reliqui vero pro suo quisque munere eiusmodi sunt qui esse debent. Tam vero professi quam coadiutores P. Hieronymo Natali locum Dei tenenti vota sua nuncuparunt. In divi Rochi tres statim professi sunt constituti duoque in spiritualibus ac tres in temporalibus coadiutores; reliqui enim Collegii usui necessarii erant. Coepit statim maxima esse confessionum frequentia. Sequenti autem die dominica et conciones et de Christi doctrina lectiones erant inchoandae. Affluunt satis abundanter eleemosinae multaeque ad aedificiorum extructionem pollicitationes; in maximam profecto Dei laudem vergit tanta totius civitatis exultatio, tantaque de hac Societatis patefactione ipsiusque rebus congratulatio. Multi quidem recipi vellent, quod (ut oportet) maxima diligentia ac consilio adhibito fit; sunt tamen nonnulli, nostro apti instituto, iam recepti; alii vero in longius pro-

---

[1] Idem ac Tiburtius, quo nomine in hispano autographo appellatur et ad hoc usque tempus appellabatur. Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 16, annot. 2.

trahuntur. Multi namque, ex eis praesertim, qui in nostris versantur scholis, admitti in Societatem possent, quod in initio fieri optimum esse non duximus; quae omnia in maiorem sui nominis gloriam et honorem constituat sapientissimus Deus.

Algarbiorum Episcopus hoc praesertim tempore magnopere a nobis efflagitavit ut aliqui ex nostris ei, ad Collegium erigendum, praeberentur; cuius tam sancto desiderio satisfaciendi captatur occasio. Portuensis itidem civitas, vel ad Collegium, vel ad professorum domum construendam, aliquos postulat. Dux etiam Bargantiae cum prius vehementer contendisset ut vel duos saltem ex Societate, qui sibi, curiae ac familiae suae adessent, obtineret, nunc et nonnullos etiam, ut Collegium Societatis aedificari possit, obnixe petit; cui, tum quod a rege secundus in Lusitania sit, tum etiam quod tanta virtute, maxime satisfacere conamur. Erat in Almerini oppido domus quaedam Patribus iis, qui simul cum curia adventabant, cui cum quaedam Infantis Mariae, sororis Regis, domus contigua esset, eam illa nostrae adiunxit et tradidit, ut latior fieret atque capacior. Templum praeterea pulcherrimum, quod in Santarem oppido possidet, nobis obtulit. Infans praeterea Cardinalis Eborae, quae sui Archiepiscopatus metropolis est, Collegium decreverat condere iamque eius aedificia (optima quidem) prope erant absoluta. Cum vero mense Augusto superiore P. Natalis eo venisset (quo omnibus in rebus duce usi fuimus pro vero spiritu, quem illi Deus optimus maximus infudit), Cardinalis Collegium nobis simulque mille aureorum redditus praebuit. Divisum vero gymnasium est in tres grammatices classes, unam vero rhetorices, necnon et lectio constituta est quaestionum (quas casus conscientiae vulgo appellamus). In hoc studiorum exordio habita est oratio, quae ipsi Cardinali perplacuit. Perseverant eodem ordine lectiones maxima auditorum frequentia; cum enim urbs satis sit celebris, praeceptores privati sunt sublati a Cardinali. Incredibilis autem fructus, tum in concionibus et de Christi doctrina lectione, tum etiam ex sacramentorum assidua frequentatione, oritur, maxima non solum regis, verum etiam caeterorum omnium laetitia et congratulatione.

Maximam vero illud, non solum P. Natali, verum etiam nobis omnibus, in Domino laetitiam attulit, quod, scilicet, Pater Torres, P. Franciscus, una et socius eius Bustamans, cum

P. Hieronymo Natali convenerunt. P. namque Torres primo Augusti, P. vero Franciscus ultimo affuit die, qui omnes maximum huic rerum innovationi auxilium praebuere, praesertimque P. Franciscus, qui quanta non solum Regi verum etiam plebeiis admirationem attulerit, quantumque misericordissimus Deus eius adventu Societatem Lusitaniae quasi lumine quodam illustraverit, verbis explicari minime queat. Contulit ei profecto Deus miram humilitatis virtutem, in spiritualibus collocutionibus affluentiam maximam et peculiare quoddam donum, ut multum omnes aedificet, atque in virtute suo sanctissimo exemplo corroboret. Invisit Regem, qui tantum ei honorem habuit, ut non parum multi admirati fuerint, quod sanctissimo viro et gravissimum et intolerabile erat. Satisfecit tantopere regi, reginae ac principibus et in tantam eos commovit spiritus inflammationem, ut postea ex nonnullis, quas habuit, privatis collocutionibus maximus in regia aula fructus fuerit subsecutus. Regina namque, principis uxor ac infantes sua peccata fassae sunt. Illae vero, quae reginam comitantur, foeminae ut sibi Christi doctrina diebus singulis praelegeretur postularunt; quod praestare coepit P. Franciscus; nunc idem a duobus Patribus, tum in reginae, tum in principis domo fit; nonnullis exercitia spiritualia traduntur; sacramenta vero crebro frequentant. Cum autem semel P. Franciscus quamdam ex nobilibus foeminis ludo chartarum animum recreantem offendisset, se in eisdem chartis vitiorum virtutumque ludum confecturum esse dixit; quod nullo negotio fecit. In singulis itaque chartis vel vitium scripsit vel virtutem, simulque virtutes ita vi distinxit et numero, ut aliae aliis superiores essent, vitiaque item alia aliis detestabiliora. Cui vero abiectius obtigisset vitium, eam exercebat mortificationem, quae huiusmodi vitio in charta destinata erat. Bis in aede sacra Collegii, semel apud divi Rochi, coram Rege (ut superius diximus) concionatus est; in aula vero regia apud reginam, principem ac infantes plurimas habuit conciones. Invisere eum non solum proceres, verum etiam praesules omnes, qui tum versabantur in curia. Domesticos vero aedificavit maxime omnibusque, cum suo sanctissimo exemplo, tum etiam vivis quibusdam collocutionibus ad virtutem vehementi fuit incitamento; quod idem Conimbricae fecit; ibi etiam in nostro templo semel est concionatus. Benedictus sit omnipotens

Deus, qui pro sua investigabili sapientia servos suos, ut ipsi placitum est, seligit.

Abiit tandem Cordubam P. Franciscus, ubi celebre nostrae Societatis Collegium erigitur; illud etiam quod Baezae est, recipere decrevimus; agitur vero ut Societatis Collegia Hispali atque Granatae construantur.

P. Hieronymis Natalis una et ego Conimbricam proficiscimur, qui, Collegii rebus institutis ac domo probationis, quae ibi est conficienda, absoluta, et Sanctum Felicem, et Divum Jacobum invisere optat ut negotium expediat Collegii, quod in eo nobis est traditum. Comes namque Monterey iis diebus quemdam ex suis cum literis ad nos transmisit ut de Collegio certum aliquid constitueretur.

P. interim Torres Ulissiponae mansit, ut, tum aedificiorum absolvendorum, tum etiam aliarum rerum expediendarum, curam habeat.

Tanto tamque copioso gratiae suae lumine omnipotens Deus Societatem illustravit, ut qui adversitatis tempore fuerant perturbati, nunc recreati iam ac maxima in Domino laetitia affecti, in Societatis laudem multa dicant, Deum optimum maximum collaudantes, quod tam singulari vigilantia ac dilectione Societatem et gubernet et augeat. Quod tum ad eiectos ex Societate, tum ad eos, qui discesserunt, pertinet, nec lato (quod aiunt) ungue ab iis, quae in 2.ª constitutionum parte traduntur, discedimus, quid divinus cultus, quid etiam totius Societatis, non solum communis, verum etiam privata, utilitas atque externorum aedificatio exigat, considerantes. Deum certe Opt. Max. nostros animos eo robore atque constantia firmaturum speramus, ut decernamus ea, quae in maiorem sui nominis laudem vergant. Nunc vero benigne erga eos nos gerere constituimus, qui nostro apti fuerint instituto.

Dominus Petrus Mascareñas merito profecto noster potest appellari tutor. Ille enim praecipue in causa fuit ut divi Rochi confratres ac civitas nobis regique et de erigendo collegio et de tradenda divi Rochi domo assentiretur. Tuam Paternitatem Societatemque ardentissimo amore prosequitur. Nostra maiori et opera et diligentia quam sua agit, et id tanta cum laetitia, ut gratissimum ei faciamus, cum nostrarum rerum, etsi minimarum, curam ipsi iniungimus. Singulis sabbatis multisque aliis

festis diebus confitetur domi nostrae, et ipse et uxor communicant, quae quidem virtutibus itidem magnis praedita Societatique valde dedita est. Deus optimus maximus in tam sancta vivendi ratione constantiam eis largiatur.

P. Franciscus Vieira et frater nomine Antonius Alvarez, cum simul proficiscerentur in Indiam, quod navis multam aquam colligeret, in portum relati sunt perveneruntque Ulyssiponam aegritudine (non tamen gravi) laborantes. Multum omnes in navi, collocutionibus praesertim, quas de rebus divinis habebant, aedificarunt, necnon quod aegrotis (qui quidem permulti fuerunt) diligenter inservirent; duobus, qui secum redierant, exercitia tradidit spiritualia; quorum alter monachali se regulae discalceatorum tradidit, alter vero mirabiles fecit in divino cultu progressus.

Confessarii autem laborant non parum suumque munus cum non mediocri aedificatione praeclare exequuntur; quorum unus a divite quodam, ut duobus pauperibus centum quinquaginta aureorum summam dimitteret, impetravit; non parum etiam externis scholasticis, qui singulis mensibus confitentur, prosunt.

Multa quidem, quae ad Dei nostri gloriam pertinent, in India gesta cognovimus; una autem cum hac indianas litteras de his agentes mittimus; nonnullas etiam, quae ad R. T. P. scriptae fuerant, quas item latino sermone compositas, alias transmittemus; superiores namque, quae intra hoc venerunt quadrimestre, in latinum versae sermonem, tum etiam hispane, Romam missae sunt; quarum altera P. Francisci, altera Joannis Fernandez, tertia vero P. Henrici Enriquez erat; quae vero nunc mittuntur, variorum sunt, non mediocris aedificationis, ut tua Paternitas clare cernet.

Ex Brasiliensi regione nonnullae sunt traditae, quae nos tamen septem, qui hoc anno eo iverant, fratrum adventus certiores non faciunt. Nonnullae sunt, quae res in eadem gestas provincia narrant, quas tamen, cum parum adhuc temporis, ex quo pervenerint, sit, non transcripsimus. Sunt etiam magnae aedificationis. Quas omnes brevi, Deo tribuente, transmittemus.

Africae in oppido Tutuam multa a Deo Opt. Max. gesta P. Joannis Nuñez et socii Ignatii ministerio nuntiantur; multos enim quotidie captivos redimit, multum Christi cultores omnes, qui in illis infidelium partibus versantur, consolatur; tum

eorum audiens confessiones, tum etiam urgentes stimulos ad Christi fidem retinendam atque conservandam addens; parat praeterea, quae potest, omnia aegrotantibus captivis, qui in quodam xenodochio, cuius ipse curam habet, manent; iis etiam, qui ab heris male tractantur; quod in literis suis ipse narrat, quarum unae cum hac simul mittuntur; aliae diversis vicibus sunt transmissae. Plus mille aureorum nunc in captivorum redemptionem ad eum mittimus, quos Episcopus quidam, Evorae nunc defunctus, ac nonnulli alii privati, ipsius epistolis ac tanta rerum necessitate commoti, largiti sunt; atque hoc quidem praeter id, quod hinc semper ad constitutos homines illuc transmittitur. Incitat profecto non parum ad Dei laudes tanta Lusitanorum ad haec misericordiae opera propensio.

Velit Deus Opt. Max. hoc nobis praestare donum ut in omnibus ipsius voluntatem intelligamus perfecteque adimpleamus. Omnes autem tuis nos precibus ac sanctissimis sacrificiis, voce pariter ac animo supplici, commendamus ut, quas T. R. P. ministerio constitutiones accepimus, eas absolute ac maxima cum animi laetitia liceat adimplere.

Ulissiponae. Epistola haec mensis Septembris initio inchoata est, cui adiuncta quaecumque usque ad sequentis mensis exordium gesta sunt. Tum enim primum fieri incipiebant haec omnia.

Anno Domini 1553.

Manu Patris Polanco: Del P. Miron en lugar de los Colegios.

Alia manu: 1553, Ulyssipona, P.^{i} septembris.

Iterum Polanci: et Octobris.

Praecedentes Patris Jacobi Miron litterae a Patre Polanco emendatae et in provincias missae [1].

IHS

Ex literis quadrimestribus Patris Mironis.

Decem, a discessione P. Symonis, diebus affuit R. T. P. Commissarius P. Hieronymus Natalis, Societatis nobis deferens constitutiones, quarum editio ipsiusque adventus tantam nobis omnibus in Domino laetitiam et tantam animorum innovationem attulit, quantam explicare non possimus. Cernere erat incredibilem concordiam et pacem omnibus, et novum quemdam fervorem, acrioresque ad perfectionem capessendam spiritus sûmptos. Coepit itaque P.r Hieronymus Natalis Olisiponae constitutiones edere, in quibus tantam tamque omnibus numeris absolutam perfectionem sensimus, ut nunc tandem nobis videamur verum illum Societatis spiritum agnoscere et intelligere, ac nunc denique uberem et affluentem divinae gratiae in eam influxum percipere. Facile explicari non potest quanto Rex gaudio fuerit affectus, dum constitutiones praelegit, quae ut sibi conscriptae traderentur rogavit. Videntur semper lusitani ii principes divino instinctu ad Societatem nostram et conservandam et augendam duci.

Coepit itaque numerus eorum, qui tum ad conciones, tum ad Christi doctrinam audiendam confluebant, ita augeri, ut multi domum redirent, quod eos templum, etsi satis capax, non caperet. Alii vero mirabili quodam fervore in templo, concione audita, ieiuni manebant, ne post prandium locus ad Christi doctrinam audiendam deesset. Confessionum autem frequentia tantum sumpsit incrementum, ut nec duodecim ex nostris tantae multitudini sufficerent, effectumque est ut per totam hebdomadam, tum confessionibus audiendis, tum sanctissimo Eucha-

[1] Apographum, in folio duplici, nn. 623 et 624.

ristiae sacramento tradendo vacarent Patres, nec enim vel festis vel dominicis diebus omnibus simul poterant subvenire.

Sunt, ut videmus, R. P., lusitanorum omnium animi (divino beneficio) in nostram benevolentiam adducti; multaque subsecuta, quae singularem Dei charitatem in ipsam Societatem facile declarant, quae iam nunc narrare incipiam. Primum namque vere christianus Rex, quod iam antea saepius constituerat, nunc omnino decrevit, ut scilicet ex nostris aliquis provinciis Presti Joannis patriarcha praeficiatur; cuius tam pii desiderii Summum Pontificem, suum legatum, necnon T. R. P. certiorem fecit, cui totius summam et potestatem rei delegat; quod si fiat, incredibilis animarum fructus sequetur, ut pro certo habemus; et qui eo ex societate iverint, probandos vere scimus; oportebit enim multos subire labores, qui publicis his ministeriis adiuncti esse solent.

Coepit praeterea Societatis (ut ita dicam) plenitudo paulatim sese ostendere, non solum luce et claritate maxima, quam nobis constitutiones attulerant, verum etiam omnium ipsius partium institutione. Olisiponae namque domus, quam professorum appellamus, a Collegio separata est: ii vero, qui in domo eadem erant, in professos coadiutoresque, tum in spiritualibus, tum etiam in temporalibus divisi sunt: ii etiam adiuncti, qui in domo probationis versantur, ut inferius obiter narrabimus.

Jam antea apud divum Antonium in tribus classibus grammatices rhetoricesque documenta, maxima cum auditorum frequentia, praelegebantur. Egimus itaque cum Rege, eiusque iussu cum civitate, velletne ut Olissiponae iis, quae in Italia Siciliave sunt, simile erigeretur Collegium, in quo ob civitatis celebritatem in tribus classibus grammaticam, in duobus et rhetorices praecepta, et quae provectiorum iam stilum polirent praelecturos nos diximus, necnon graecae hebraicaeque linguae atque earum quaestionum (quas vulgo casus conscientiae nominamus) lectiones habituros. Placuit mirum in modum haec collegii forma: protinus ad Regem detulerunt, sine cuius copia nihil quicquam ex bonis civitatis expendi poterat. Rex ei, qui primum inter consiliarios locum obtinebat, nobis quidem amicissimo, Collegii curam delegavit, ut et suo [et] civitatis nomine curaret ut quam primum lectiones inchoarentur, ne quid etiam ex iis, quae Collegio necessaria erant, deesset animadverteret. Tanta autem

animorum exultatione, tot tantisque oblationibus eorum, quae in Collegio praestanda essent, inchoatum est, ut pro certo habeamus brevi maius Conimbricano futurum: id autem huius Collegii certiora facit annua vectigalia, quod tum piissimus Rex, tum etiam tam praeclara civitas huius rei curam susceperit; promissae autem lectiones a divi Lucae festo incoeperunt exponi, ad quas tantus confluxit auditorum numerus, ut hanc a Societate obligationem exigerent cives ut prius Olissiponenses quam externos in Collegium admitteret.

Largitus praeterea est Illustrissimus Rex domum unam cum egregio templo, in qua habitarent professi, optimam illam quidem et in aptissimo sitam loco, qua habita, maxima omnibus in Domino laetitia et lux accessit.

Delectus etiam tunc inter eos, qui in Collegio erant est habitus, tres scilicet, P. Gondiçalvus a Silveira, P. Gonsalvus Vaz et P. Antonius a Quadros professis solemnibus votis sese addiderunt. Voluit professioni interesse ipse Rex ac princeps, et una cum omni curia ad divum Rochum venit (ita enim templum, quod dederat, appellatur) simulque novam domum et professionem suo adventu ac praesentia celebravit. Concionatus est P. Franciscus, de quo inferius dicam, maxima Regis et omnium aedificatione; adhortatusque est praecipue nos tanto fervore tantaque spiritus vehementia, ut nobis omnibus innovationem quamdam spiritualem attulerit. Ex professionibus autem, mirum dictu fuerit, quanta non solum nostrorum verum etiam omnium praesentium animis devotio accreverit; id lachrymae indicabant atque suspiria. Tradita fuerat Regi votorum forma conscripta, quam et P. Franciscus explicabat. Postea vero quatuor, coadiutorum spiritualium votis, se adstrinxerunt, alii vero quatuor, temporalium. Qui vero Societatis scholastici idonei atque approbati esse poterant, necnon et qui iam duos annos in Societate exegerant, sua vota nuncuparunt. Alii vero item, qui nondum ad id temporis adimpletione obligabantur fecerunt; in quibus omnibus ordo ac forma, in constitutionibus tradita, servata est. Professi vero, R. P., ii sunt spiritu et rebus in Societate gestis, de quibus magna sit concepta spes. Reliqui vero pro suo quisque munere eiusmodi sunt qui esse debent.

In divi autem Rochi tres statim professi sunt constituti, duoque in spiritualibus ac tres in temporalibus coadiutores. Reliqui

enim Collegii usui necessarii erant. Coepit statim maxima esse confessionum frequentia; sequenti autem die dominica et conciones et de Christi doctrina lectiones erant inchoandae. Affluunt satis abundanter eleemosynae, multaeque ad aedificationis extructionem pollicitationes. In maximam profecto Dei laudem vergit tota totius civitatis exultatio, tantaque de hac Societatis manifestatione ipsiusque rebus congratulatio. Multi quidem vellent recipi, qua in re, ut oportet, maxima diligentia ac consilio adhibito proceditur. Sunt tamen nonnulli nostro apti instituto iam recepti: alii vero in longius protrahuntur; multi namque, ex his praesertim, qui in nostris versantur scholis, admitti in Societatem possent, quod initio fieri non debere duximus; quae omnia in maiorem sui nominis gloriam et honorem vertat sapientissimus Deus.

Algarbiorum Episcopus hoc praesenti tempore magnopere a nobis efflagitavit, ut aliqui ex nostris ei ad Collegium erigendum praeberentur, cuius tam sancto desiderio satisfaciendi captatur occasio.

Portuensis itidem civitas vel ad Collegium vel professorum domum constituendam aliquos postulat.

Dux etiam Bargantiae cum prius vehementer contendisset, ut vel duos saltem ex Societate, qui sibi, curiae ac familiae suae adessent, obtineret, nunc et nonnullos etiam ut collegium Societatis aedificari possit, obnixe petit, cui, tum quod a Rege secundus in Lusitania sit, tum etiam quod tanta virtute praeditus, maxime satisfacere conamur.

Erat in Almeirin oppido domus quaedam Patribus iis, qui eo simul cum curia conveniebant, aedificata; cui cum quaedam infantis Mariae, sororis Regis, domus contigua esset, eam illa nostrae adiunxit et tradidit, ut latior nostra fieret atque capacior. Templum praeterea pulcherrimum, quod in Santarem oppido possidet, nobis obtulit. Infans praeterea Card.lis Eborae, quae sui archiepiscopatus metropolis est, Collegium decreverat condere, iamque eius aedificia, optima quidem, prope erant absoluta: cum vero mense Augusti superiori P. Natalis eo venisset, quo omnibus in rebus duce usi sumus, pro vero spiritu, quem illi Dominus Opt. Max. infudit, Card.lis Collegium nobis simulque mille aureorum redditus praebuit. Divisum vero Gymnasium est in tres grammatices classes, unam vero rhetorices,

necnon et lectio constituta est quaestionum, quas, casus conscientiae vulgo appellamus. In hoc studiorum exordio habita est oratio, quae ipsi Card.li placuit. Perseverant eodem ordine lectiones maxima auditorum frequentia; cum enim urbs satis esset celebris, praeceptores privati sunt sublati a Card.li : incredibilis autem fructus, tum ex concionibus et de Christi doctrina lectione, tum etiam ex sacramentorum assidua frequentatione, oritur, maxima, non solum Regis, verum etiam caeterorum omnium, laetitia et congratulatione.

Maximam vero illud non solum Ptri. Natalis, verum etiam nobis omnibus in Domino laetitiam attulit, quod scilicet Pr. Torres, Pr. Franciscus, una ac socius eius Bustamantus, cum Pre. Hieronymo Natali convenerint. Pater namque Torres p.º Augusti, P. vero Franciscus ultimo affuit die, qui omnes maximum huic rerum innovationi auxilium praebuere; praesertim P. Franciscus, olim Dux Gandiae, qui quantam non solum Regi, verum etiam plebi admirationem attulerit, quantumque misericordissimus Deus, eius adventu Societatem lusitanam, quasi lumine quodam illustrarit, verbis explicari minime queat. Contulit ei profecto Dominus miram humilitatis virtutem, in spiritualibus colloquiis affluentiam maximam ac peculiare quoddam donum, ut multum omnes aedificet atque in virtute suo exemplo corroboret. Invisit Regem, qui tantum ei honorem exhibuit, ut non parum multi admirati fuerint, quod tamen sanctissimo viro intolerabile erat. Satisfecit magnopere Regi, Reginae ac principibus, et in magnam eos commovit spiritus inflammationem, et ex nonnullis, quas habuit, privatis collocutionibus, maximus in Regia aula fructus est subsecutus: Regina namque, principis uxor, ac infantes sua peccata confessi sunt. Illae vero, quae Reginam comitantur, nobiles foeminae ut sibi doctrina Christi singulis diebus praelegeretur postulaverunt; quod praestare coepit P. Franciscus, nunc vero a duobus Patribus, tum in Reginae, tum in principis domo fit. Nonnullis exercitia spiritualia traduntur; sacramenta vero crebro frequentantur.

Cum autem semel P. Franciscus quamdam ex nobilibus his foeminis ludo chartarum animum recreantem offendisset, se in eisdem chartis vitiorum virtutumque ludum confecturum esse dixit, quod nullo negotio fecit: in singulis itaque chartis vel vitium scripsit vel virtutem, simulque virtutes ita vi distin-

xit et numero, ut et aliae aliis superiores essent, vitia item alia aliis detestabiliora; cui vero abiectius obtigisset vitium, eam exercebat mortificationem, quae huiusmodi vitio in charta destinata erat.

Bis in aede sacra Collegii, semel apud D. Rochum coram Rege concionatus est; in aula vero regia apud Reginam, principem, ac infantes plurimas habuit conciones. Invisere eum non solum proceres, verum etiam praesules omnes, qui tunc versabantur in curia.

Domesticos vero aedificavit maxime; omnibusque cum suo sanctissimo exemplo, tum et vivis quibusdam collocutionibus, ad virtutem vehementi fuit incitamento; quod idem Conimbricae fecit, ubi etiam in nostro templo semel est concionatus.

Abiitque tamen Cordubam P. Franciscus, ubi celebre nostrae Societatis Collegium erigitur.

Dominus Petrus Mascareñas merito profecto noster potest appellari tutor; ille enim praecipue in causa fuit ut D. Rochi confratres ac civitas nobis Regique et de erigendo Collegio et tradenda D. Rochi domo assentirentur. T. P. Societatemque ardentissimo amore prosequitur. Nostrarum rerum maiori et opera et diligentia quam suarum curam agit et id tanta cum laetitia, ut gratissimum ei faciamus, cum nostrarum rerum, etsi minimarum, curam ipsi iniungimus. Singulis sabbatis multisque aliis festis diebus confitetur domi nostrae, et ipse et uxor communicant: quae quidem virtutibus itidem magnis praedita Societatique valde addicta est. Dominus Opt. Max. in tam sancta vivendi ratione constantiam eis largiatur.

P. Franciscus Vieira et frater nomine Antonius Celez [1] cum simul proficiscerentur in Indiam, quod navis multam aquam colligeret, in portum relati sunt perveneruntque Olissiponam aegritudine (non tamen gravi) laborantes. Multum omnes in navi collocutionibus praesertim, quas de rebus divinis habebant, aedificarunt, necnon quod aegrotis (qui quidem permulti fuerunt) diligenter inservirent. Duobus, qui secum redierant, exercitia tradidit spiritualia, quorum alter monachali se Regu-

---

[1] Sic; forte Tellez. Hunc tamen fratrem, Patris Francisci Vieira socium Antonium *Alvarum* nominat Franco, *Annalium Societatis Jesu in Lusitania Synopsis,* ann. 1553, n. 5, et supra in his ipsis litteris et a Polanco in *Chronico*.

lae discalceatorum tradidit, alter vero mirabiles fecit in divino cultu progressus.

Confessarii autem laborant non parum suumque munus cum non mediocri aedificatione praeclare exequuntur, quorum unus e divite quodam, ut duobus pauperibus magnam aureorum summam dimitteret, impetravit; non parum etiam externis scholasticis, qui singulis mensibus confitentur, prosunt. Multa quidem, quae ad Dei gloriam pertinent, in India gesta cognovimus, una autem cum hac indianas litteras de his agentes mittimus.

Ex Brasiliensi regione litterae nobis redditae sunt, quae non tamen septem, qui hoc anno eo iverunt, adventus certiores nos faciunt; nonnullasque res in eadem gestas provincia narrant magnae aedificationis, quas omnes brevi, Domino favente, transmittemus.

Africae in oppido Tutuan multa a Deo Opt. Max. gesta Patris Joannis Nuñez et socii Ignatii ministerio nuntiantur. Multos enim quotidie captivos redimit: multum Christi cultores omnes, qui in illis infidelium partibus versantur, consolatur, tum eorum audiens confessiones, tum vero etiam urgentes stimulos ad Christi fidem retinendam addens. Parat praeterea quae potest omnia aegrotantibus captivis, qui in quodam oppidi xenodochio, cuius ipse curam habet, manent, et iis etiam, qui ab heris male tractantur. Plusquam mille aureos nunc in captivorum redemptionem ad eum mittimus, quos Episcopus quidam, Eborae nunc defunctus, ac nonnulli alii privati, ipsius epistolis, ac tanta rerum necessitate commoti, largiti sunt; atque hoc quidem praeter id, quod hinc semper ad constitutos homines illuc transmittitur. Incitat profecto non parum ad Dei laudes tanta lusitanorum ad haec misericordiae opera propensio.

Velit D. Opt. Max. hoc nobis praestare donum, ut in omnibus ipsius voluntatem intelligamus perfecteque adimpleamus.

Coimbriae VI idus Octobris 1553.

T. P.

Indignus filius,

JACOBUS MIRON.

Non est superscriptio, sed tantum in ima quartae paginae ora, ignotae manus haec pauca leguntur: Q. Coimbra, 53.

CCLVI

P. Tyburtius de Quadros
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 28 Octobris 1553 [1].

IESUS

R.do em X.° Padre.

La gracia y amor de X.° nro. Sor. sea siempre en nras. almas. Amen.

Por la de los quatro meses, la qual el p. hierónymo Nadal quiso escribir, por eso no van las de los collegios por esta vía, terná Vra. P. entendido la distinction, que fué hecha, entre los padres y hermanos aquí en lisbona, scilicet, de profesos y coadiutores etc., aunque no en el amor y charidad, y cómo se hizo aquí casa de profesos, donde estamos ya del primer dia deste mes de Octobre.

Lo que deste mes acá queda de avisar á Vra. p. es lo mucho que nro. Sor. ha querido obrar por los p.es, que aquí están en esta casa, llamada S. rocho, adonde estamos cinquo sacerdotes y quatro hr.os [2].

Predica el p.e dom gonçalo [3] todos los domingos y dias santos; y quando no ay dia santo en la semana, ultra de la predicacion del domingo, lee una licion de la escritura al miércoles

[1] Autographae, unico folio, n. 582.
[2] Vide infra in fine.
[3] P. Gundisalvus Sylveira, Professae Domui Praefectus.

á la tarde. Tiene, loores al Sor., gran talento para predicar; predica con gran zelo y hervor y muy bien; ay gran concurso de gente á su predication, de manera que, con la iglesia ser grande y muy capaz, se inche toda y aun por las puertas afuera está continuadamente hasta ora mucha gente, y va esto siempre en continuo augmento, y en esto continuó hasta ora, excepto un domingo que, pediéndolo el Rey, se fué á predicar á palacio.

Hun P.e , llamado gonçalo vaz, haze doctrina á la tarde todos los domingos y dias santos, y aora la haze de los peccados mortales; y á esta doctrina concurre aun mucha más gente que por la mañana, porque, ultra de estar la iglesia muy llena y la gente muy apretada, y mucha gente por fuera de la iglesia oyendo, creo que muchas vezes se va más gente, por no poder oyrle y no tener lugar, de la que lo oye. Es de manera que, veniendo unos hermanos del collegio de san anton á oyrle y vernos, veyan irse tanta gente, que pensauan que acabara ya el p.e la doctrina. Mucha gente se queda en la iglesia, sin ir á casa á comer, por tener lugar; y otros muchos mandan traher el comer y comen cerca de aquí en el campo, porque, teniendo las casas léxos, temen que, si allá fueren, ya no hallen lugar quando venieren; porque va la cosa de manera que, acabando nos las missas y confessiones, por seren muchas los domingos, á las doze, quando es la una, ya la iglesia está tan llena, que no se puede entrar. Un domingo destos passados una condesa, por venir cedo para allar lugar, dexó su marido á la mesa, llevantándose della; y aunque vino cedo y trahia mucha gente, que procurauan de hazerle lugar, todavía no pudo entrar, y fuesse ella y otra muger noble, que con ella venia. Va este heruor, loores al Sor. en mucho augmento; porque el domingo passado, lloviendo mucho, pensando nos que no vernia tanta gente, vino más gente aún que los otros domingos. Despues de esta doctrina es tanta la gente que viene á nra. iglesia á hazer oracion, que á las veces se podria tornar á hacer otra plática y no con mucha menos gente.

Hace tambien este p.e una plática á las damas de la Reyna al miércoles á la tarde, y es tanta su devocion, que es para dar gracias á nro. Sor.; porque muchas, segun dizen, acabada la plática, se retrahen en sus camaras y lloran de

manera que son sentidas de las otras; y aunque ha poco que el p.e allá va y no les tiene hechas más de dos pláticas, siéntese ya mucho el fructo en ellas. Empiéçanse muchas á confesar y ya dizen que las hazemos no salir á las ventanas; algunas dellas escriuen la doctrina del p.e para más se aprovechar dellas; están el Rey y la Reyna tan contentos desta obra, que lles perguntan los puntos que han oydo al p.e; algunas dellas andan tan mouidas, que quieren ya dexar el mundo y meterse en religion, y ansí lo han pedido á la reyna. Espérase de aquí mucho fructo, porque siendo estas personas nobles, y hauiendo de casar con los principales del reyno, y siendo ellas virtuosas, se spera que aprovechen á más, que así van á esta plática, no sólo ellas, sino otras muchas mugeres de casa de la reyna; y á una plática passada fué la Infanta doña isabel, que tambien tiene deseo que á las suyas se haga otra plática.

Las confessiones son muchas y de muchas personas nobles, y aunque no seamos sino cinquo Sacerdotes, y dos hagan tantas pláticas y prédicas, esta semana se confessaria cerca de duzientas personas; ultra otros exercicios espirituales, en que los p.es se occupan, danse exercicios á algunas personas y házese fructo con la gracia del Sor.

Esto es breuemente lo que acá passa. Todos, quanto á la salud corporal, estamos bien gratias al Sor., y nos encomendamos en bendicion y orationes y sacrificios de ura. p. y de todos los p.es y hr.os

Hoy 28 de Octobre de 1553.

El prepósito de esta casa es el p. dom g.o y su collateral el p.e g.o vaz. Estos dos son professos y el escribiente [1]. Los que hay en esta casa son estos tres Professos de quatro votos, y fra.o vieira y miguel Esteuenz, coadjutores spirituales. andré fernandez, Domingueanes y andré gomez, coadjutores temporales, y pedreanes nouycio [2].

Indigno hija *(sic)* de vra. p.,

Tiburtio de quadros.

---

[1] Ipse Tiburtius, postea Antonius, de Quadros.

[2] Vide Polanci, *Chron.*, t. iii, pp. 404 et 405, n. 891 et praesertim adnotationem huic numero appositam.

Superscriptio. † Al muy R.do em x.o padre el p.e M. ignacio, prepósito general de la comp.a de Iesu.

En Roma.

De la casa de. s. rocho. 1.a vía.

Alia manu: Toledo *(linea super ducta deletum).*

Lisbona, Tiburtio de quadros, 28 de octu.e

CCLVII

Melchior Cotta,
Ex commissione Patris Leonis Enriquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 31 Octobris 1553[1].

†
Jhus

Muy R.do en X.o P.e

La suma gracia y amor de Jesu X.o visite siempre nras. almas. Amen.

El p.e M.tro hierónimo nadal llegó á este colegio á 4 ó 5 dias andados deste mes de otubre, y con su venida tan deseada todos nos consolamos mucho en el S.or, y creció mucho más la alegría y consolacion con [su] santa conversacion.

Empeçó luego el dia que llegó á publicar las constituciones, dando primero intelligencia dalgunas cosas, que le parecia necesario para mejor se poder entender las constituciones.

Tomaua una hora quasi todos los dias que estuvo aquí, en la cual hacia pláticas á los her.os juntos, declarando muy en particular el fin de la Compañía y el modo de proceder della. Detúvose en este collegio hasta la fin del presente, dando órden á todas las cosas, así generales como especiales, conforme á las

[1] Autographae, folio unico, n. 625.

constituciones. Despues se partió para Santiago con propósito de volver y asentar últimamente todas las cosas.

Aora entiende el p.e Maestro Miron, que quedó aquí, en hacer que se execute el órden, que puso el p.e Nadal; reparte los officios de casa á cada uno, declarándole el modo, que debe procurar en guardar las reglas de su officio, dando en todo entera declaracion. Las cosas se van asentando poco á poco, para que se proceda en todas ellas con claridad y suavidad. Y aunque las reglas de casa generales se an publicado, todavía quiere el P.e, por quitar scrúpulos, que en estos quince ó veinte dias procuren todos saberlas y empiecen á exercitarse en ellas, para que despues se pueda guardar todo mejor y muy exactamente.

Los prefectos de los estudios se an tambien ordenado, señalando á cada uno su síndico. Tambien se dividió la casa de Probacion, y en ella quedan, separados de los del collegio, al presente quatorze, con su Maestro, y Confessor, y Síndico [1]. Los tonos se hacen todos los dias en la hora del reposo. Esperamos con el favor divino ser todos muy ayudados del S.or con estos medios recebidos de su sancta mano, confiando en la suma y eterna bondad, á quien suplicamos por medio de las oraciones de V. P.d nos esfuerze con su gracia, para que en todo su sanctíssima voluntad cumplamos. Esto es breviter cuanto á lo del Colegio.

Las confessiones de los de fuera se augmentan, y, á lo que parece, se augmentarán mucho y crecerá la devocion de la gente, porque ha ordenado el P. Mtro. Hierónimo Nadal cómo nuestra iglesia se hiciese un poco mayor, y que se pudiese confessar todo el dia en ella; y mandó que siempre estuviesen las puertas abiertas. A los domingos y dias de fiesta haurá sermon por las mañanas, y los domingos á la tarde doctrina christiana.

De Coimbra, último de otubre de 1553.

Por comision del P.e Maestro Miron.

Inútil siervo y hijo indigno de V. P.d

Melchior Cotta.

---

[1] Nominatus fuit novitiorum Magister P. Antonius Correa, eorum confessarius P. Gundisalvus Alvarez, et frater quidam, nomine Coëllus, syndicus. Vide Polanci *Chron.*, t. III, pag. 418, n. 925.

Superscriptio. † Jhus.

Al muy R.do en X.° P.e el P.e Maestro Ignacio Prepósito General de la Compañia de Jesús,

en Roma.

2.a V. de Coimbra mes de octobre.

Alia manu: 1553, Coim.a P. Melchior Cotta, ult.° de otu.e

CCLVIII

P. Joannes Nuñez
Patri Bernardino dos Reis.
Tituano, 12 Novembris 1553 [1].

Eiusdem ad eumdem [2] pridie Iduum Novembris 1553.

Ubi primum literae tuae, quibus mecum de nonnullis mandatis agebas, ad meas pervenere manus, ut aliquot captivos, qui in maiore, cum corporis, tum animae perdundae, periculo positi erant, e tanta miseria ereptos in libertatem vindicarem, operam dedi, veritus ne, cum Gadibus pecunia ad nos ferretur, liberari aut, commerciis impeditis, ad vos mitti nequirent: quod saepe quidem hac in regione usuvenit, ut per sex vel septem mensium spatium nulli traiici captivi possint.

Deus effecit sua bonitate ut decem vel duodecim obtinerem, quos tertium iam mensem in mea potestate habeo. Cum aliis nonnullis pactus sum ad id tempus, quo primum tempore libera coeperint esse commercia, ac praefectus quidem iam pridem liberam daturum se commeandi potestatem promisit, permissurumque nobis ut hi aliique multi redemptionis [3], qui penes nos

[1] Apographum in folio 521.—Editae sunt hae litterae hispanice, ex *Historia varia*, fol. 312, in *Cartas de San Ignacio*, t. III, pag. 516.

[2] Patrem Bernardinum a Regibus, seu *dos Reis*, cui datae sunt quae a nobis editae supra, pag. 402, et reperiuntur in praecedenti folio 520 v.°

[3] aliique multi redemptionis, otros muchos, que tenemos, de la redencion, sc., alii multi, quos opera et subsidio confraternitatum, per Europam, ad redimendos ex Africa captivos, erectarum, redemi. Vide, ex. gr., quae apud SCHINOSI, POLANCO, et *Cartas de San Ignacio*, passim dicuntur de Confraternitate Redemptionis neapolitana.

sunt, traducantur: sed, ne eam ad hunc usque diem concederet, quaedam eventa impedivere: prae se fert tamen id faciendi animum statim ut per tempus licuerit. Melchior Lamesides [1] ad me scripsit se ad Gades nuncium cum epistolis misisse [2]; utrum venerit haud equidem scio. Sum aliquantulum anxius, cum animadvertam pecuniae debitae diem partim exiisse, partim propediem exiturum, quo fit ut foenorum onus in me gravius in dies inclinet. Spero tamen Dominum nostrum aliquid remedii in tanta necessitate allaturum: cum praesertim intelligat omnia ad miserarum animarum salutem parari, ne pereant.

Puerum quemdam lusitanum ex agro Eborensi, patre matreque orbatum, ac omnibus praeterea rebus destitutum, hic tertium iam plus minus mensem apud me redemptum habeo eorum nomine, quibus Joannis Monterii doctoris testamentum curae est. Quem liberasse fuit profecto maximae pietatis, cum magnum ei periculum immineret. Mauri, in quorum mancipio ille fuerat, huc ad exigendam pecuniam venere, ut omnino non potuerim quin partem eis aliquam persolverem. Admone tu, Pater, eos hunc captivum simul cum aliis, qui penes me sunt, propediem Abylam [3] profecturum, inde in istam civitatem ut se sistat; unum id expectari, ut huius castelli praefectus licentiam eius rei concedat: eum, expensis tributisque numeratis, plus nonaginta aureis constare: quae si nimis illis grandis videatur pecunia (quamvis raro aut nunquam evenit ut Lusitanus puer minoris addicatur), octoginta mittant, reliquos ego ipse a me solvam: sed si animadverteris eos nonnisi ex promissis septuaginta dare velle, accipito: quamquam quot mihi subveniendum sit necessitatibus solus ipse Deus novit. Hi namque captivi tot a me, tum scriptis, tum verbis, postulant, ut videns me ex illis eorum omnium necessitatibus auxilium afferre minime posse, moerore pene conficiar: sed multo graviore, cum video quam multae animae, hoc solo nomine, quia non sunt pecuniae, sint interitui proximae. Atque hanc pecuniam per syngrapha ad Clementem Claudianum [4], qui Gadibus praeest, mihi mittas velim.

---

[1] Hispanice est *Melchor de la Meside*, et esse videtur *banchus* seu *bancharius* quidam, qui Ulyssipone et Abylæ *(Ceuta)* haec pro Patre Nuñez negotia gerebat.

[2] Hispanice *embiará, missurum;* at sensui et contextui melius *misisse* congruit.

[3] Urbem *Ceuta*.

[4] Vide supra, pag. 405 et 406.

Ad Doctorem Rodericum Lopum Carballum [1] scribito me hic puerum, cum bona statura corporis, tum perspicaci acutoque ingenio, ei redemisse: sibi persuadeat hac eleemosyna rem se Deo gratissimam, ut nihil supra, praestitisse: hic enim puer, quod tenera adhuc aetate deprehensus captusque fuit, violata iam, quam Deo Optimo maximo dederat, fide, et lingua et animo ac voluntate iudaeus erat. Qui cum primum se redemptum animadvertit, meque Baba, hoc est Feez, ubi erat, afferri se iubere, aufugiens se diligenter abdidit. Dei tamen voluntate repertus, ad eum, a quo ducebatur, in viam missus est; nunc quod, veste ornatum nova, legem divinam edoceo, optime iam de Deo sentit; aptus idoneusque ad serviendum est. Alia etiam puella, quam in mea potestate habeo, non segnius ac puer fide nostra deposita, iudaeorum vestigia in omnibus consectabatur; qui ambo ita iudaeorum desiderio contabescebant ut nullum futurum fuerit tam durum pectus, quod non eorum squalore ac luctu commoveretur. Aliquot alias hic quoque puellas ad te mittendas habeo, quae in maximo quidem denegandae fidei amittendaeque animae periculo versantur.

Gomesio Piro puellam quamdam, forma perliberali, quae in Mauri cuiusdam, huius castelli ditissimi, potestate est, me consecuturum propediem spero: quamquam tam avide Maurorum sectam arripuit, ut eorum caeremonias una cum iis celebret Christianosque omnes, meque in primis, vehementer fugiat. Eius hera ac quatuor ipsius filiae tanto eam amore prosequuntur, itaque in omnibus ei blandiuntur, ut nec cum matre cubare nec ullam prorsus illius rationem habere velit: hera vero eam filio suo uxorem se daturam, ubi primum nubilis erit, saepe dictitat; ut eam tamen eripiam, summopere laborandum mihi esse duxi, et, quia nisi una cum matre eam dare nolunt, et matrem et filiam redimere statui, filiam quidem ipsi Gomesio Piro, eius vero matri matrem.

Aliam hic praeterea iam redemptam habeo Ferdinandi Alvaris filio, quem utinam Dominus susceperit, sed alacre [2] adhuc non venit; fortasse Abylae erit.

Quod ad me scriptum est ut quid de Antonio de Sea [3] actum

[1] Hispanice *Rui Lopez de Carballo.*
[2] Sic; etiam in hispano.
[3] In hispanicis litteris *Antonio de Sae Buarcos.*

esset scirem, ex constanti multorum sermone novi eum penes praefectum Larachi esse, quae urbs hinc quatuordecim vel quindecim parasangas [1] distat, eius vero socium Petrum Alvarum coniicimus a turcis bireme quadam in orientalem regionem asportatum esse. Ad eius consanguineos scribes quanti sit statutus hic neminem facile posse iudicare, praesertim cum captivorum pretium ex nulla alia re magis quam ex falsa vel vera opinione pendeat, quam de eis primo conceperint; debere eos, quo res sit tutior, circiter ducentos aureos [2] mittere: quod si ducentos miserint, ita demum fore tutissimum; admonebisque ut eos ad Melchiorem Lamesidem per syngrapham foeneratoris alicuius mittant.

CCLIX

Melchior Cotta
Ex commissione Patris Leonis Enriquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 29 Novembris 1553 [3].

✝
IHS

Muy R.do en Chro. Padre.

La summa graçia y amor de Jesu X.º sea siempre en nuestras almas. Amen.

Dios nro. Sor. pague á V. P. la consolaçion y alegría spiritual que todos reçibimos con las constitutiones y venida del Padre maestro hierónimo Nadal, la qual yo en ninguna manera podria declarar; el padre se avia partido para Sanctiago como

---

[1] Hispanice *leguas*. Est autem *parasanga* mensura quaedam orientalibus populis, persis praesertim, communis, quae *leucae* longitudinem fere exaequat sed non attingit.

[2] *80 ducados* hispanice.

[3] Autographae, folio unico, n. 627.

escreví en la carta del mes passado [1], dexándonos con esperança de bolver presto, y assentar del todo las cosas deste Collegio, conforme á las constitutiones; bolvió andados algunos dias deste Noviembre, y luego empeçó á seguir lo començado. Por la prissa que de otras partes le davan, detúvosse creo que ocho dias, aun q' él en quatro se quisiera despedir; pero las lluvias por una parte y alguna mala disposiçion, que tenia, le hizieron detener más: neste tiempo se nos communicó mucho á todos y declaró de las constitutiones aquello, que más le pareçia convenir, por no poder dizir todo. Antes de se partir ordenó cómo todos los padres y hermanos que se hallaron en el Collegio, que tenian acabados dos años en la Compañía, hiziessen los votos, conforme á las constitutiones de la Compañía, por la forma de los scholares, diziendo que por justos respectos no le parezia al presente hazer aquí otra distinçion. El dia dedicationis basilicae Petri et Pauli dixo el p. Nadal missa á los hermanos, y hizieron todos sus oblaciones con mucha quietud y consolaçion, y acabado de todos se offerecer, nos comulgamos de su mano assí saçerdotes como laycos; acabada la missa, en aquel mismo lugar hizo el p. Nadal una plática á los hermanos, de mucha consolaçion, çerca de lo que se habia hecho, declarando tambien cómo quedaba en esta provincia el p. m.° Miron [2] por provinçial, y por Rector deste Collegio el p. D. Leon [3], á los quales luego, como de nuevo, nos offereçimos, besándoles la mano: fue un acto aquel muy agradable al Sor. y de mucha consolaçion para nosotros. El dia siguiente, que fué el domingo, hizo el p. Antonio correa [4] con los de la casa de probacion otro acto semejante: el Sor., autor de todo bien, sea alabado para siempre. Quanto al govierno y orden de la casa, assí en los exerçiçios de letras como de virtudes, es en todo conforme á las constitutiones, y, quanto es posible, se guardan las reglas y órden que se tiene en roma, que no es pequeña consolaçion á nosotros, que, como miembros, aunque indignos, de la Compañía, desseamos conformarnos con la cabeça, por quien nro. Sor. sole communicar el influxo de sus dones y graçias; á quien

---

[1] Vide supra, n. CCLVII, pag. 468.
[2] P. Jacobus, seu Didacus, Miron.
[3] P. Leo Enriquez.
[4] Erat is novitiorum magister.

plega inchirnos dellas á mayor gloria y honra de su divina magestad, lo que confiamos por su bondad, y oraçiones de V. P.

De Coymbra, penúltimo de Noviembre de 1553.

Por commission del p. Don Leon,
inútil siervo y yndigno hijo de V. P.[d]

Melchior Cotta.

Superscriptio. † 2.ª via, del mes de Nouiembre de 553.
Del Collegio de Coymbra p.ª Roma.
Alia manu. 1553. Coim.ª P. Melchior Cotta, penult.º de Nou.[e]

CCLX

P. Leonardus Kessel
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 9 Decembris 1553 [1].

†
Jhus

Pax X.[i]

Ut sanctae consuetudini morem geramus, paucis perstringemus quae scribenda videbuntur. A nostris Coloniae incipientes, quae afflicta et a Domino percussa sub potenti manu Dei humiliata iacet, undique nos circumdedit ignis ille pestiferus, sed Dominus nos conservavit deditque gratiam, non solum ut pestem non timeremus, sed ut ad peste laborantes vocati accederemus ad eorum confessiones (praeter eas, quas in Divae Ursulae audimus, et conciones, quas more solito apud Divae Agathae

[1] Apographum, folio unico, n. 30.

habemus) audiendas, et sacra Eucharistiae sacramenta administranda. Inter quos virgo una 24 annorum fuit, quam dives quidam vir uxorem concupiverat: haec post extremam unctionem, omnibus praesentibus, perpetuam vovit castitatem, Christum sibi in sponsum eligens, quae post votum horas quinque in vita mansit, quo tempore magno cum desiderio et spiritus gaudio sui sponsi adventum expectabat, ita ut omnibus adstantibus magnam adferret devotionem. Maxima pars nobilium et dominorum extra [urbem] fugerunt, necnon magna pars populi, ex quibus multi mortui reducuntur. Etiam qui ad labores exeunt, in campis et sylvis mortui reperiuntur. Huic alius morbus accessit, qui capitis insania dicitur, quo morbo plurimi, mentis impotes effecti, etiam vitam finiunt. Fama communi fertur 25 millia hominum peste occidisse, et quotidie adhuc aliqui moriuntur.

Nulla Coloniae iam sunt studia: studiosi omnes ad alias sunt profecti Universitates.

His diebus plenariae indulgentiae a Summo Pontifice publicatae sunt; quare et supplicationibus a R.mo nostro Episcopo [1] institutis plurimi nobis confessi sunt.

R.dus Pater prior Carthusiae [2], non vulgaris amicus et fautor, ad reditum civitatis primorum, supplicationem paravit, qua locum aliquem certum assignandum Societati petit, utque illius operam expetant, quod non sine magno fructu fiet.

Nos hic pacifice manemus: amicorum et fautorum, necnon confitentium et communicantium, in dies crescit numerus, inter quos aliqui ad Societatem nostram optime affecti sunt, quorum unus est qui domum suam dare intendit, cuius filius, qui in artibus est promotus, Societatem nostram ingredi iam deliberavit. Quidam Doctor Veltius [3], totus Societatis, indicavit mihi quomodo senatus Coloniensis iam de omnibus rebus nostris bene sentiat; et si per pestem omnia perturbata non essent, optima principia nostri collegii speraremus. Fuit vir quidam, qui, magnae sanctitatis ab omnibus existimatus, animas in purgatorio existentes suis orationibus liberare putabatur, et ideo multum

---

1 Adolphus III von Schauenburg, Coloniensis Archiepiscopus.

2 Gerardus Kalckbrenner sive Hamontanus.

3 Ita hic perspicue nomen hoc, quod dum e POLANCI *Chronico* transcribebamus, incerti fuimus an esset scriptum Delzius. Vide t. III, pag. 268.

pecuniae lucrabatur, qui etiam suo spiritu prophetico non paucos angebat; sed Domino sic disponente, ad nos ductus, invenimus maligno spiritu obsessum, ac tali spiritu, a quo non facile liberari poterit, quo omnes cum quibus versatur inficit, et ad suimet amorem pertrahit, et praecipue viros. Hic homo nec mulier nec vir est: brevi, ut spero, in carcerem coniicietur aut a civitate expelletur. Uni etiam adfui viro, qui se ante annos quinque diabolo tradiderat, per quem Satan multa iam mala operari incoeperat; sed per confessionem et sacrae Eucharistiae sumptionem liberatus est; qui et iam mundum reliquit, et se totum Christi servitio mancipavit. In exercitiis etiam aliquos habuimus, qui modo vitam omnino in melius commutare student. Vicini nostri, qui antehac raro confiteri solebant, iam singulis diebus dominicis ad Christi mensam se parare student, nec parvo cum fructu.

Haec, R.de Pr., scribenda occurrunt, cui unice nos commendamus et toti Societati.

Coloniae 5 idus decembris 1553.

R. P. V. servus indignus,

Leonardus Kessel.

In ima secundae pagellae ora haec leguntur. Colonia, 1553, 5 Idus X.bris Originale [1].

---

[1] Sic; significari tamen hae voce minime potest exemplum hoc esse autographum; manus enim omnino diversa est a Kesselii.

CCLXI

P. Michaël Govierno,
Ex commissione Patris Joannis Baptistae de Barma,
Patri Ignatio de Loyola.
Gandia, 20 Decembris 1553 [1].

IHS

Muy Reverdo. P. nuestro en Jesucristo.

La gratia del Señor sea siempre con V. P. y con todos. Amen.

En estos cuatro meses ha habido en nuestra iglesia, como hasta aquí, frecuentemente sermones, y se ha proseguido la leccion de la doctrina cristiana; y el número de los que frecuentan los sacramentos es tanto, que no dudo sino que en toda España no hay pueblo donde, tanto por tanto, haya tanta gente que comulgue á menudo. Los estudiantes de esta universidad son todos pequeños de edad, y por eso pocos de ellos reciben el Santísimo Sacramento; mas acostúmbranse á frecuentar la confesion, y lo mismo hacen muchos otros niños de los que aprenden á leer y escribir.

Van los Padres á ayudar á morir y á visitar los enfermos, y piden limosna para aquellos que sienten necesidad de dineros, y procuran pacificar las disensiones que se les ofrecen. Había en un pueblo comarcano unas muy antiguas y grandes disensiones entre muchos, que andaban por matarse unos á otros, y nunca hubo quien los pudiese pacificar; y fué allá enviado uno de nuestros Padres para eso, y quiso Nuestro Señor

[1] Autographae, in folio unico, n. 491.

que fueron puestos en concierto y fueron hechas y firmadas las paces por 25 personas de cada parte, que eran las principales en cada uno de los bandos [1].

Cuanto á lo que toca á nuestros estudios, acabarse han presto en el curso de las artes de philosophía natural, y comenzarse ha la moral; y léense de teología, dos de la misma materia, dos lecciones de la 1.ª parte de Santo Tomás con mucho provecho de los oyentes, por ser las dos de una mesma materia seguida. El principio de los estudios de este año se celebró con la misma solemnidad que otros años y mayor, porque hubo más concurso de gente del pueblo. Hizo un hermano nuestro una oracion con mucha erudicion, exhortando á los estudiantes al estudio de las letras y virtud; graduáronse cuatro en Maestros y otros cuatro de bachilleres en artes, y tuviéronse los dos dias siguientes despues de San Lucas conclusiones generales de lógica, filosofía y teología.

No se me ofrece más que escribir, sino que todos estos Padres y hermanos en todos los ejercicios proceden con mucha conformidad y gozo, aprovechándose de cada dia en sus estudios y en la obediencia y mortificacion, para lo cual todos deseamos y pedimos ser encomendados al Señor en las oraciones de V. P.

De Gandía, á 20 de Diciembre de 1553.

De V. P. siervo indignísimo en Jesucristo nuestro Señor,

Por comision de nuestro P. Baptista,

Miguel Govierno.

---

[1] Agitur de oppido Onteniente dictum. Vide Polanci, *Chron.*, t. iii, pag. 376, n. 829.

Praecedentium Michaëlis Govierno litterarum latina versio [1].

†
IHS

Pax Christi cum omnibus nobis. Amen.

Gandiae anno 1553.

Dies est decembris vigesimus, cum haec ad te scribo, Rev.de Pater, quae ab Augusto mense nobis hucusque prospere successerunt, opitulante Deo. Frequens fuit semper in nostro templo publicarum concionum usus et christianae doctrinae lectio cum magna auditorum copia; quanto autem cum fructu, novit Dominus. Illud tamen ego proculdubio fateor multitudinem eorum, qui sacramenta hic frequentant, esse pro magnitudine oppidi [2] hac in parte sit conferendus. Sed et multi ex pueris, qui prima adhuc elementa docentur in scholis privatis, et scholastici nostrae Universitatis, fere omnes crebris confessionibus assuescunt repurgare animos, quoniam adhuc tenerioris sunt aetatis, quam ut ad sacram synaxim suscipiendam possint commode admitti. Inter haec etiam nostris Patribus curae est infirmos invisere; morientibus opem ferre; si quem viderint egestate opprimi, petitis undecumque eleemosynis, adjuvare; lites, quas offendunt, componere. Haec, quae in universum scripsi, longum nimis esset per singula prosequi; exprimam tamen quod te magnopere oblectabit: erat in vicino quodam oppido inveterata discordia, quae omnes fere illius loci incolas dividebat in duas factiones, adeo sibi inimicas ut altera alterius cladem in dies moliretur, nec erat qui tantum malum sedare posset: missusque est illuc quidam ex nostris Patribus ad eam rem peragendam, et, Deo gratia, discordia omnis extincta fuit; et

---

[1] Autographum, unico folio non numerato, inter hujus anni quadrimestres.

[2] Attrita charta, qua parte olim fuerat plicata, desiderantur quatuor aut quinque vocabula.

viginti quinque homines ex una factione ac totidem ex adversa, qui praecipui habebantur, pacis foedera chirographo firmaverunt in perpetuum.

Veniamus jam ad rem litterariam. Ergo quod attinet ad cursum artium, deventum est ad metas naturalis philosophiae, cui succedet moralis. Theologi praeterea lectiones habent duas ex prima parte divi Thomae. Sed quandoquidem fui brevior quam sperabam, lubet subnectere quale fuerit hoc anno nostrorum studiorum exordium; non enim fuit minus celebre quam annis retro actis, quin immo major accessit ad nostrum gymnasium popularium et monachorum concursus, apud quos omnes orationem latinam habuit quidam ex nostris fratribus in ipso die divi Lucae, plenam eruditionis, qua scholasticos hortabatur ad amorem litterarum et virtutum. Disputata sunt deinde per biduum axiomata quaedam publica de re dialectica, philosophica et theologica. Eodem etiam tempore creati sunt in artium facultate Bacchalaurei quatuor, ac totidem Magistri.

De caetero nihil aliud succurrit scribendum nisi quod nostri unanimes ac laeti in omnibus in diesque magis ac magis proficiunt in litteris, obedientia, mortificatione; quae sane non scripsissem, nisi quia novi te hoc uno nuntio prae caeteris delectari. Quare obnixe petimus, R. Pr., ut in tuis quotidianis precibus nostri sis memor, quo semper nos in virtute progrediamur ac tu habeas unde plus gaudere possis. Amen.

R. P.tis Tuae

Servus indignissimus in Christo Jesu Domino Nostro,

Michaël
†
Govierno.

Superscriptio: Al muy R.do Padre nro. en Jesu Christo n. S. el P. M. Ignatio de Loyola, prepósito general de la Compañía de Jesus, en

Roma.

CCLXII

Nicolaus
Ex commissione Patris Leonis Enriquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 29 Decembris 1553 [1].

Ihus. M.[a]

Pax X.[i] sit semper nobiscum. Amen.

Scripturus, pater in X.[o] observande, quae proximo hoc quadrimestri per nos hic Dominus egit, de iis primum, quae ad domesticos pertinent, dicere aggrediar; qui omnes in summa pace animique quiete vivunt, tum orationibus, tum aliis spiritualibus exercitiis intenti, multisque in dies virtutibus augentur, mirum in modum ad id adjuvantibus regulis atque constitutionibus a P. Hieronymo Natali summa cum omnium et expectatione et laetitia editis. Itidem etiam qui in domo probationis versantur, proficiunt semper in Domino; cumque multa in illis jure optimo laudem mereantur, constantia praesertim confirmatioque animi in hoc nostro vitae instituto laudanda est. Pares in litteris progressus faciunt domestici scholastici, quam ad rem magnum P. Hieronymus Natalis adjumentum (studiorum ratione, a te constituta, nobis tradenda) attulit. Ac primum illi, quibus domi dialectices praelegebatur, in communi civitatis gymnasio eam audire jussi, tantos in ipsa progressus faciunt ut et externis condiscipulis admirationi sint et praeceptorum longe superent expectationem.

Condiscipuli quidem affirmare saepius non dubitant peritio-

---

[1] Autographum, duplici in folio, n. 452.—Est et apographum duplici item in folio, n. 453, quod ab autographo in quibusdam, licet non magni momenti differt. Ea, in quibus differt, quando aliquid utilitatis habebunt, ad paginae calcem describemus.

res esse dialectices nostros, qui unum tantum annum in ea versati fuerunt, quam se, qui jam duos consumpserint. Nec minor est aliorum fratrum in literis profectus, qui, ordine a P. Natali constituto, suis singuli studiis sedulam operam navant.

Domestica administratio ita se habet ut eidem Patri placuit. Tonos concionatorios [1] primum singulis diebus in coenaculo fratres recitant. Dominicis vero concio apud fratres ab aliquo eorum, qui in domo probationis sunt, haberi solet. Jam censor est constitutus, cui defectuum omnibus in rebus observandorum cura injuncta est. Diebus Dominicis in nostra aede sacra Pater Maximianus [2] ante prandium mediocri [3] cum audientium et numero et aedificatione concionatur; pomeridiano vero tempore a P. Correa [4] X.i doctrina praelegitur, qui et idem diebus aliquando festivis non minori cum aedificatione concionem habet.

Alia praeterea a P. Natali constituta sunt, quae nunc recensere necessarium non duxi. Ebura [5] praesbyteri duo Patris Mironis jussu huc venerunt, nostro instituto satis apti, qui et recepti sunt, magnaque cum fratrum aedificatione suoque profectu in proposito perseverant. Necnon et alius etiam sacerdos, qui Salmantica nuper adveniens, receptus est.

Excessit autem e vita, elapsis prope diebus, frater quidam, cui Alphonso [6] nomen erat. Hujus exitus vitae sanctae atque honestae transactae perquam similis fuit. Cum jam de ejus vita medici desperassent, atque vehementissimis febribus urgeretur, nihilominus tamen duabus integris horis singulis diebus contemplationi vacabat; qui tandem placida et leni morte vita defunctus est.

In hac vero nostra Conimbrica, qua mente quaque pietate religionem multi colant, quantumque nobis tribuant, mirum certe dictu fuerit; quod ex crebris praesertim confessionibus perspici licet. Ita enim consuetudo haec paulatim serpsit ac prodiit, adhortantibus ad id nostris, ut singulis diebus multi sint, qui apud nos et peccata fateantur et Eucharistiae Sacramentum reci-

---

[1] *Concionatorios,* perspicuitatis gratia additum in apographo.
[2] Vide Polanco, *Chronicon,* t. iii, pag. 419.
[3] *non exiguo.* Apogr.
[4] P. Antonius Correa.
[5] Sic; *Evora* vel *Ebora.*
[6] Alphonsus Vasaeus *(Vaz).* Vide Franco, *Synopsis annalium Soc. Jesu in Lusitania,* Ann. 1553, n. 8.—Alphonsi decessus fuit 9 Novembris.

piant: diebus vero dominicis ac festivis multo plures. Inter quos multi sunt scholastici et hi non infimae classis viri. Maximaque praesertim confitentium frequentia his diebus fuit, qui natalitia festa praecessere; tanta quidem ut ne a quindecim ex nostris per aliquot noctis horas, praeter dies integros, audiri potuerint, qui confluebant.

Unde factum est ut in aede maiori [1] ingens etiam fuerit communicantium numerus. In nostra vero aede sacra, quae perexigua est, quadringenti aut eo plures Eucharistiam sumpserunt. Alii sunt, qui, jam altius provecti, praeterquam quod peccata saepius confitentur et Christo, animae vero cibo, sumendo roborantur, orationi atque aliis piis operibus vacant.

Quibus et aliis hujusmodi rebus effectum est ut magna sit de nostra Societate in urbe opinio. Quiddam vero, ex quo summa omnibus aedificatio provenit, silentio non praetermittam. Cum enim Aethiops quidam ob interfectum herum candenti prius forcipe adurendus, postea vero abscisis manibus suspendendus esset, vocati sunt ex nostris aliqui (ut fieri solet) qui ei ad perferendos cruciatus animum adderent; illi vero [2] in currum una cum eo ascenderunt (vehebatur enim plaustro Aethiops) tantumque ejus animum, unus praesertim ex iis, verbis suis, ingenti cum omnium aedificatione, roboravit, ut nullum jam cruciatum recusaret, sed potius dum candens forceps corpori admoveretur, ingentes ille Deo gratias alta voce ageret, quod sibi, ante mortem, peccatorum agere poenitentiam licuisset. Quid jam dicam de manuum abscisione? Ita ejus menti Christi Passionem infixerat Pater, ut, cum ad locum ventum est, porrexerit ipse, ut secarentur, manus. Cujus tam inusitatae, in extremo jam praesertim vitae tempore, fortitudinis aspectus non mediocrem omnibus admirationem afferebat, sed multo majorem Pater ille noster, qui id efficere potuisset.

Nec minus quod jam nunc narrabo alios terruit, alios etiam aedificavit. Ita enim Dominus quemdam ex iis, qui extra Societatem ejecti sunt, oppressit, ut possint reliqui ejusdem exemplo facile sibi praecavere. Hic cum eo devenisset ut nec sacrum facere (sacerdos enim erat), neque aliqua in re praecipientis

---

[1] *Cathedrali.* Apogr.
[2] P. Leo Enriquez cum alio sacerdote. FRANCO, l. c., n. 25.

rectoris jussis parere vellet, et id, ut extra Societatem ejiceretur, faceret, tandem a Societate segregatus est, non tamen votorum obligatione liberatus. Ille cum se votorum sacramento non solutum intelligeret, multosque subinde doctos viros consuleret, extorsit tandem a se ipso et a nescio quo alio docto viro ut crederet se jam votorum obligatione nulla teneri. Nec hoc illi satis fuit; sed, ad peccatum gravius reddendum, cum, dum in Societate esset, magnum hic nomen consequutus fuisset, decrevit publice tum confitentium audire peccata, tum spiritalia exercitia tradere, tum etiam multis in via spiritali praeesse ducemque se constituere; jamque miserat qui ei ad hanc rem facultatem a Nuntio impetraret. Sed non diu impune tulit; subito namque, cum hoc constituisset, morbus quidam eum gravissimus (nulla vel febri vel alia causa praecedente) invasit; tantoque dolore afficiebatur, ut videretur sibi ipse turgidus esse ac tumens totus. Medici quidem nullam aliam aegritudinis causam, quam conscientiae stimulum, qui eum dies noctesque agitabat, reperiebant. Neque hoc tanto morbo emollitus ille est. Cum enim in domo quadam humili aegrotus jaceret, nec quicquam propius esset quam ut in xenodochium deferretur, et eum noster Rector convenisset rogassetque ut domum nostram, morbi curationem recepturus, veniret, elusit ille Patris sermonem, sibique melius se ipsum quam alios consulere nosse respondit: quae verba pedis sinistri tumor subsequutus est. A quo Rector noster, qui ibi aderat, velut divino afflatus spiritu, ingens aliquod damnum ei proventurum praedixit. Ille vero, ut alia, nihili fecit. Tum P. Natalis, misericordia motus, votorum nexu ita eum liberavit, ut, si moreretur, solutus abiret; sin minus, eodem, quo antea, vinculo teneretur. Deridebat ille nostram diligentiam, qui eum vinculo, quo se non teneri existimabat, liberare curaremus: sed pes magis magisque intumescere coepit; humores enim illi, quos vulgo melancholiam vocamus, ad eum pedem omnes confluxerant. Tum denique delatus in xenodochium est, pollexque digitus ita computruit, ut nisi abscinderetur, totius pedis labefactationem certo promitteret; quamobrem secatus est. Quod cum eum nihil movisset, decrevit indulgentissimus pater id vulnus infligere, quod ille vere sentiens ex vita perdita ad frugem sese reciperet; cumque alii duo ejusdem pedis digiti putrefacti etiam essent, amputati

sunt. Denique pes totus, eodem morbo comprehensus, novem cauteriis adustus multisque in partibus cultris tonsoriis secatus est. Minabantur praeterea illi mortem chirurgi; timebant enim ne putredo illa paulatim ad interiora usque serperet. Tum ille tandem in tantas undique angustias redactus ad se rediit, quantisque in erroribus et tenebris versaretur, intellexit; Rectoremque nostrum acciri jubet, a quo peccati veniam summa cum humilitate petens, en, inquit, me tuae obedientiae submitto; quo me volueris, mitte; vel hic, vel alibi, ubicumque constitueris, libenter manebo; dummodo iterum in Societatem admittar. Negavit se id facere posse Pater, cum a te constitutum esset ut illi, qui, jam ejecti, iterum essent in Societatem recipiendi, Romam irent [1]. Sed se hac de re ad P. Natalem (qui jam discesserat) scripturum dixit. Laetus ille satis mansit, quod aliqua adhuc se in Societatem admittendum spes daretur; et, quod miraculi loco haberi potest, postquam ille nostri Patris potestati se subdidit, pede abscisso, non ultra putredo progressa est, cum tamen antea, digitis etiam secatis, latius semper funderetur, et frustra totum pedem amputandum medici existimarent, quod nullam illi morbo medicinam reperiri posse arbitrarentur. Cum autem secandus fuit pes, rogavit ille mitti ex nostris aliquem, qui ei adesset. Missi sunt autem presbyteri duo, qui cum, dum pes abscinderetur, Jesu nomen saepius iterarent, tantum ille dixit animo se robur sumpsisse ut abscissionis dolorem ullum vix senserit. Est adhuc in xenodochio, invisuntque eum aliquando fratres, quos ille beatos ac felices, quotiescumque videt, alta voce appellat.

Haec sunt, observande in X.° pater, quae nunc scribenda occurrunt. Faxit Dominus ut semper incrementum in melius omnia sumant. Ad quod tuarum precum et obsecrationum auxilium supplices imploramus.

Vale. Conimbriae, 3.° [2] Kalend. Januarii, 1554.

Ex commissione Superioris

NICOLAUS.

---

1 Verba haec *cum a te constitutum esset ut illi, qui, jam ejecti, iterum essent in Societatem admittendi, Romam irent*, linea super ducta deleta sunt in autographo, et nihilominus in apographum transcripta. De hac re vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 440, n. 971.

2 Vox *Conimbriae* addita est in autographo a P. Polanco; 3.° autem deest in apographo.

Superscriptio in quarta pagina: † Al muy R.do en X.o Padre el Padre M. Ignatio praeposito general de la Compañía de Jesus.

En Roma.

Via 2.a

Alia manu: 1554. Quad. Coimbra, del Gennaio.

CCLXIII

Erardus Dawant, Leodiensis,
Patri Ignatio de Loyola.
Vienna, 30 Decembris 1553 [1].

Quae his quatuor mensibus dignata est divina clementia in his austriacis partibus per indignos servos suos operari, paucis perstringam.

Ut igitur a domesticis rebus principium sumat narratio, idem est fratrum nostrorum numerus, quem ex ultimis accepisti literis; quorum omnium, gratia Dei, communis est et prospera valetudo, nec est quisquam, ut mihi videtur, quem non in dies magis exornet perficiatque probitatis atque melioris vitae nova accessio.

Studiorum autem idem pene ordo et par ratio, quam missae postremo isthuc literae significabant; fructus autem quam ante multo uberior nunc offert sese Christi gratia, sive studiosorum sive virtutum in ipsis spectemus augmentum. Ea res non potest non vehementer nobis spem de religioso Germaniae cultu recuperando augere. Qui tunc non solum in multorum parentibus sed etiam in tenellis puerorum animis, haeretica plane doctrina imbutis, videtur extinctus; atque hujus rei

---

[1] Apographum, in foliis 204 et 205.—Est et aliud apographum in folio etiam duplici, cui tamen initium deest litterarum, n. 206.

manifesto possunt esse argumento codices, quos passim pueri circumferunt. Nam et illorum, quos nostri instituendos suscepere, alii catechismos, alii precarios libellos, eleganter quidem compactos, sed impia et haeretica doctrina vitiatos, in ludum comportabant; quare communem hanc juvenum corruptelam non potuerunt non moleste ferre nostri, et hinc libros detestari coeperunt, ac ita deterruerunt pueros ne tales pestes in scholam comportarent. Id quod, licet aegre initio sit impetratum, tamen, adjuvante Christo, successit feliciter adeo, ut ad paucorum exemplum complures sua sponte corruptos illos libellos obtulerint planeque consignarint praeceptoribus. Qua in re nobis voluptati fuit cernere quod ornatos egregie codices et auro vestitos tamen igni tradendos adferrent laeti illamque jacturam suarum rerum nihili ducerent. Nonnulli vero sic acclamabant cum gaudio: Luther, Luther, velut vindictam expetentes de pessimo haeresiarca. Quos tradidere libelli non minus 50 fuerunt atque ita paulatim male apud pueros audire coepit Lutheri ipsiusque sectatorum nomen; quam rem non omnino parentibus displicere satis intelligimus. Et plerique sane cives, quorum pueri hic instituuntur, cum vident nos nihil mercedis recipere, se totos humanissime offerunt, si qua in re nobis prodesse valeant. Eorum unus ut animi sui benevolentiam certius declararet, ad aliquem nostrorum amicorum accessit, studiose investigans qua posset via nostris gratificari, se quidem paratum, quoniam pecunias recusaremus, pannum pro vestimentis suppeditare vel alia hujusmodi. Tum ex optimatibus juxta et plebe minime desunt, qui optime de nobis mereri, nostram famam tueri atque movere [1] studeant, et inter hos etiam, quos nobis maxime putabamus offensos, non pauci amicissimi fiunt omnemque suam operam in studiis nostris promovendis humaniter exhibent. De pueris autem hoc insuper habeo adjicere: magnum illos profectum in morum emendatione facere. Praeterea cum extra morem omnem esset positum ut ad Christi Natalem peccata confiterentur, nunc plurimi, non confiteri modo, sed etiam sacram synaxim sumere inceperunt; idque non invitis ipsorum parentibus; quae res reliquis tandem studiosis, uti speramus, magnam est paritura et confusionem et pudorem;

---

[1] Sic; forte *ac promovere*.

atque ita processu temporis fore confidimus ut, gratia opitulante divina, omnes, in solemnibus minimum festis, horum sacramentorum uberem reportent fructum, suoque exemplo tandem filii vel invita parentum corda ad christianam sint emollituri pietatem. Atque haec satis de pueris, quorum quidem numerus vehementer crevit, ut in una etiam classe plures centum habeamus; brevique novam, praeter tres alias, constituere classem decrevimus.

Nostri sacerdotes et alii nonnulli [1], ut de his pauca dicam, diligenter et magno satis cum fructu suas continuant conciones; imprimis P. Canisii praedicatio in dies magis magisque, tum Regiae Majestatis, tum populi, attentionem, favorem et gratiam mereri comperimus. Is, postquam, gratia Deo, a febre, qua periculose satis laboravit, evasisset, tantum abest ut ab hoc praedicandi munere sit feriatus, ut et labor sit ei magis auctus. Nam, licet Regia Majestas ipso uteretur concionatore, tamen publicae magis utilitati quam privatae studens, consultius fore putavit si in summa et cathedrali Ecclesia serviret populo; sed cum idem Rex in festis natalitiis ordinario destitueretur concionatore, ad Canisium itum est, qui proinde utrumque praedicandi munus, hoc est, et apud Regem et in templo summo, non sine ingenti labore, subiit; nam statim, absoluta concione una, fuit illi ad alteram alio in loco progrediendum. Quae res efficit ut magis ac magis increbrescat atque augeatur ipsius apud omnes fama; non solum autem ejus, sed et aliorum fratrum nostrorum, qui et ipsi concionantur, quos cum in primis rarus satis adiret populus, vel quia ignoti, vel quia nonnulli non ita eleganter, ut istorum prurientes requirunt aures, hoc idioma callerent, ita ut in primis instandum esset apud eos, quorum intererat templum concedere, ut liceret aliquando populo verba facere, nunc paulatim nostrorum concionibus affici videntur. Instant enim urgentque ut continuare velint, fore pollicentes et magnum auditorium et ingentem fructum. In summa, praeter alios, quos hinc amplos fructus speramus, hoc maxime assequimur: quod magis in dies Societatis nostrae bonus spargatur odor.

Non enim hic dumtaxat nostrorum opera desideratur, sed

---

[1] Scholastici scilicet, qui nondum erant sacerdotes.

maxime in circumjacentibus pagis, qui, sacerdotibus destituti, ad nos, praesertim in festis solemnibus, accurrunt, humiliter petentes ut nostri eo contendant, divinum acturi officium. Horum piis atque adeo justis petitionibus, etsi non omnino ob sacerdotum penuriam, tamen, ut potuimus, satisfacere studuimus. Atque ita R. P. Gaudanus [1], uno nostrum comitatus, ad aliquot pagos in his natalitiis profecti sunt, qui tum sacrificando tum concionando populum aedificarunt.

Aliae quoque tum plurimae tum gravissimae non desunt occupationes, quibus P. nostri distineantur tam ipsius Regis quam hujus almae Universitatis causa. Cum enim fieret quaedam hujus Universitatis instauratio atque studiorum perutilis renovatio, congregabantur pariter in Aula Regia, tum doctissimi, tum praecipui, hujus Academiae viri hac de re diu consultantes; de quorum numero fuit R. P. Canisius, qui in eo negotio vel totos saepe expendebat dies [2].

Ipsa quoque Regia Majestas in gravibus suis atque seriis negotiis saepe et libenter nostrorum opera et consilio utitur.

Hisce accedunt lectiones publicae, quae non minimam temporis partem sibi vindicant. Nam postquam Patres nostri, diu reclamando quominus in gremium Universitatis adsciscerentur, nihil effecerunt, duo Regia voluntate constituti sunt ordinarii sacrarum litterarum professores, nempe R.di Patres Canisius et Gaudanus, quorum hic secundi Magistri Sententiarum pomeridiano tempore, ille secundum Matthaeum Evangelii interpretationem mane feliciter inchoavit. Rursus, ut publicis studiis magis consultum foret, visum est Regi ex duobus, qui Collegio professorum praeesse solent, doctoribus theologiae, alterum assumere Canisium, nimirum, ad ejusdem Collegii disciplinam instaurandam; et ne in eo quidem Regiae voluntati potuit Canisius repugnare. Regis animus quam in dies erga nos magis afficiatur vel hoc non obscure declarat, quod Patrum et fratrum numerum minui non patiatur; unde cum illi subolevisset principem quemdam moliri ut aliquos ex patribus hinc alio abduceret, statim id ne fieret obstitit, atque ad tuam P.tem, ut nosti melius, literas misit, quibus nostrorum

---

[1] P. Nicolaus Gaudanus.

[2] Videas haec in POLANCI. *Chronico*, t. III, p. 250, n. 561.

numerum non imminui sed augeri postulabat [1]. Praeterea cum intellexisset nos parum commode in his aedibus agere, aut quia proprium non haberemus templum, in quo liceret charitatis officia commode populo impertiri, aut quod loci hujus ratio, tum populo, tum juventuti ad nos venienti, daret obstaculum, de alio longe commodiore nobis prospexit, Monasterio, olim Carmelitis consecrato, sed quod nunc ab uno tantum incolitur; quod licet desertum sit et longa fere vetustate variis in partibus corruptum, non caret tamen maximis suis utilitatibus. Habet enim pulcherrimum et amplissimum templum, numeroso populo circumquaque cinctum, in quo poterunt non sine magno fructu et conciones et alia divina munia exerceri; est preterea in lectissimo civitatis loco ac quasi meditullio, ac jure proinde nostrae Societati studiosaeque juventuti maxime commodo. Et quamvis in nobis sit, cum primum volumus, illud occupare, nostris tamen consultius visum est fore, si responsum generalis Praepositi Carmelitarum, ad quem a Rege hac de re conscriptum est, praestolemur.

Haec sunt, P. in X.° R.de, quae nostra perexigua protulit opera; plura fortasse productura, nisi negligentia obstitisset, quam facile supplere poterunt tuae R. P. orationes, quas ut pro nobis ad Dominum fundas te vehementer omnes ac suppliciter oramus, quo et sperare maiora et conari valeamus [2].

Vale. Viennae Austriae, 3.° calendas Januarii, 1554.

Indignissimus tuus servulus,

ERARDUS LEODIENSIS.

In primi apographi quarta pagina: Viennae, Quadrimestres, 3.° calend. Jan.rii

In secundi item quarta pagina: 1554. Quad. Vien. 3.° cal. Janu.—Q. S.

---

[1] Vide POLANCI, *Chronicon,* t. III, pag. 260 et seq., nn. 582 et seq.

[2] Ista omnia, a vocibus *Haec sunt,* desiderantur in primo apographo.

CCLXIV

P. Alphonsus Cypriano,
Ex commissione Patris Jacobi Miron,
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 31 Decembris 1553 [1].

IHS

Pax Domini nri. Jesu Chri. sit semper in animis nostris. Amen.

Calendae Januarii hortantur, R. P., ut de toto nostrarum rerum statu breviter scribam. Quibus enim literis tam accurate scriptis assequi possem omnino ut explicem omnia Dei optimi maximi beneficia in nos nihil tale promeritos?

R. P. Hieronymus Natalis recta huc venit Barchinone [2]; cujus adventus, perinde ac debuit, fuit omnibus jucundissimus. Exceptus est a rege atque ejus fratribus [3] pari humanitate. Videntur enim hi nostri principes de augenda ornandaque Societate, cum magna divini nominis gloria, inter se certare.

Post aliquot dies Societatis constitutiones, quae tam diu tamque vehementer ab omnibus expectabantur, fratribus coepit idem exponere; in qua re duplex, atque uterque pene par, inerat fructus, tum quod fratres omnes, quod quidem cernere facile erat, ex eorum diligentia atque fervore novos, audiendis

[1] Autographa exempla bina sunt harum litterarum; unum in folio duplici nullis numeris distincto, sed ita attritum ut magna parte desideretur charta et quae in ejus extremis oris scripta erant; alterum integrum in folio item duplici, nn. 538 et 539.

[2] Vide tamen quae de ejus itinere Portugalliam versus narrat POLANCUS in *Chronico*, t. III.

[3] Joannes III et ejus fratres Henricus et Ludovicus.

constitutionibus, spiritus sumebant, ut, obliti quae retro sunt, ad anteriora se extenderent, tum etiam quod P. Natalis ea, quae isthic hauserat, tam magna charitate effundebat, ut tuam P. nobis audire videremur, cum de omnibus perfectae vitae instrumentis, paupertate dico, castitate, sed praecipue obedientia quotidie loqueretur. Illud credo, numquam venisse fratres ad audiendum, veniebant autem fere quotidie, quin inflammati discederent virtutum harum amore.

Post aliquot dies venit P. Franciscus Borgius *(sic)*, quum eum saepe rex suis literis accersisset. A rege universaque ejus familia humanissime exceptus est; ad veteres enim necessitudines, quas cum P. Francisco habebant, magnam attulit accessionem existimatio, quam de ipsius habent virtute, quod ipsi, qui de se tam submisse sentit, non poterat non valde molestum esse. Mox autem in magnis occupationibus esse coepit, cum accerseretur vel a rege vel a regina [1] vel a Caesaris filia [2] vel inviseretur a principibus viris. Itaque cum ne tantulum quidem haberet temporis, id tamen, quidquid erat, summis occupationibus ereptum, fratrum utilitati dabat; a mensa enim de Christi Jesu imitatione aliquid in medium exponebat, praecipueque de virtutibus, quae in beatissimo ejus fuerunt animo. Bis in nostro templo concionatus est, ad secundamque concionem venit princeps Ludovicus attentissimeque, de loco superiori nostrarum aedium, concionantem audivit, ubi ejus benevolentiae, qua in fratres est, perspicuum signum dedit; nam eos in eodem loco ad audiendam concionem sedere jussit; posteaque affirmavit se, qui hoc ipso divi Matthaei die multas conciones audivisset, nihil tale unquam audivisse.

Pater interea persaepe in aula reginam, vel Caesaris filiam, aliasque principes foeminas ad virtutem hortabatur magno cum fructu, ut omnes cernebamus, cum ea, quae audiebant, studiose postea flagitarent; coeperunt etiam studiose admodum confessionis sacramentum frequentare, in quo constanter perseverant.

Decreverat P. Natalis fratres, qui erant Olyssiponae, in ordines suos distribuere, cumque ad eam rem per multos dies se omnes comparassent, visum est eidem Patri ut commodus

---

[1] Catharina Austriae, Caroli V Imperatoris soror.
[2] Joanna, Joannis, Portugalliae Principis, uxor.

aliquis locus quaereretur, ubi illi, qui Societatem professi essent, degere et suum munus commode administrare possent, cumque templum Divi Rochi magnam ad eam rem commoditatem ostenderet, nam conjungi ei aedes poterant, cum ab urbis vicis esset segregatum, et parochiam non habebat, res ad regem ejusque fratrem, Ludovicum principem, delata est, qui, quamvis quidam (quos confratres vocant) se difficiliores initio praeberent, effecerunt ut in ejus templi possessionem Societas mitteretur; qua in re satis declaravit D. Petrus Mascareñas quam impense Societatem amet; ipso enim annitente, et hoc et alia, quae cum majore divini nominis gloria conjuncta sunt, optimum exitum habuerunt.

Mox coeperunt homines hujus urbis multiplicem Societatis rationem intelligere; cumque adesset dies, quo patres erant professionis vota nuncupaturi in templo supradicto, pridie enim ejusdem diei Dominus Petrus Mascareñas in ejus possessionem Societatem miserat, rex optimus, qui Societatem unice semper dilexit, interesse votorum nuncupationi cum principe filio voluit. Concionatus est P. Franciscus, in qua concione Societatis institutum magna ex parte declaravit; post concionem sacrum celebravit P. Natalis, conversusque postea ad fratres, professorum vota recepit. Erat juxta rex, cui P. Franciscus votorum rationem, quam ipse scriptam habuit, exponebat; et quoniam plures erant Olyssiponae fratres, quam ut omnes possent tunc vota emittere, pauci, praeter professos tres ex singulis Societatis ordinibus vota susceperunt; caeteri sequentibus diebus, tum in nostro Collegio, tum in eodem templo, idem postea fecerunt.

Tres autem, qui solemni professionis voto se Societati astrinxerunt, hi sunt: Dominus Gonsalvius [1], Gonsalus Vaz et Antonius de Quadros, tum in theologiae philosophiaeque studiis, tum in perferendis Societatis laboribus, multum diuque exercitati, ut qui decennium jam totum in Societate vixerant. Qui fuerunt in adjutores lecti, sunt et ipsi multo spiritualium rerum usu probati. Caeteri unusquisque in suo gradu laeti atque alacres jussa implent.

Mox in duas partes fuerunt Patres distributi, sic ut professi

[1] Gonsalvus de Sylveira.

cum aliquot ex adjutoribus ad Divum Rochum transirent, caeteri vero in Collegio permanerent.

Hoc ipso tempore P. Gonzalvus Vaz, D. Gonzalus et Petrus de Sancta Cruce in diversis templis et, ut credibile est, magno cum fructu audiebantur, quantum ex confessionum multitudine colligi potest. Ad doctrinam certe, quam P. Gonzalus Vaz habebat, tantus fiebat concursus, ut prae multitudine templum esset valde exiguum. Multae etiam honestae in primis foeminae ut locum haberent, ne ad prandium quidem discedebant domum.

Postea discessit P. Franciscus Cordubam, qui magnum et aulae et nobis sui reliquit desiderium.

Pater etiam Hieronymus Natalis Conimbriam cum P. Mirone profectus est, ad Collegii res constituendas.

Atque ex eo tempore patres nobis charissimi in suo templo et habendis concionibus et audiendis confessionibus vacare coeperunt, ut ex ipsorum literis tua P. cognoscere poterit.

Nos ab eis, cum quibus sumus animo et charitate conjunctissimi, loco distracti, Spartam [1], quam nobis Deus optimus maximus colendam dedit, ornare coepimus. Nam gymnasia numero sunt aucta, non modo sumptu a publico civitatis aerario suppeditato, sed hominibus etiam, qui curarent omnia, ab ipsis magistratibus adhibitis. D. Franciscus Correa, qui summum in urbe magistratum gerit, magnis officiis hoc tempore nostram domum prosecutus est, veniens enim subinde ad nos, ipsam urgebat aedificationem, ne juvenum studia impedirentur; quae ante festum D. Lucae hoc anno inchoari non potuerunt. Voluit enim P. Natalis ut scholastici sui profectus specimen aliquod darent, qua de causa multas orationes et carmina scripserunt, quibus parietes, qui sunt in quadrato hujus Collegii atrio, convestiti: oratio mane habita est de dignitate trium linguarum christianaque pietate cum primis etiam studiis imbibenda, ubi Societatis consilium in juventute instituenda explicatum est. Interfuerunt magistratus multique viri literati, qui postea inspiciendis scholasticorum carminibus et orationibus

[1] Σπάρτην ἔλαχες, ταύταν κόσμει, Spartam sortitus es, hanc orna; proverbium graecum et graece usurpatum a *Cicerone, l. 4.* ad *Attic.* ep. 6, quo significatur in eam rem strenue esse incumbendum, quae nobis obtigit et officio suo diligenter cuique esse fungendum (FACCIOLATI, FORCELLINI).

valde recreati sunt. In atrio sunt sedecim columnae, quae fere omnes epigrammata scripta a P. Emmanuele [1] habebant, quae certatim descripta sunt a juventute. Vesperi theses oratorias sustentavit puer quidam, qui vix decimum quintum annum agit, sed acri praeditus ingenio; condiscipulorum ejus, quos oportuit argumentari, locum occupaverunt aliquot viri docti, qui suis argumentis disputationem decoraverunt. Mox juventus in quinque gymnasia distributa est; qui sunt in quinto gymnasio, cum graecae grammaticae rudimenta degustassent, divi Basilii epistolam quamdam audire coeperunt. Hunc etiam ipsum Domini Natalem diem multis carminibus prosecuti sunt.

Scholasticos habemus hoc tempore quadringentos praeter eos, qui P. Francisci Rodriguez lectionem de theologia morali audiunt [2], ex qua magnus fructus speratur; idem doctrinam christianam in templo etiam diebus festis interpretatur, ad quam veniunt externi; nam scholastici instituuntur diebus dominicis in suo quisque gymnasio; quin damus etiam operam ut quae domi nostrae ediscunt, ipsi domesticis communicent.

Fratres diligenter atque alacri animo his, quae a sancta obedientia injuncta sunt, vacant. Dominus Ignatius [3] est Collegii Rector, qui omnes suo exemplo magnopere alit; est enim vere omnium minister. Audiuntur etiam multae confessiones externorum et ad sacram synaxim accedunt nunc plures, nunc pauciores, pro temporis ratione; nam per hos dies, quibus Christi Jesu Natalis dies celebratus est, trecenti fere, exceptis scholasticis, ad mensam vere salutarem, accesserunt. Frater Bernardinus [4] diligenter curat ea, quae captivis, cum quibus est P. Joannes Nuñez, necessaria sunt; cumque superioribus mensibus mille et quingentos aureos ad eum miserit, nunc alios item quingentos mittit, ut captivi aliquot redimantur. Quidam etiam vir nobilis captivos novem de sua pecunia redimi jubet.

Nobiscum sunt nunc Paulus Ormuzius et Bernardus Japonius, uterque magna probitate atque ingenio praeditus, Societatis autem usque adeo amantes, ut in ea nati atque educati

---

1 P. Emmanuel Alvarez.

2 Iis emendandus videtur Polancus, qui in *Chronico*, t. III, pag. 404, n. 889, sic scribit: Ad quadringentos accessit numerus scholasticorum, qui Patrem Franciscum Rodriguez, lectorem casuum conscientiae audiebant.

3 P. Ignatius de Acebedo, postea Christi martyr.

4 Bernardinus a Regibus.

fuisse videantur. Bernardus hac ipsa aestate proxima venit ex India cum duobus fratribus [1], quos cum magno gaudio vidimus. Ex eis enim cognovimus quam serio nostri fratres in diversis multumque inter se distantibus regionibus Deo serviant, ad quas cum Dominus Petrus Mascareñas, prorex, nunc proficiscatur, in magnam spem venimus christianorum numerum majorem in modum auctum iri. Erat enim in Lusitania animo ac voluntate totus noster, quem satis intelligunt homines ab optimo atque christianissimo rege ob eximiam pietatem in proregem esse lectum. Velit Deus optimus ac maximus ut Indiam sanctus hic vir incolumis attingat.

Quo procurante (cum nihil tum de sua in Indiam profectione sciret) negotium illud, tamdiu a Societate optatum, de mittendo Patriarcha ad Preste Joannem, confectum jam fuerat.

Haec sunt, R. Pater, quae filii tui per hos quatuor menses egerunt; tuae partes sunt precari fontem illum bonorum omnium nos ut idoneos ministros sanctae reddat obedientiae.

Olyssiponae, pridie Cal. Januarii, anno 1553.

Recepti sunt proximis diebus duo fratres, qui videntur optimam ad religionem indolem habere.

Jussu R. P. Mironis,

CYPRIANUS.

Superscriptio in quarta pagina. IHS. Rdo. in X.o Patri p. M. Ignatio Praeposito Generali Societatis Jesu,

Romae. 2 *(secunda via).*

Alia manu: 1553, Quad. Lisbona, del Gennaio.

Q. et A. V.

---

[1] "Alter Andreas Carvallus, vir nobilis in India admissus, alter Andreas Fernandez, qui Romam venit et in Indiam postea rediit." Polanco, *Chronicon*, t. III, pag. 398, n. 973.

CCLXV

Emmanuel,
Ex commissione Patris Emmanuelis Lopez,
Patri Ignatio de Loyola.
Compluto, 31 Decembris 1553 [1].

JHS

Muy R.do P. en Christo.

Gratia et pax christi sit semper cum omnibus. Amen.

Por haber ido dias ha á Gandía el H. Dionisio [2], el cual tenía el cargo de escribir la quadrimestre, me han mandado escribiese esta, dando cuenta de lo que el Señor ha hecho en estas partes en los meses pasados: lo cual procuraré hacer con la brevedad que pudiere.

Y dejando de hablar de la frequencia de los que vienen á los ejercicios, y á los Sacramentos, y comunicacion con los de casa, la cual por la bondad del Señor va siempre en tanto aumento, que no es posible satisfacer á los deseos de todos, los cuales, máxime en este tiempo, son movidos con los sermones del P. Provincial [3] y con las pláticas del P. Manuel [4], dejando tambien de hablar de los continuos ejercicios, que tienen los hermanos en las letras, así gramáticos como lógicos, phísicos y teólogos en sus lectiones, disputas y repeticiones en casa y en las escuelas. Acerca de lo cual sabrá V. P. que de los her-

---

[1] Autographae, in folio duplici, nn. 377 et 378.—Signatae sunt hoc solo nomine *Manuel;* sed manus videtur Emmanuelis de Saa, qui hoc tempore Compluti degebat.

[2] Magister Dionysius Vazquez.

[3] P. Antonius de Araoz.

[4] P. Emmanuel Lopez, Rector.

manos, que estudian, seis oyen teología y seis van ya al cuarto año; del curso de las artes los cinco oyen lógica, que es el segundo año. En la física, que es el tercero, no hay más que uno que es Henao [1], el que estuvo en Roma, el cual, aunque antes estuviese fuera de casa por causa de su tío, como V. P. sabe, pero ya está aquí con nosotros con licencia y parecer de su tío, el cual no piensa que es de la Compañía.

En gramática no hay más de uno por haber ido sus compañeros á Córdoba. Demás de esto hay ahora en casa dos lecciones, una de teología y otra de Artes, que es la del curso, y se lee en casa por causa de D. Hierónimo [2] y otros hermanos: y creo que de aquí adelante oirán algunos hermanos de los que acaban ya sus cursos en las escuelas.

Dejando, pues, de hablar de esto, lo primero que se me ofrece que escribir particularmente, es cómo el P. Villanueva se partió de aquí llevando consigo al hermano Licenciado Lopez [3] en el mes de Setiembre para Córdoba, á donde le estaban esperando mucho habia el P. Don Antonio [4], y su madre la Marquesa de Priego [5] y toda la ciudad para que se diese principio al Colegio, y no habia podido satisfacer á tan buenos deseos por una enfermedad, que ha tenido, tan grave que por un milagro se podria tener haberle el Señor dado la sanidad, segun estaba al cabo y quasi todos sin confianza de su vida: pero el Señor, mirando la necesidad que nosotros y otros muchos tenían de ella, nos le restituyó, sabiendo su divina Majestad lo que tenía determinado hacer por él, como claramente se vido luego. Porque, llegando á Córdoba, se dió tal diligencia en los negocios de Christo, favoreciéndole su divina Majestad, que es cosa de mucha admiracion y para alabar al Señor la mutacion, que se hizo de toda aquella ciudad, y del universal contentamiento con que todos le recibieron, mostrando bien en las obras su interior devocion.

---

1 Alphonsus de Enao, vel potius Henao. Vide Polanco, *Chronicon*, t. ii, pag. 101, n. 243.

2 Haud facile est affirmare quis hic *D. Hieronymo* fuerit. Frequenter quidem Complutensem domum hoc tempore adibat D. Hieronymus de Vibero, sed is ibi exercitiis spiritualibus, dum aderat, non litterarum studio dedisse operam videtur.

3 Ildephonsus (Alonso) Lopez, licentiatus. Vide Polanci, *Chron.*, t. iii, pag. 324, annot. 1.

4 Antonius de Corduba.

5 Catharina Fernandez de Corduba, Patris Antonii de Corduba mater.

Y dejando de hablar en loa de los otros, solamente diré del Dean de aquella ciudad [1], el cual, habiendo vivido antes muy segun el mundo, al parecer de todos, le movió el Señor de tal manera, que, luego en sabiendo que el P. habia llegado, no consintió que pasase á otra parte, y así se lo llevó á su casa, donde lo ha tenido tan regalado, que, si no fuese por la ganancia que se saca de este hacerse á todos para ganarlos á todos, se podria quejar la pobreza que profesamos; pero considerando el fruto grande que por esta vía el Señor saca y hace, se tiene todo por bien empleado, pues lo quiere así el Señor; el cual, en esta conversacion de estos pocos dias con el P., le movió de tal manera, que ni de noche (segun él dice) le dejaba reposar, dándole tan vehementes deseos de emplearse en esta obra de su divino servicio, que no hallaba quietud hasta hacer lo que hizo; que fué dar á la Compañía casi todo lo que tenia; y así les dió sus casas, que valian más de veinte mil ducados, y les hizo iglesia y escuelas, y le ha dado tantos y tan ricos ornamentos, plata y brocado, que se admiran todos los que lo oyen, así por la riqueza de estas cosas, como por la grande mutacion del que las da. Y porque seria largo querer en particular dar cuenta de todo, baste saber que es una cosa en que clarísimamente se ve la grandísima providencia del Señor, que ab eterno tenía esto ordenado, y, cuando el Dean hacia sus casas y gastaba en hacer las cosas, que ahora ha dado, quizá con otra y muy diferente intencion, el Señor lo ordenaba todo á este fin, á que vemos ahora haber tenido. El sea bendito por todo.

Habemos entendido cómo está ahí en Córdoba el P. Francisco [2] con otros muchos Padres, y esperan cada día al P. Mtro. Nadal; y se hace ya allí por la bondad del Señor tanto fruto, no solamente en la ciudad, pero tambien en las partes, á donde va la fama y buen olor de estos, que porque seria largo de dar cuenta de todo, lo dejo, remitiéndome á las cartas de los que de allí avisarán á V. P.

En Noviembre se partieron de aquí para Gandía el H.° Dionisio y con él un hermano, que entonces habian recibido, mancebo virtuoso y de buena habilidad, que ya estudiaba física:

---

[1] Dominus Joannes de Corduba.
[2] P. Franciscus de Borja.

fué tambien con ellos el Doctor Rodriguez [1], que poco había era entrado en la Compañía, el cual enviaban para leer teología á Gandía, porque el P. Baptista [2], que allí leía, mandaba que fuese á Córdoba.

En el mismo día se partieron para Córdoba tres hermanos, uno para servir y los dos para proseguir sus estudios de gramática; fué tambien con ellos el Doctor Plaza [3], tambien recien entrado; fué colegial en Cigüenza [4] y se ejercitaba en predicar, persona muy virtuosa y de quien se espera se servirá mucho el Señor [5]. Y aunque se envian de aquí para diversas partes hermanos, pero el Señor que los lleva, nos trae tantos á casa, que desean ser recibidos, unos haciendo los ejercicios y otros por venir á casa y tratar con los nuestros, que, si el que los ha de admitir, abriese la puerta, por uno que envian, entrarian muchos; pero por probar y ver su firmeza y constancia, los detienen, y así prosiguen sus estudios con esperanza que los admitirán. Aunque tambien algunos se van á meter frailes, ó no pudiendo esperar tanto, ó porque temen no ser admitidos.

En los dias pasados vino aquí un hermitaño, al cual creo V. R. conoce, porque es uno que ha estado mucho tiempo en Mallorca y tuvo al P. Nadal en su casa por algun tiempo, y dice que estuvo en Roma y V. P. le dió los ejercicios. Este, estando aquí algunos días, en la election se determinó de ser de la Compañía, si le recibiesen; y porque se habrá de esperar la respuesta del P. Nadal, se fué entretanto á su hermita cerca de Cig.ª [6]. Es persona en quien el Señor ha puesto mucho de sus dones y gracias, á lo que de fuera parece, y es para alabar al Señor ver el deseo que tenia de la obediencia, disponiéndose á todo lo que le pudiesen mandar, con haber gustado de la quietud del yermo y tenerlo en tanto [7].

---

1 P. Christophorus Rodriguez. Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 324 et 325.

2 P. Joannes Baptista de Barma.

3 P. Dr. Joannes de Plaza.

4 Rectius Sigüenza.

5 Vide in *Cartas de San Ignacio*, t. V, pag. 477, quam bene his respondeant, quae anno sequenti ad S. Ignatium scribebat S. Franciscus Borgia.

6 Sigüenza.

7 De hoc, quem nondum in gestis aut litteris Sancti Ignatii reperimus, ait POLANCO: "tamen ad eremum redivit, cum id genus hominum Societas non admittat". *Chron.*, t. III, pag. 325, n. 726. — Esse tamen is videtur, cujus meminit P. Hieronymus Natalis in opusculo nondum typis edito, cui titulus *Diarium vocationis suae*.

En los días pasados, scilicet, en el mes de Octubre estuvo aquí en Alcalá Ruiz Gomez [1] en casa del Conde de Mélito [2], su suegro, con el cual el P. Provincial [3] casi cada dia, todo el tiempo que aquí estuvo, trató cosas de mucha importancia, de las cuales depende el comun provecho del reino; porque son cosas de provision de oficios y beneficios, en lo cual V. P. ve cuánto va, si acierta, para el bien público. Estas y semejantes cosas trataron con nuestro Padre, tomando su parecer, porque le tienen mucho respeto y le dan mucho crédito, no solamente Rui Gomez, pero el Príncipe [4], como bien ya V. P. lo habrá entendido.

Tambien ahora en este mes de Diciembre, estando otra vez aquí Rui Gomez, procuró que viniese el P. Provincial aquí de Valladolid, para tratar con él; de las cuales comunicaciones se espera, si no se ve ya, gran fruto en el lugar.

Está aquí en casa el D.r Salinas, que ha poco tiempo que entró [5], y aunque estando fuera, despues de haber tomado los ejercicios, dos ó tres años pretendiese lo que suelen otros, que han acabado sus estudios; pero no pudo resistir á la vocacion de Christo, que le tenia para otras mayores dignidades; y así luego en viniendo á casa, le pusieron en la cocina y refectorio, en los quales oficios dió tan buen ejemplo de humildad, paciencia, etc., que tenemos todos en él que mirar. Es persona docta y que, segun dice el Dr. Torres, el que lee en Cig.a [6], y se ve por experiencia, que puede leer públicamente teología, y ha sido colegial y Rector en Cig.a Hale el Señor dado particular talento de predicar, denique tales partes, que estaba ya muy cerca de alguna dignidad, por exceder á otros, que pretendian llevarla por oposicion; pero, como arriba dije, no lo permitió el Señor, que le tenia para mayores cosas; lee en casa la leccion

---

[1] Rui Gomez de Silva, de quo plura in illius temporis historiis et in *Cartas de San Ignacio*. Is maxime apud Philippum II, Hispaniarum tum Principem, consilio valebat.

[2] Didacus Hurtado de Mendoza, Dux de Francavila, II Comes de Melito, qui Domino Rui Gomez de Silva nuptui dedit filiam, Annam, bene eruditis notam sub nomine *la Princesa de Eboli*.

[3] Vide supra, annot. 3, pag. 498.

[4] Philippus II.

[5] Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 325.

[6] Dr. Bartholomaeus de Torres, tum temporis in Siguntino Collegio seu Universitate Theologiae lector, mox Canariae Episcopus.

de teología, que arriba dije, la cual oyen algunos hermanos y algunos padres.

Está ahora en ejercicios un licenciado, que ha tres ó cuatro años, que con mucha instancia pide ser admitido en la Compañía, y se ha esperado siempre hasta ahora con mucha perseverancia y deseo, hallando este año el sexto lugar en licencias entre treinta y cuatro [1]. Pienso no le enviarán ya de casa, pues por su perseverancia y tal probacion merece ser recibido.

Pocos dias ha que vino aquí á casa un maestro en artes, determinado de no volver más al mundo, el cual llevó aquí el tercero en licencias entre treinta y tres, y que, segun dicen, merecia el primero, y se habia señalado, antes de venir á casa, entre otros en una oposicion para entrar en el Collegio de los teólogos [2]; y sabiendo su padre lo que el hijo habia hecho, se vino luego de su tierra á sacarle, pensando que lo podía hacer; y como lo dejasen hablar con su hijo todo lo que quisiese, hizo todo lo que pudo por persuadirle la vuelta con razones, lágrimas y quejas, y diciéndole que estaba obligado á salirse por la necesidad, que de él tienen sus hermanos; y para esto trujo personas nobles y algunos doctores, los quales le daban expectacion y le ofrecian buenos partidos, á ver si por algunas de estas vias le podrian mover, y no podian llevar á paciencia que su hijo le hubiese burlado (segun él decia) de esta manera: porque habia gastado con él toda su hacienda en el estudio, hasta ser Maestro, que es cosa muy costosa en Alcalá, con esperanza de aprovecharse de él, y, viendo la determinacion en que estaba, no sabía qué hacerse; pero al hijo se le daba tan poco, que todo lo que el padre hacia para moverle, le confirmaba más en su propósito. Hanos edificado mucho su constancia en estas

---

[1] "Locum honestum, ait Polancus, inter suos condiscipulos habuerat, sextum videlicet inter triginta quatuor.„ *Chron.*, t. III, pag. 326, n. 727. Locus autem hic, juxta harum litterarum verba *en licencias*, intelligendus est non in scholis tantum sed et in exercitationibus, quae susceptionem gradus in Universitatibus praecedere solebant.

[2] In Collegium dictum *de Madre de Dios.* «Fundó (Cardinalis Fr. Franciscus de Cisneros) además un hospital para estudiantes, bajo la advocación de la Madre de Dios. No le gustó el edificio cuando le vió ya levantado, pues le pareció mezquino para hospital, y él quería que este fuese grandioso, de modo que los enfermos estuviesen aislados y en cuartos distintos y bien ventilados; así que mandó utilizarlo para hacer otro Colegio para estudiantes de Teología, que allí se fueran preparando para entrar mas tarde en el Colegio Mayor, dejando para tiempo oportuno hacer el hospital.„ La Fuente, *Historia de las Universidades, Colegios y demás establecimientos de enseñanza en España,* t. II, cap. XIII, pag. 79.

batallas y la resistencia, que hizo á la carne y á la sangre. Tiene un ingenio muy claro, y fué siempre virtuoso; tiene ya un año de teólogo y es mancebo que tendrá unos 22 años.

Día de Santo Tomás recibieron á tres colegiales, que andaban ya en el 4.° año de las artes; son de muy linda habilidad, y aprueban muy bien en casa, dando muy buena edificacion; y son todos tres mancebos de hasta 22 años el mayor.

Tenemos ya por la bondad del Señor una iglesia mayor que la que ántes teníamos, y sobre ella edificado un cuarto para ejercitantes, que es cosa muy necesaria, porque hasta aquí era necesario que estuviesen entre nosotros, pero ya de aquí adelante estarán apartados y con mayor quietud suya y nuestra.

Predica aquí en casa el P. Provincial, y el P. Manuel [1] enseña la doctrina cristiana todas las fiestas á la tarde; y es tanto el concurso de la gente, no solamente vulgar, pero tambien de doctores y estudiantes muchos, y es tanta la mocion y edificacion de todos, que es para alabar al Señor; y andan, como arriba dije, tan movidos los estudiantes con esto y con tratar con los nuestros y frequentar los Sacramentos, que desean muchos ser recibidos; y, aunque no falta en la Universidad á quien parece no se deberian admitir los estudiantes que estudian sus cursos, especialmente sus maestros, los cuales sienten mucho que los dejen los buenos estudiantes, así como hay quien contradiga, así provee el Señor de quien apruebe públicamente lo que algunos en secreto reprueban; y así predica de pocos dias acá un fraile Bernardo [2], tan nuestro y tan favorable en sus sermones á la Compañía, alabando y exhortando á los que el Señor llama para ella y reprehendiendo á los que estorban, que parece claramente cómo ayuda el Señor por todas partes á los que quiere le sirvan en esta vocacion; porque á donde solia haber en los frailes contradiccion, ahora se muestran muy nuestros, aprobando lo que, si quisiesen reprobar, ya no los dejarian, segun que está edificada la gente.

Otras cosas muchas habria que escribir, que obra el Señor, asi en amistades, como en otras obras pias, que seria largo contarlo todo; y así concluiré suplicando al Señor nos dé siem-

---

[1] P. Emmanuel Lopez, Rector.
[2] Vide POLANCI, *Chronicon*, t. III, pag. 327, n. 730.

pre qué demos, y aumente á los suyos sus dones y gracias, para que sin propio detrimento puedan fructificar en esta su viña, á la cual los ha enviado, aunque á la hora undécima, y aunque no faltan murmuradores. Et pares illos nobis fecisti, etc. [1]. Pero no deja el Señor de responder por los suyos. Plega á su divina Majestad lo seamos siempre. Amen.

De Alcalá, último de Diciembre de 1553.

Por comision del P. Manuel.

De V. P. hijo y siervo en Christo,

Manuel, inútil.

Superscriptio in quarta pagina : IHS.

Al muy R.do padre en Chro. el P.e Mtro. Ignacio, Prepósito General de la Compañia de Jesús en

Roma.

Alia manu : 1553, Quad. Alcalá, ultimo di Xmbre. Q. V.

Et alia : Nuevas de Alcalá.

---

[1] Matth, xx, 12.

CCLXVI

P. Marcus Jorge,
Ex commissione Patris Michaëlis de Bayros,
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 1 Januarii 1554 [1].

IHS

R.de in Chro. Pater.

Gratia et amor Chri. sit semper in cordibus nris. Amen.

Scripturus ex obedientia, quae hoc quadrimestri, fauente Domino, gesta sunt, ea, quae occurrerint, breuiter exponam. Sumus in hoc collegio sedecim (Patre Myrone et eius socio non connumerato), ex quibus Pater Emmanuel Fernandez diebus dominicis a prandio apud nos sermonem habet ad populum in capacissimo quodam gymnasio, ad quem audiendum (praestante Dno.) magnus fit virorum concursus (neque enim decenter is locus mulieribus patere potest); quod si iis ad doctrinam aditus concederetur, non dubium quin foeminarum numerus virorum superaret.

Idem Pater superioribus diebus nonnihil temporis tribuit quibusdam monialibus Sanctae Clarae in rebus spualibus. exercendis: concessum est autem id perurgente Abbatissae flagitatione, idipsum per monachos ejusdem ordinis procurante. Sunt autem numero septuaginta, ex quibus multae exercitia susceperunt, tanta cum suarum animarum utilitate ut non paruam Dei opt. Max. laudandi occasionem praebuerint. Nam, ut pau-

[1] Tota autographa, duplici folio, sub num. 477.

pertatis desideria omittam (quae fecerunt ut annulos et armillas aureas ad pedes Abbatissae proiicerent), tantus est feruor orationis ut Patri relatum sit multas, quo tempus nocturnum orationi dandum certius esset, diurnis vestibus indutas somnum capere solere; adueniente autem hora, ad chorum conueniebant meditaturae. Confessionem etiam generalem facere cupiebant.

Hoc ipsum et ab aliis monasteriis postulatum est; verum operariorum inopia facit ut omnibus satisfieri nequeat; nam licet singuli quatuor operariorum vices explere possent, non dubito quin non solum vinea, in qua laborarent, sed et fructus, qui decerperentur, satis uberes non fuissent defecturi; quamuis enim multi sint, qui sancta sacramenta confessionis et Eucharistiae frequentant, multo plures proculdubio id essent facturi (ut animus erga Patrem et Societatem huius populi est) si essent ex nris. qui infirmos eorum conatus adiuuarent.

Diebus elapsis multi ab inquisitoribus per ora populi traducti sunt, et latae in eos sententiae promulgatae; antequam vero in publicum producerentur, qui huiusmodi sententiis erant obnoxii, postulante inquisitore, duo fratres carcerem adierunt eos exhortaturi, qui magistratibus saecularibus tradendi erant; cui rei per duos dies operam dederunt. Confessionem unius, qui igni commissus est, Pater Emmanuel Fernandus in carcere audiuit, quem ad rogum reconciliauit, atque (ut speramus) benigne a Dno. susceptus est; nec dubito quin fratrum deprecationibus plurimum adiuti sint; eo enim die, quo erant producendi, longas preces atque meditationes habuerunt. Congregatis etiam ipsis [1], numero circiter 30, Inquisitoris petitione P. Emmanuel Fernandus verba fecit non sine audientium lachrymis.

Eodem Patre instrumento, Dominus quoque illud operatus est, quod non mediocriter proximorum animos ad Diuina erexit, quod cum Pater comperisset ex principibus ciuitatis in ea societate, quam misericordiae vocant [2], nomina dedisset [3], in

[1] Supplicio sive mortis, sive flagellationis, sive publicae ignominiae damnatis.
[2] Vide supra, pag. 444 et pag. 470, annot. 3.
[3] Sic; syntaxis tamen et sensus exigere videntur ut scribatur hoc modo: " cum Pater comperisset ex principibus civitatis [plures] in ea Societate, quam Misericordiae vocant, nomina dedisse... „

animo posuit efficere, diuino fretus auxilio, ut singulis annis quater Eucharistiae Sacramentum sumerent, quam ob causam aggressus imprimis est eum, qui ab ipsis prouisor appellatur, ad quem summa totius rei cura pertinet. Deinde reliquos vel singulos allocutus, paulatim eos ad id libenter suscipiendum perduxit; atque iam magna pars eorum hoc festum dominicae Nativitatis tanto suarum animarum bono celebrauerunt. Dominus benigne largiatur ut in felicibus incoeptis permaneant.

Quod ad scholas pertinet, cognitum, credo, habebis, quemadmodum die Sancti Augustini [1] transacto habita fuerit oratio a quodam fratre, cui Petro Perpiniano est nomen, qui rhetoricam profitetur, praesentibus non solum scholaribus et aliis quam plurimis, sed etiam Cardinale [2] cum maximo omnium applausu. Sequenti die authorum enarrationes caeteraeque in literis exercitationes coeptae sunt. Placent praeceptores, atque in dies scholasticorum numerus augescit: in praesentiarum 280 numerum exsuperant; sic autem accrescit eorum numerus, quanto magis nostrum institutum et doctrinae modus latius innotescit, ut Patribus Magist. Hieronymo Natali et Magist. Myroni visum fuerit tres classes, quae hactenus scholasticorum erant, praeter eam, in qua de casibus conscientiae agebatur, non satis esse; quamobrem quartam addere decreuerunt, estque praeceptor ad id munus subeundum accersitus.

Fit tum in literis tum in his, quae ad animam spectant, profectus non mediocris. Ad laudem quidem divinam non possumus non provocari cum intuemur quantum iurandi et aliae pravae consuetudines ab horum puerorum mentibus extirpatae cedant; praecipuus autem fructus ex confessionibus nasci cernitur; nam, referente quodam patre, cognovi nullum fere esse ex his, quos audiebat, qui aliquem diem sine examine praeterlabi sineret. Multi etiam, cum audissent praeceptorem suum scholasticorum admonita [3] explanantem ac nonnulla de oratione inculcantem, sic eius desiderio sunt affecti, ut sequenti die ad ipsum conuenerint summopere flagitantes ut orare doce-

---

[1] 28.ª Augusti.

[2] Henrico Portugalliae Principe, Evorensi Archiepiscopo.

[3] Ea intellige, quae scholasticorum regulae appellantur. Ni forte sermo sit de aliis, in externorum scholasticorum usum, confici solitis ordinationibus (vide supra, pag. 178, in litteris Francisci Bordon), quaeque hispane *avisos*, quod vocibus *admonita, monita,* propius quam *regulae* accedit, appellabantur.

rentur; qua de causa factum est ut festis ac dominicis diebus, ultra solitam ac communem doctrinam, habeant familiarius a praeceptore et aliam privatam. Mutarunt nonnulli vitae institutum, ac Deo se dedicarunt. Superioribus diebus duo, a Provinciali Praedicatorum recepti, praeceptori ultimum vale dixerunt. Duo et Societatem nostram ingressi sunt; quod multos facturos credo, cum ad nos aditum non penitus interclusum cognouerint. Tractant omnes reuerenter non solum praeceptores, verum etiam Sacerdotes et fratres nros. Conueniunt dominicis ac festis diebus ad doctrinam, in qua non mediocriter proficiunt. Sacerdotes etiam, qui conscientiae casibus intendunt, utilitatem non vulgarem ex hac lectione acceperunt, quam multo maiorem in dies futuram speramus. Sunt numero ad 35, ex quibus 20 Cardinalis benignitate in tam sancto opere sustentantur; singulis enim in singulos annos 25 aureos ex eius vectigalibus suppeditantur [1].

Fratres theologi in solitis, tum literarum, tum virtutum, studiis perseverant, cum augmento, Dei clementia, qui Paternitatem tuam conservet et protegat, cuius benedictionem expetimus.

Evorae, calendis Januarii, 1554.

Ex commissione P. Michaëlis Bayros,

inutilis

Marcus Georgius.

Superscriptio in quarta pagina: Al muy R.do en Chro. padre el P.dre Maestro Ygnatio preposito general de la Compañía de Jesus en Roma.

Del Collegio Deuora.

Alia manu. 1554. Quad. Euora, del Gennaio.

---

[1] Vide Polanco, *Chronicon*, t. III, pag. 423, n. 937.

CCLXVII

Theodorus Peltanus
Patri Ignatio de Loyola,
Neapoli, 1 Januarii 1554 [1].

†
IHS

Pax xpi.

Quadrimestris successum, R.de in x.o Pr., ea qua iam semel atque iterum iussum est breuitate perstringimus. Res literaria (ut inde narrandi initium sumatur) feliciori quam unquam cursu procedit. Lectiones, ob nimios aestus intermissas, ad Kal.s octobris resumpsimus, quibus tres orationes cum quibusdam uersiculis in literarum cōmendationem compositis praemissae sunt. Confitentiū ac cōmunicantium concursus mensibus his proxime lapsis solito maior fuit.

Pr. Franciscus [2] pluribus utriusque sexus exercitia tradidit, quibus tantum promotum est, ut septem eiusdem familiae perpetuam deo castitatem uouerint. Idem doctrinam christianam declarat.

Pr. Nicolaus [3] diebus festiuis in sacello nostro concionatur.

Duo bonae spei iuuenes societati sese nuper dederunt. Hi, ut praeceptum erat, in Siciliam missi sunt. Alii plures idem summis uotis affectant. R. Pr. Andreas, [4] huius Collegii Rector, casus conscientiae non sine magno multorum emolumento ex-

---

[1] Autographae, duplici folio, n. 140.
[2] Joannes Franciscus Araldus.
[3] Nicolaus Bobadilla.
[4] Andreas de Oviedo.

plicat. R. Pr. Salmeron lectionem, quam statim in initio sui aduentus enarrandam sumpserat, plausu maximo uberrimoque fructu prosequitur; incredibile dictu quanto idem ipse audientium stupore bis iam coram prorege [1], fautore huius loci synceriss.°, concionatus sit.

Collegii fundamenta iam demum utcūque iacta, ad fastigium anhelāt, nec prius videntur destitura, quam uoto suo potiantur et (auspice x.°) propediem potientur, quandoquidem summo R.mi Car.lis in nos studio, Ciuitas haec ex aerario publico bis mille coronatorum elargita, altera quatuor donare obnixe contendit; quoque facilius id fiat, consilio cōmunicato, imperatori [2] literas misit, quibus pleno ore laudes nostri depraedicās postulat eam, de qua dictum est, largitionem facere sibi licere. Sena haec millia aedificio Collegii destinantur; sed quia, aedibus comparatis, si caetera necessaria desint, nihil aut certe modicum quid eorum, quae haec sibi de nobis pollicetur, ac passim experitur, confici posse aduertit, per easdem [3] poscit sexcentos aureos annui census assignare posse: hic popularis in nos fauor; quod si priuatorum studium pollicitationesque recensere paremus, epistola in librum excresceret: quare satius putamus praeterire, quam parum hac de re dicere.

Frēs. omnes cum corpore tum animo incolumes sunt, hique tuis sanctissimis orationibus se commendatos ex animo cupiunt. Jesus x.us diu P. V. nobis seruulis tuis incolumem seruet.

Neapoli Cal.s Januarii 1554.

indignus in X.° J.u filius tuus

Theodorus Peltanus.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in X.° Pri. Pri. m.ro Ignatio de Loyola Praep.to Gnali. Societatis Jesu.

Alia manu: Qua. Napoli. 54. Janu.

Et alia: insin' al Gennaio.

Vestigium cerae et sigilli.

---

[1] Petrus Pacheco, Cardinalis, Neapolitanus Pro-rex.

[2] Carolo V.

[3] litteras ad Imperatorem datas.

In ima ora primae paginae ignota manus calamo ludens haec scripsit: Comus aut metetus.

Nandand *tantoprima* semp. ottenendo *tanto* semplice

Naplum tel

Multum auferat aīūm

* *Alia item ignota manus haec scripsit in superiori margine quartae pagellae* temerandi locus et tempus con-cludendi modi primas conjungitur modus ad aliis

Et alia, ut videtur, manus haec addidit: benedicite domino omnis uiuens et et et laus in echlesia sanctorum.

CCLXVIII

P. Petrus Domenech
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 1 Januarii 1554 [1].

✝
IHS

Admodum R.de p.r in Xpo.

Grā et pax d. n. Jesu xpi. sit semper nobiscum. Amen. Benedictus dominus deus noster, qui ex ineffabilis dilectionis suae pelago omnia ita disponit et ordinat, prout nobis magis expedire cognoscit: faxit ipse ut ea ipsa cognoscamus et sentiamus, ne alio animo a nobis suscipiantur, quam ab eius immensa bonitate elargiātur. Pater noster gonçalez [2] his mēsibus proxime elapsis fuit quadam infirmitate detentus: his diebus medico cuidam se cōmisit, qui, ut speramus (et coniicere licet ex eo quod

---

[1] Autographac totae manu Patris Domenech, duplici folio sub num. 270.
[2] P. Joannes Gonzalez, Vallisoletanae domui praepositus.

iam idem p.r melius se habeat), eumdem nobis sanum restituet: ut velocitate moras cōpensare possit.

Hoc quadrimestri praeterito, R.de Pater, non sine magna admirationis causa sese dnus. Societati nostrae et huic domui propitiū exhibuit, quandoquidem detento patre in sua infirmitate (ut dictum est), tanta fuit frequentia et cōcursus venientium ad cōfitendū peccata sua, refragante praecipue austeritate temporis, ut qui bene haec sentiret, esset unde prorumperet in laudes domini, eo quidem usque ut bene ille secum actum esse putet, qui possit per aliquod spatiū aliquem patrem huius domus habere, grauioribus non detentum occupationibus, quocum possit, quae ad reformationem vitae suae pertinent, conferre; idque non solum per totam diem, sed etiam noctis tēpore, ut vix aliquando supersit tempus ad recitandum horas canonicas.

Fructus, qui ex tanta frequentia sacramentorum expectandus erat, iam omnibus est manifestus: aliqui ipsorum et non pauci (non enim numerum teneo) fecerunt cōfessionem generalem, rationem reddentes totius exactae vitae; ita ut, quos antea tanquā feroces leones metueras, nunc tanquā agnos māsuetos contrectare possis. Et quia semel gustarunt ac viderunt quam dulcis sit dominus, iam non cōfunduntur eorum facies, nec turbantur in frequenti accessu ad eum: atque ita semper crescit numerus cōfitentium singulis dominicis diebus, ut aliquando vix sufficiat tempus ad cōficiēdum sacrum, et multoties non est locus perficiendi omnes cōfessiones, quae sese offerunt, et ideo sunt remittendae aut in pomeridianum tēpus aut in crastinum; malunt enim cōfitentes ipsi cōmodum tēpus expectare, quam sine cōfessione remanere, ac proinde singulis diebus oportet audiendis cōfessionibus vacare, quamquā dominicis diebus et festiuis maior est cōcursus; ita ut oporteat unum ex nobis ferme toto mane tantū administrationi sanctissimi eucharistiae sacramenti intendere; atque ita innotuit toti populo noster modus ministrandi sacramenta, ut iam passim dicatur: qui velit confiteri et cōmunicare, adeat divū antoniū [1]; illic enim sine molestia cito expedietur.

Inter haec multi, qui se odio prosequebantur, in amicitiam sunt redacti; alii vero in miserabili statu damnationis viventes,

---

[1] Templum Patribus Societatis Vallisoleti attributum.

in meliorem frugem sese receperunt. Alii vero nefanda et abominabilia peccata inueterata multis lachrimis relinquentes, in frequente usu rationis reddendae operum suorum perseuerant, in eoque nō solum sibi ipsis prosunt, sed et alios, quibus aliquando sinistrae suspicionis occasionem dederant, bono exemplo ac odore feruentis conuersionis suae, in bono cōfirmant, ac ad laudandum deum prouocant; ita ut cōtigerit quod quadam die dominica quidam in nostra ecclesia videns concursum multorum ad cōfitendum et S.mum eucharistiae sacramentum recipiendum, et inter ipsos cognoscens quosdam vicinos suos, tanta fuit compunctione permotus et cōfusione, ut largas spargens lachrimas, ad unum nostrum accesserit obsecrans ut ipsum etiam dignaretur audire ut cōfiteretur peccata sua, obtestans se deinceps vicinos suos imitaturum in frequentatione sacramentorum.

Restitutiones etiam gra. domini non paucae factae sunt, et aliquae ipsarum rerum ex longinquo tempore debitarum, et specialiter una plusquam centum ducatorum per undecim annos iniuste possessorum. Et licet in dies magna fieret accessio bonis ipsius obligati ad restituendum, nihil verebatur penes se aliena detinere, falsis quibusdam rationibus seipsum fallendo. Postquam autem cognovit rationes suas ex avaritia et tenacitate potius procedere quam ex aequitate, grās egit domino cōfessusque est peccata sua et cōmunicauit cum magna pace et laetitia tam graui onere ab humeris excusso, non modicum leuamen sentiens, exindeque iam amicus noster est. Alius vero, suasu precibusque nostris, cuidam debitori suo, pro tunc soluere non valenti, non modicam quantitatē remisit.

Multoties in diuersis partibus et locis vocamur propter varias necessitates spuales.; sed quia ab aliis domi detinemur (nunquā enim domi deest quid agamus), non possumus in hac parte omnibus satisfacere: tantum illuc pergimus, ubi necessitatem magis urgere videmus, puta ad visendum infirmos, et morientibus assistendum: huiusmodi autem occupationes hic frequentes sunt, prout iam alias tuae R.dae pater.i scripsi.

Inter alia monasteria, quae sunt in hoc oppido, est quoddam nouiter fundatū, in quo sunt aliquae virgines innuptae in tutiorem quemdam locum a tot periculis huius mundi sese recipientes, quid interim de ipsis Dominus decernat spectantes : accidit

ergo quod quadam die, cum una ipsarum vellet profiteri relligionem illius monasterii, fuit accersitus quidam pater huius domus, qui professioni eius assisteret, et prout moris est in similibus actibus, concionaretur. Abiit ergo pater ille magis auxilio divino fretus quam suo, quippe qui vix duarum horarum spatium sibi concessum sit ante tempus concionandi. Sed qui nunquam in ipso cōfidentibus deest, ita illi adfuit, et ita eius verbis corda reliquarum perculit, ut parum abfuerit quin omnes eadem via pergerent et praecedentem insequerentur, nisi magnitudo rei tempus cōsultationis exposceret, et ita retulit praelatus ipsarum quod, si singularum corda perscrutasset, non potuisset rectius ipsarum necessitatibus occurrisse.

Interim etiam exercitia spualia. sunt data aliquibus personis, in quibus certe, post habita exercitia, facile est videre fructum reformationis vitae in frequentatione sacramentorum et desiderio proficiendi in spū. Alii instanter petunt ipsa sibi impartiri, sed aliae iustiores occupationes nobis non permittūt his vacare. Remittimus eos ad fratres collegii nostri metimnensis, quod non longe hinc abest, ubi maior adest commoditas.

Haec sunt, R.de pater, quae nunc repetita memoria, sūmatim sese mihi scribenda obtulere, quae licet exigua, magna tamen sunt, si instrumenta, quibus haec deus operari dignatur, inspicias. Ipsi soli laus, honor et gloria nunc et in perpetuum. Amen. Tu tamen interim, R.de pater, horum indignorum filiorum tuorum ne obliviscaris, sed ipsos in tuis precibus et sacrificiis et aliorum patrum et fratrum charissimorum cōmendatos habeas.

Ex oppido Vallisoleti, chalendis Januarii, anno a nat.e domini 1554.

Tuae R.dae P.is
Indignus filius,

† Domenech †.

Superscriptio in quarta pagina: ihs Admodum R.do in chro. pri. magro. ignatio de loyola praeposito generali societatis Jesu.

Romae.

Alia manu: Valladolid. Q. P.o di Gennaio.

Vestigium sigilli.

CCLXIX

Robertus Clayssonius
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 5 Januarii 1554 [1].

Pax Domini Dei nostri Jesu Christi perfecta nos donet libertate. Amen.

Quantam letiferae pestis occasio, diuinae Bonitatis prouidentia, ad animorum expiandam pestem, energiam exercuerit, Reuerende in Christo Pater, exempla eorum, quae diuinae Magnificentiae liberalitas [2], Societatis ministerio, cum uberrimo animarum fenore, proximo quadrimestri elapso, piorum votis largita est, luculenter commonstrabunt, quae sacrae obedientiae imperio, a Paternitate tua prudentissime promulgato, impulsi, ac ultro citroque grārum actionis Deo reddendae certa spe persuasi, summatim ad Authoris ipsius gloriam perstringemus.

Familia nostra, humile obedientiae obsequium Paternitati tuae semper offerens, atrocissimae pestis periculum incolumis, diuinae Prouidentiae praesidio, euasit: cuius contagio adeo late sparsa est, viresque auxit hac aestate et autumno praeteritis Lutetiae et in locis finitimis, ut nunquam atrociori tyrannide, nostra memoria, in ciues parisienses saeuierit: ferunt enim facile quinquaginta hominum millia e medio peste hic sublata esse, quum hyemis armis impugnata, domita quidem, at nondum eneruata est, in Nosocomio et altera urbis parte adhuc insolescens.

P. Hieronimus Le-Bas, votorum prudentissima libertate, in-

---

[1] Tota autographa, Clayssonii manu exarata, et Polanci frequenti emendatione castigata, ut sequentibus notis videre erit. Quatuor implet folia, nn. 244-247.

[2] *divina liberalitate*. Polancus.

stituto Societatis obseruando obstrictus, suo arbitratu spontaneo, cum fratre nostro Jacobo Morelio, sub finem Augusti, R.di Patris nostri [1] arbitrio definitoque iudicio, missus fuit in Auuerniam ad R.diss. Episcopum Clarmontanū, ut ex eius praescripto vocationis nostrae munere fungeretur uterque, donec peste mitigata, ad Philosophiae periodum maturo reditu sese ambo reciperent. Ab Episcopo humanissime excepti, ad excolendam Domini vineam abrupta mora emittuntur.

R.dus Pater noster egoque, peregrinationis eius comes, in Agrum Crucifontanū, Domini Angeli Cognetii, Advocati Palatini, paternae haereditatis possessionem, Septembris auspicio [2] euolauimus, ereptae nobis messis spiritalis Parisiis, colligendae fiducia, simulque pestis tyrannide nos urgente. Pater noster singulis diebus sacra celebrans mysteria, nōnullorum confessiones audiuit. Eleemosynae tum spiritalis tum corporalis ministerio interdum studium operamque impendens.

Mox mihi, domesticis concionibus mediocriter exercitato, a Patre persuadetur ut sacrae obedientiae, diuinae gratiae auctricis, auxilio fretus, singulis diebus sacris, ad populum cōcionaturus in suggestum conscendam: quo munere, trimestri fere spatio, in diuersis pagis circūuicinis cum auditorum frequentia et attentione functus sum, interdum uno eodemque die in diuersis locis iterata concione. Hoc vel maxime populi fidem vincebat, quod nullum studium salutis eorum, spreta oīs stipendii et cōuiuiorum oblata spe, omitti cernerent, et me sacramenta Confessionis atque communionis frequentantem conspicerent. Deo, grārum actionis vice, attribuo quicquid tandem, per fragile inutileque gratiae suae vasculum, animabus sitientibus ministrare dignatus est.

Praeter diuini verbi iniunctum mihi ministeriū, erudiendi filiifamilias cura mihi quoque demandatur, cui binas lectiones quotidie praelegi, alteram quidem in Rhetoricis praeceptis locisque dialecticis, alteram vero in graecis litteris. Mirum est quam arcte parentes se nobis deuinctos agnoscant, renuentes constantissime pecuniam, impendiis meis trimestribus soluendis a Patre ipsis oblatam, praeter expectationem quidem eorū,

---

[1] Paschasii Broët.
[2] *initio*. Polancus.

at cū lucri spiritalis foenore, et boni odoris fragrantia, quem illi de nobis gratanter cōceperunt [1].

Sed praestantiora longe Patris Hieronymi indefessus labor studiosaque industria nobis suggerit. Hic tertio die ab aduentu suo, Natiuitati Virginis sacro, Episcopi impulsu, frequenti auditorū circumstante caterua, concionem habuit, ipso Episcopo praesente, auidasque praebente aures, in pago Beauregard nuncupato. Proximoque die dominico intra octauam Natiuitatis Virgineae, in altero pago vicino cōcionatus est iterum. Mox R.diss. Episcopus utrumque [2] ad visitandos infirmos, incarceratos, et pauperes per pagos circūuicinos legauit: quibus decem dierū periodo, exhortationem consolationemque salutarem e visceribus charitatis effundendo, et, eleemosynis ab Episcopo subministratis, necessitati eorum subueniendo, animis corporibusque operam impenderunt.

Post haec, imminente sacrorū ordinū collatione, uterque, Episcopi iussu ad urbem Clarmontanam proficiscentis, accessit vicinū coenobiū frm. Minimorū, cum summa humanitate a Patre Minimorū exceptus: hinc ad pagum finitimū, sacerdotem gemini homicidii reū moniturus captiuū, deflexit.

Tempore sacrorū ordinū R.diss. Episcopū subsecuti sunt ad ciuitatem Clarmontanam ab eodemque missi ad fres. Dominicanos, apud quos benigne excepti, duabus noctibus ibidem morati sunt: hinc ad fratres ac Monachos Benedictinos, apud quos totidem tresue noctes quieuerunt, utrobique templi ac mensae consortio humanissime honorati. Postea uterque Nosocomium seu xenodochium, R.diss. Episcopi suasu, adiit, quod in urbe Clarmontensi situm est, infirmos consolaturus. At a Dno. Cancellario R.diss. Episcopi, qui praeest redditibus xenodochii ministrandis, mira ac noua humanitate excepti ambo.

Postremo demū die, quo Claromonte rediere ad Arcem Episcopi Beauregard nūcupatam, P. Hieronymus in xenodochio sacrificiū Missae obtulit, et cōcionem ad infirmos et astantes auditores habuit. Reuersus ad Arcem Episcopi cū frē nostro Morelio, mox a R.diss. Dno. remittitur ad ciuitatem Clarmontanam, ut infirmis xenodochii spūs et corporis ferat suppetias sa-

---

[1] Quae a vocibus *Praeter divini* hucusque continentur, linea superducta cancellavit Polancus, ne forte quae iis narrantur in exemplum transirent.

[2] Le-Bas, scilicet, et Morel.

lutares, Jacobo apud Episcopum permanente, quem Episcopus, si ad sacerdotii dignitatem euectus fuisset, ad Euangelii ministeriū emittere optabat; sed ad frequentandos infirmos ac pauperes per pagos circumiacentes, cū altero pannum nudis distribuendum circumferente, legauit misericordiae spiritalis atque corporalis operibus intentum. Atqui secundo aut tertio die a P. Hieronymi discessu, in febrim incidit Morelius [1], quam passus est longo tempore, nec adhuc pristinae valetudini restitutus est. Hac occasione ab Episcopo ad monasteriū Minimorum missus, ibidem diutius haesit, frībus. euangelicam exhortationem et lectionem Dialectices efflagitantibus ab eo.

Interim P. Hieronymus strenue in cōmissa legatione obeunda se gessit, sacris occupationibus spūs alens libertatem: singulis diebus, stata hora octaua antemeridiana, sacrum Missae officiū in xenodochio celebrabat, sacro mysterio euangelicum sermonem subiungebat ad coetū infirmorum et cōcurrentis populi turbam, explicabatque Doctrinam Chrīanam, orthodoxaeque fidei religionisque sacrae elementa, quibus absolutis, Euangelia et Epistolas Aduentus Dnici. pro temporis occasione occurrentes, subiecit, quotidie Missae sacrificium et concionem sacram peragens. Post concionem publicam, non cessabat priuatim singulos infirmos consolari et erudire, donec prandium cum a pio opere reuocaret. Cōēm cum infirmis, quos vires corporis mensae accumbere patiebantur, vitam agebat, piis colloquiis eos ad meliorem frugem promouendo. A prandio, quantum infirmorū necessitas patiebatur, sacrae lectioni et diuinae cōcioni vacabat. O beatū Christi pauperūque oeconomū ac procuratorem! Permansit in huiuscemodi exercitio quotidiano bimestre spatium et semimensem, quotidie accrescente numero utriusque sexus, frequentantiū sacrū et concionem eius, in xenodochium confluentium nō mō popularium, sed et illustrium nobiliorumque virorum ac matronarū, Dni. Officialis, Dni. Cancellarii, Canonicorū Eccliae. Cathedralis et aliarū vicariorū, et caeterorū plurimorū, qui honorario conuiuio excipere, modeste recusantem, nitebantur, mirifico affectu erga illum propensi. In festo Lucae Euangelistae, R.diss. Dni. Episcopi hortatu et imperio, orationem synodalem habuit in Ecclia. Clarmontensi Ca-

[1] *Morelius* additum a Polanco.

thedrali, cū summa laude et admiratione, coram R.dissimo Episcopo et R.diss. Abbatibus ornatu suo insignitis, praesentibus Canonicis ac uniuerso Clero Eccliae. Cathedralis et aliarū permultis ex more conuocatis, et circumstantibus uniuersis Parochis Dioecesis Clarmōtanae, quae res suauissimum Societatis odorem longe lateque sparsit, ad Jesu Christi propagandū obsequiū.

Quantos exhauserit labores in agenda cura infirmorū, hoc unicū exemplum efficax feret veritatis testimoniū, quod quemdam militem, annos natū viginti quinque, curandi studio, medicos sex simul adduxerit, chirurgos, aliorū minime usus ministerio, aduocarit, apud pharmacopolas pharmaca, partim pretio, partim precibus comparauerit: qui semel atque iterū P. Hieronymo delicta confessus, praesente eo, spiritū Dno. reddidit. Alios quoque utriusque sexus infirmos confitentes audiuit, qui postmodū vita functi humana, ad coelestem foelicitatem emigrarūt.

Interea R.diss. Epus., huius viri fama excitatus, sui desiderii palam prodit affectum, omnemque moram studet abrumpere, ad R.dum Prem. nostrum Dnum. Paschasium litteras promissorias ac petitorias transmittit, quibus Domus Clarmontensis, quam hactenus occupamus [1], donationem proximo suo ad nos reditu, nō expectata theologicae facultatis definitione, pollicetur; vocatque ad se protinus Prem. in Auuerniam, misso equestri comitatu, ac propria mula, quae patris cōmoditati seruiat, ut cōmuni decreto mutuoque consilio, Collegium Societati erigatur in urbe seu Academia Billoniensi, prouentibus annuis redditibusque in usum fratrū Societatis dotatum, ad instituendam nimirū iuuentutem et concionatorū aliquot Societatis copiam consequendam, ad quā rem quatuor Societatis viros a R.da P.te tua postulat obnixe. Quae negotia, hoc temporis interuallo, a Pre. nostro Dno. Paschasio matura prudentia et vigilanti industria cū Dno. R.diss. tractantur, missis ad R.dam Paternitatem tuam litteris optatissimis. Pater noster in Auuerniam ad Dnū. Epm. profectus est, ineunte Nouembri, ibique adhuc occupatissimus haeret, quem post Epiphaniam Domini demū praestolamur.

---

1 Parisiensem intellige domum, quam sociis Claramontensis Episcopus inhabitandam commodaverat.

P. Hieronymus, sacra solemnitate oium. Sanctorum, rogatus a Dno. Cancellario, summum sacrum in ipsius paroecia celebrauit, et cōcionatus est cū summo populi gaudio. A sacro, Vicarius cum subditis pecuniam ei obtulit, quam constanter recusante, omnes mire sunt aedificati; proximoque die dnico. intra octauam oiū. Sanctorū, et solemne sacrū et concionem ibidem iterauit. Dnico. die proxime subsequente solemne sacrū decantauit in eodem templo ciuitatis Clarmōtensis, rogatus a Pastore et subditis eiusdem paroeciae, et cū frequentissimo populi concursu cōcionem tertiam habuit ibidem, tamque flagranti erga eum affectus ardore inflammati sunt auditores, ut obnixe efflagitarent ut diebus singulis, Aduentus tempore, in eadem Ecclesia cōcionem ad ipsos habere dignaretur. Dum R.dus Pater noster ad ciuitatem Clarmontanam diuertisset, summo studio multisque precibus, nobiles coram Patre, Societatis praesentiam optabant et desiderabant; quumque Pater noster mentionem faceret reditus proximi P. Hieronymi ad Academiam Parisiensem, dolore graui affecti, prem. Paschasiū deprecabantur ne id permitteret, tantum abest imperaret. Quin R.dus Dnus. Cancellarius praebendam, vulgo nūcupatam, certa fide pollicebatur, si in ciuitate Clarmōtensi sedem figere placeret, ut lectionem scripturae sacrae praelegeret, et concionem ad populum haberet. Tantam de eo cōcepere opinionē, ut quū philosophiae periodum percurrat adhuc, unctione diuini Spūs edoctus, theologi et ecclesiastae muneri posse satisfacere credatur. Quin et canonici vicinae urbis, Montisferranii [1] nūcupatae, instantissime hunc Patrem obsecrarūt ut feriis Conceptionis Virginis Mariae, in ipsorum templo cōcionaretur, quamquam excusatione modesta usus, ne clarmontanos ciues cōcione priuaret, eorum petitioni suffragatus non est; nam feriis Conceptionis Mariae in solita paroecia Clarmōtensi sacrū peregit, et cōcionem habuit.

Multi utriusque sexus frequentissime P. Hieronymū obsecrarūt ut victui et amictui necessaria, si quae desideraret, liberrime significaret ipsis; pecuniam obtulerunt, quam ille renuit recipere, nostrae professionis memor, dumque primū in Xenodochiū cōmigrasset, Musaeum ei constructum est ab amicis, et de cubiculo cōmodiori extruendo frequenter deliberatū. At ille,

---

[1] Montferrand.

necessariis vitae in xenodochio subministratis cōtentus, pecuniā, munera et ornamenta constanter recusauit semper, etiā quū ipsius arbitrio relinqueretur, ut, si sibi impendere nollet, erogaret pauperibus: responditque ut ipsi suis manibus distribuerent egenis, si quid pauperibus largiri decreuissent. Quae res mire R.diss. Dno. Clarmontensi placuit, ita ut palam, coram aliis tunc praesentibus, hoc exemplum ab omni auaritiae specie alienū cōmendauerit. Secundo dnico. die Aduentus praeteriti, sacro et cōcione peractis in xenodochio, missionem flagitauit ab infirmis et auditoribus, obedientiae authoritatem reditus causam praetexens. Dumque eis valediceret, plurimorū lacrimae, suspiria et deploratoriae exclamationes huius viri cōceptam dilectionem prodebant. At ille spe reditus sui, accedente Maiorū suffragio, afflictos solabatur. O pium patrem pauperū!

Tum Nobiles matronae suam opem Patri prompto studiosoque affectu obtulerūt, aliae pecuniā, aliae vitae necessaria obtulerūt; quae uniuersa ille recusauit cū oiū. admiratione summa.

R.dus Dnus. Cancellarius (qui postremis sacrificio et concioni Patris etiam interfuit) eodem die celebre instruxit cōuiuium, ad quod inuitauit tres Ludimoderatores et alios nobiles, quo magnifice instructo, Prem. honorare voluit; quo peracto, Prem. ad Arcem R.diss. Episcopi, Lutetiam adornandi reditus grā, a Pre. nostro Dno. Paschasio reuocatū, extra ciuitatem deducere dignatus est. Conuiuae caeteri, clam quibus uterque se subduxerat, ne discessū remorarentur, ad suburbia cōcurrentes, Prem. comitari aliquousque voluerūt. A pluribus Patri recusanti equus oblatus est, nam quinque tantū milliaribus distat Ciuitas Clarmontensis ab Arce Dni. Episcopi Belligardo. Interea R.dus Dnus. Cantor, dignitate Epō proximus, cognatus germanus eiusdem, in suburbiis Patri proficiscenti occurrit (qui antea suae bibliothecae copiā illi obtulerat) benigne ei valedixit cū impositione manuū benedictionis. Tandem Dnus. Cancellarius comes discessus, ipsius ablegatis et discedere rogatis sociis, genibus flexis Prem. complexus, cū multis lacrymis valedixit ei, precibus humillimis Prem. cōpellens ut aurū oblatū reciperet. R.diss. Dnus. Epus. utrique et Patri Hieronymo et fri. nostro Jacobo benedictione spiritali, et itineri necessariis donatis, affectum erga Prem. Hieronymū professus, utrumque dimisit cum bona gratia et pace.

Itaque reuersi ambo sunt Lutetiam pridie dnicae. Natiuitatis, me pridie feriarū Apostoli Andreae ante eos reuerso. R.dus Pater Dnus. Paschasius apud Episcopū adhuc moratur negotiis Societatis intentus, qui, dum loci Societati ab Episcopo destinati videndi grā, Billoniū ex Arce Episcopi profectus esset, honorario vino, a Mgratu. Billoniensi oblato, honoratus est, erga Societatem plurimū affecto. Speramus maximā laboris nostri messem, in hac Billoniensi Academia, aliquando colligendam. Dnus. Episcopus mirifico affectu Prem. excepit, et maximā spem Societatis promouendae nobis donat, utrique collegio, tū Parisiensi, tum Billoniensi, promissis redditibus.

Facultas theologica nihil egit de nostris priuilegiis. Proximo Regis aduentu (quem aiunt imminere) Regiam facultatem liberam et irrefragabilem impetrare studebimus. Dnus. Jesus uniuersa consilia negotiaque R.dae Paternitatis tuae, atque adeo Societatis nostrae, prosperare et perficere dignetur, qui Paternitatem tuam nobis diu seruet incolumem ad obsequiū sanctissimae Maiestatis suae.

Prolixitati meae dabis veniam, argumento uberiori hanc excusante, quia plurima praetereo, ne in volumen excrescat epistola. Gratia Dni. nostri Jesu Christi regnet et abundet in animis nostris. Amen.

R.dae Paternitatis tuae sacrificiis et orationibus, itidemque patrum fratrumque omniū precibus, familiae nostrae pia desideria iuuari, humili supplicatione efflagitamus.

Ex commissione R.di Pris. nostri Dni. Paschasii Broet. Pridie Epiphaniae Christi 1554. Lutetiae Parisiorū, e domo Clarmontana.

R.dae P. tuae indignus filius ac famulus obsequentissimus.

ROBERTUS CLAYSSONIUS BRUGENSIS.

Superscriptio in octava pagina: R.do in Christo Patri, Dno. Ignatio de Loyola, Praeposito Gnali. Societatis Jesu.

Romae.

Manu Polanci: Parisiorum, e domo Claramontana, pridie Epiphaniae Xpi. 1554. Quad.

Vestigium cerae et sigilli.

CCLXX

P. Arnoldus Hezeus
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 10 Januarii 1554 [1].

Ex literis aliis eiusdem, 10 Januarii 1554.

In confessionibus audiendis, concionibus et sacramentorum administrationibus eumdem ordinē, quem superioribus quadrimestribus literis significauimus, hucusque obseruamus; et siquando uni ad dies aliquot intermittendarum confessionum, per alterius successum, concedatur facultas, ut circumiacentes visitemus ciuitates, pagos ac villas, sive ob necessitatem negotiorum, quae in temporalibus exequenda occurrunt, sane ut expetentium studiosis quandoque satisfaciamus desideriis, nunquam fructu spuali. domum vacuos reuerti contingit, quod [non] exiguum immensae charitatis Chri. erga hanc suam societatem est indicium, quam haud secus ac matrem nouo foetu uberioris fructus ubique gentium gaudio coronare, sub suoque protectionis praesidio fouere dignetur.

Requisitus a diversis ex quodam magno pago, ubi indulgentiae plenariae iubilaei iam concessae fuere, ad audiendum ibidem confessiones, tandem et ipso instante pastore pagi eiusdē accessi, necnon tribus continuis diebus ibi confessionibus audiendis vacaui. Interea multos variorū vitiorū in populo comperi regnare abusus, et plurimos non tantum aestimantes indulgentias ut pro illis consequendis ieiunare aut confiteri voluissent, dicentes se ignorare quid sint indulgentiae, solum in quaestum redundare sacerdotum, ut sibi ex confessionibus, quas audiunt, pecuniarum augeant cumulum·

[1] Apographum, in folio 329 v.° et 330.

mirum dictu quam res noua videbatur me recusare pecuniam accipere. Ultimo autem die (qui erat Dnicus.) cum totus ad sacra solemnia ad templum populus conuenerat, contra praedictas prauitates concionari coepi, explicando simul debitum peccati mortalis, poenas purgatorii, quas ob hoc incurrimus, si post confessionem hic poenitentiam non egerimus, et gratiarum plenitudinem, quam per concessas consequi dabatur indulgentias. Unde factum est ut multi, qui sexta feria ac sabbatho, ob contumaciam ieiunare noluerunt, dominica die prae tristitia ob neglectam grām vix cibum capere valuerint, dicentes se in posterum similes nunquam contempturos indulgentias. Alio quodam tempore, quo Bruxellas proficiscendum erat, externis quibusdam compositis, ad interna exequenda negotia totius laboris conuersa est intensio, ut tribus monialium coenobiis, tum concionando, tum publicis priuatisque habitis colloquiis, perlustratis non sine fructu haec consummata est visitatio.

Quaedam autem religiosa 40 annorum, quae iam 20 annos religionis habitum portauit, sed in tanta animi pressura et conscientiae reatu vixit, ut mori potius, quam amplius tale onus gestare eligeret, nobis confessa ac salutaribus corroborata viuendi consiliis, mirum quantum in corde sit illuminata, quod literae eius testantur, quibus se scribit iam incoepisse quasi nouitia hoc anno inuestita esset. Alterius cuiusdam coenobii venerabilis Abbatissa, ex quo R.dus Pr. nr. Adrianus [1] illam inuisit cum toto filiarum coetu, summa cum veneratione nram. prosequuntur societatem, multum nris. afficiuntur concionibus. Unde contigit in quodam magnatum conuiuio, ubi valde detrahi solebat nrae. societati, duas praedicti coenobii interesse Ill.es Dnas. quae societatem tantis laudibus extulerunt, ut nullus aliorum amplius verbum iniuriae in illam iniicere praesumeret.

Quidam iuuenis promotus anno superiori, ingenii acumine, omnibusque naturae dotibus satis insignis, spūalia absoluit exercitia, in quibus se totum societati resignauit.

In confessionibus et communione frequentiori in dies fructus augetur; confunduntur subinde, qui prudentia carnali ma-

---

[1] P. Adrianus Adriaenssens.

gis quam Dei zelo ducti, tam pia tamque salutifera non cessant reprobare exercitia, ad quorum confutationem non parum acrimoniae accessit ex positionibus theologicis a P. V. huc missis [1], quas tam Ven.lis Dnus. Cancellarius [2] quam alii nonnulli magistri nri. [3] cum aedificatione legerunt.

Tantus in omnibus templis communicantium fuit numerus per singulos dies, quibus natalitia Dni. celebrata sunt, ut non immerito intuentium oculos et corda in summam raperet admirationem, ipso die, quo natus est Salvator, in templo Sancti Petri duo millia hominum, aut eo amplius, Sacratissimae Eucharistiae sumpsisse Sacramentum, quod antehac auditum non erat. A confessionibus audiendis nunquam cessatum est diutius quam dum cibus sumendus, sacra celebranda, aut verbum Dni. praedicandum fuerat, in quibus R.dus Pr. Adrianus rara quadā prudentia cum fructu maximo versatur, praecipue studiosae iuventutis et Sacerdotum, qui confitendi grā ad illum confluunt; non huius dumtaxat ciuitatis homines, sed a tribus aut quatuor milliaribus rustici pro conscientiae suae aequiori consilio ad eum veniunt. Puerorum insuper tanta ad confessionem venit multitudo ut integri persaepe dies audiendis erudiendisque illis insumantur, qui hinc magnae spei et aedificationis fragrantem quemdam odorem, haud secus ac si cum lacte animo imbibissent, prae se ferunt; et, ut de multis quaedam sigillatim referam, duo ingenui iuvenes, annos circiter viginti nati, suscepta in liberalibus artibus promotione, laxaque nimis freti libertate, studiis postpositis, parentumque spretis monitis, in perditam luxuriosamque inciderant vitam. Unde tandem, ob peccati consuetudinem, sibi reuertendi patere viam desperantes, suae turpitudinis non in se ipsos sed in Deum ac naturae fragilitatem totum reiecerant reatum: sed tandem deuicti confessionis officio et diuina promoti grā., vitam totam in melius commutarunt. Retulit mihi alter, qui saepius iam confitetur et communicat : nunquam potuissem possibile credere tantam ex communione dulcedinem et fructum hauriri, nisi experientia edoctus essem.

---

1 Vide POLANCO, *Chronicon.*, t. III, pag. 8, n. 6.

2 Ruardus Tapper.

3 Scilicet *theologi doctores*. Vide *Cartas y otros escritos del B. P. Pedro Fabro* et POLANCI *Chronicon*.

Quaedam etiam publica meretrix, quae concupiscentiarum illecebris animas multorum cassibus diaboli irretiuit, omnem turpitudinis quaestum una cum tali viuendi modo contempsit, vitam mutauit, peccata confessa est, multis lachrimis deploravit, tantum abhorrens iam ab omni hominum conspectu, quantum inde unquam voluptatis concepit. Alia quaedam nobilis persona, quae multos annos detestabili haereticorum adhaesit sectae et coniurationi in omnium Sacramentorum denegationem, diuino auxilio, crebrisque adhibitis admonitionibus, totius vitae generalem fecit confessionem, diabolicam sectam reliquit. In cuius detestationem, quotquot haereticorum libros aut scripta habebat, in praesentia aliorum combussit. Sed longum esset singulos aedificationis ex confessionibus fructus percensere, quamque nobis confitentes se in omnibus misericordiae operibus feruide exerceant, perlustrantes domos pauperum, visitantes infirmos, moestos consolantes, et per domos eleemosinas colligentes, quibus pauperum et infirmorum subueniant necessitatibus. Vocamur et nos frequenter ad infirmos, ut, confessione audita, salutares a nobis suscipiant consolationes; plurimum enim nra. faciunt monita, apud quos, simul ac propriis visitati fuerint pastoribus, si vitae periculum urgeat, missarum subinde celebramus sacrificia, ut refocillati coelesti illo cibo, vel in corpore et in anima conualescant, vel in patriam coelestem transmigrent, etc.

CCLXXI

Annibal a Coudreto
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 14 Januarii 1554 [1].

†
IHS

Gratia et pax et misericordia Dni. nri. Jesu Christi sit cum omnibus nobis. Amen.

Parum est omnino, Pr. in x.° colendiss.^{e}, quicquid apud nos hoc quadrimestri actum est, et quod paucis admodum verbis dici facile possit, nisi ex iis essent nonnulla, quorum narratio, ut facilius intelligatur, nobis est paulo fusius explicanda.

In hoc genere noui cuiusdam monasterii in hac urbe institutio est, de qua nobis est primo loco dicendum. Erat in hac ciuitate coenobium quoddam mulierum multis nominibus infame [2]. Huius defuncta Abbatissa, rogatus Prorex [3] et a R.^{do} Dno. Vicario, et a Magistratu ciuitatis ut, priusquam altera in demortuae locum subrogaretur, tantae infamiae salutique mulier-cularum prospiceretur, rem omnem R.^{do} in x.° Pri. Hieronymo Domenech commisit; qui, postquam diu multumque in omnes partes circumspexit, absurdum fore, immo inutile ratus vinum nouum in utres veteres immittere, radicitus euellendos illius loci mores credidit; nec Abbatissam (quamvis ea optima sanctissimaque legeretur) ullam efficere posse ut, quibus illae

[1] Apographum in folio duplici, nn. 153 et 154.

[2] Sermo est de monasterio, quod dicebatur Ascensionis, de quo saepius jam in his Quadrimestribus, et in POLANCI *Chronico* et in *Cartas de San Ignacio.*

[3] Joannes de Vega.

vitiis assueuerant, ab eis vellent ullo modo discedere. Ita varie diligenterque re agitata, visum est tandem id consilii Proregi proponere, ut, dispersis illis in alia monasteria, novae in sanctum illud habitaculum monachae inducerentur; et quo aptiores ad veram religionis normā esse possent, non ex aliis coenobiis, sed ex saeculo virgines sumerentur, paulo post a Vicario consecrandae. Nihil morae fuit in Principe, quomi nus omnia, ut proposita fuerant, ita transigerentur. Mulieribus igitur, quae ibi habuerant *(sic)*, a Dno. Vicario in monasteria, prout ipsi visum est, distributis, edicitur a Pre. nro. concionatore [1] si quae virgines ab hoc saeculo nequam, vitae tranquillioris amore, velint in locum sacrum secedere, nomen deferant, amorem sui, patriae, parentum, abjiciant, ut unum induantur Jesum Christum, huic uni posthac et victuras et morituras statuant. Mira res, et sane laudanda; eo ipso die plures quam centum ex iis, quae Pribus. nris. confiteri solent, sicut a R.do Pre. Praeposito accepimus, conscribi petierunt. Habitus est tamen delectus, neque plures quam decem et nouem sunt admissae, quae natali die Beatae Dei Genitricis in illius monasterii templo, sacrum faciente uno ex Pribus. nris., sumpto Dni. nri. Jesu Christi sacratiss.o corpore, magna populi frequentia, spectante etiam Principe, Rhegiensi Episcopo, et ciuitatis Magistratu, post auditam, quae maxime ad rem faciebat, concionem, nouo suae vitae instituto dederunt initium, ab eaque die benedictinarum se normae addixerunt. Ex hac enim familia fuerant, quae ibi ante viuebant. Erat sacra illa aedes Ascensioni Dni. dicata, a qua et nomen toti loco fuit, cuius situs, quod inutilis parumque idoneus ad hoc vitae genus videbatur, virgines illae in alium locum, qui ad hunc usum antea fuerat electus, magna hominum maximeque mulierum comitante multitudine, sunt deductae, ubi nunc, non sine sanctitatis fama (quid enim non dicam quod verum est?) et praedicatione bonorum omnium perseuerant; neque id certe immerito fit, ut et sui tantā existimationem, et caeteris monachis admirationem excitent; Diui enim Benedicti canones ne latū quidem pedem transgrediuntur: victus, vestitusque ratio eadem omnibus, nihilque ulli omnino pro-

---

1 Concionatorem Messanae hoc tempore agebat P. Hieronymus Otellus. Polanco, *Chronicon*, t. III, pag. 216, n. 468, et pag. 227, n. 499.

prium, ac ne qua ullo modo proprietatis illuc obrepat suspicio, vel labes inferatur, mutant inter se persaepe, quae honeste possunt. Eucharistiae Sacramētum singulis Dnicis., saepe etiam frequentius, recipiunt; parentum et cognatorum colloquia, pestes ac pernicies monacharum, diebus Dnicis. ac festis ne admittunt quidem; reliquis diebus ita breuiter, ut magis eorum infirmitati id concedere quam ullius sui solatii gra. facere videantur; adeoque ne id quidem sine comite. Neque ad hoc illis sunt, ut caeteris cancelli, sed lamina tantum angustis foraminibus pertusa. Qua ex re factum est ut quarumdā matres obmurmurare coeperint privari se filiarum conspectu: se vero non in id genuisse ut iis omnino carerent. Cui rei, siue id ita volebat, siue ut earum animum probaret, simulabat, cū se obstare velle R.dus Pr. non diceret, proponeretque vellentne fenestellā fieri, qua et videre nonnunquam matres et videri ipsae ab illis possent, vicit Christi amor carnem et sanguinem, effecitque ut se id nolle responderent. Ipsae autem et communionum frequētia et diuinorum officiorum deuota celebratione, tantā ad sacrā illā aedem hominū multitudinem attraxerunt, ut prope paria omnia locus ille cum Diui Nicolai templo habeat.

Concionatur ibi festis ac Dnicis. diebus unus e Pribus. Collegii huius iisdemque etiam legit pomeridianis horis ac diebus veneris; est autem auditorum numerus non exiguus: templum satis capax (minus tamen nro.); confessuri et communicaturi permulti eo accedunt: breviter, eadem ibi fiunt, quae apud nos, ut natum in hoc solo deductumque illuc ramum illum facile appareat.

Compressi ut potui orationem, sed nec sic effeci ut breuissimus essem. Quid si omnia essem persequutus, quae in hac re non immerito scribenda viderentur? Multo sane fuissem longior. At vero quis non laudabile maxime duxerit virgunculā, dum a suis retraheretur ne in sanctā illā domū ingrederetur, respondisse si morituram se eadem die intelligeret, nō tamen ab incoepto desituram? et quod huic cū obiiceretur vilitas habitus, quo erat induenda, vestiar (inquit) herbis licet, ego tamen ibo: sed tamē hoc omittamus et iam alio (si videtur) nra. se conuertat oratio [1].

---

[1] De his quae ad hanc monialium Ascensionis translationem pertinent, vide omnino POLANCO, *Chronicon*, t. III, a n. 497 ad n. 502.

Domus illa receptandis meretriculis, quae resipiscere vellent, comparata, de qua alias scripsimus, mirum in modum et spiritalibus Dei donis et opū etiam terrenarum subsidiis aucta est. Donata est illis domus commoda a quodam pio Abbate, una cum templo; accesserunt ab aliis redditus annui, a plerisque eleemosinae largissimae, praeter virorum permagnum numerum, qui aliquid in singulos menses elargiuntur, earumque curam gerunt; et matronae quaedam ditissimae et nobilissimae totius urbis his maximopere et re et verbis fauent: re quidem, cum de suo porrigunt, verbis autem, dum urbe tota, quod illis largiantur, quaeritant. Sunt haec duo opera, quarum hactenus mentio facta est, ciuitati ornamento, neque parum utilia.

Quod vero nunc subiiciam eo est laudabilius quod non uni tantum civitati, sed toti regno nō mediocriter sit profuturum. Pragmaticas enim quasdam (sic autem decreta Principum hic appellant) paucos ante dies, hortante maxime R.do Pre. nro. Pre. Hieronymo, Prorex toto Regno edici praecepit, quae, si pari diligentia, qua nunc coeptum est, posthac observabuntur, neque iurare omnino, neque ludere, publice saltem, neque cauponari, neque concubinas alere perditis licebit. His enim bona pleraque praecipiuntur, et praeter haec mala permulta prohibentur, quae referre singula, quoniā nimis immensum et infinitū videretur, ea typis mandata, ut hic edita sunt, ad te mitto [1].

Addamus et his, quae publica sunt, etiam hoc: cum enim multos ante annos sacri chrismatis nullus hic fuisset usus, effecit idem saepe memoratus Pater apud Rhegiensem Episcopum ut duobus diebus innumeram populorum turbā hoc sacramēto insigniret.

Ut vero de nobis aliquid dicamus, scholarum ratio, domestica instituta, confessiones, conciones, lectionesque novi nihil habent, quod et ex superioribus nris. literis intelligi non possit. Quadraginta horarum oratio [2] bis nro. in templo his quatuor mensibus facta est, ad quam ingens virorū mulierumque multitudo confluxit. Jubilaeū, nō multos dies ante festa natalitia, huc allatum est; quos vero tunc aliisque temporibus ex

---

[1] Vide *Pragmaticarum Regni Siciliae Novissima Collectio,* passim.
[2] Vide Polanco, *Chron.,* t. iii, pag. 198.

confessionibus fructus R.[di] Pres. nostri collegerunt, nihil est quod repetamus, licet divina gratia fuerint copiosi; iidem enim sunt, quos saepe scripsimus. Ad audiendas infirmorum confessiones accersuntur saepissime. Qua in re praetermittendum (licet maxime festinem) nequaquam videtur, quod duo, vir alter, altera foemina, fluxu sanguinis, cum eo colloquentes, qui eos audiuerat, liberati sunt. Horum vero prior eo deuenerat, ut iam nullum a medicis remedium (experti enim fuerant quae potuerant) adhiberi posse videretur.

Societatis nostrae ingrediendae desiderio plerique tum scholastici tum alterius generis adolescentes tenentur. Horum quidam saepius latae repulsae impatiens, sancto fervore accensus collegium, decepto ianitore, intrauit; cumque ea die detentus Pr. quibusdam negotiis, et cum eo Rector, domo ad noctem usque abfuissent, nulla ratione adduci potuit ut exiret; ubi Pr. R.[dus] aduenit, quid agat aut velit interrogat. At ille: missus (inquit) sum a Spiritu Sancto; constantissime interim asserens se nullo modo exiturum. Nihil igitur illi admonitiones, nihil iussa, nihil blanditiae terroresque et adhibitae minae profuerunt: aduocatus est tandem eius pater, quo viso, reluctari ille strenueque obsistere, Spiritui Sancto parendum esse dictitans, plenus interim ac perfusus lachrymis: ab angulo, cui adhaeserat, vix tandem a patre suo abstrahitur. Neque tamen fores collegii est egressus, prius quam ab eo exoraret ut, quoties R.[do] Pri. nostro recipiendus videretur, suum ipse assensū non esset denegaturus. Hoc uno vincitur, licet invitus, ac plurimum renitens, tamen cum patre abiit. Hoc exemplum, ut auctori gloriosum fuit, ita nobis nonnihil periculosum: nunc enim vix ab huiusmodi insidiis securi sumus, nec cauere potuimus, quin alter hisce diebus illud sequeretur, sed feliciori, quam prior, exitu; hic enim corpore quidem satis pusillus, animo vero certe vir, et qui adultam pueritiam senilesque mores prae se ferat, absente Patre, pariter et Rectore, Collegium ingressus, redeunte vespere Patre, ac rogante quid faceret peteretve, hic sum (inquit), hic manebo; neque aliud quicquam audiri ab eo potuit quam ibi velle manere. Obstupefactus Pater ac prope jam victus secessit in cubiculum. Quid enim aliud faceret? Pater huic non erat hac quidem in urbe; est enim pactensis. Miles quidam hispanus, vir probus et nobis cognitus, apud quem age-

bat, paucis post diebus discessurus Melitam ferebatur; praeterea nox erat nec tutum satis puerum id temporis solum dimittere. Commisit domesticis ut eum, si possunt, emittant. Jussu ministri unus e nostris, inscio Patre, acceptum brachiis effert foribus; tum ille lachrimans: Spiritus (inquit) Sanctus huc me misit; vos eiicitis. Nec tamen elatus discessit; sed, clausa janua, super limine sedebat tacens ac gemens. His tam certis tamque insignibus indiciis boni et constantis animi motus Pater admitti in domum probationis jussit, sicque perseverantiae praemium, quod optaverat, retulit.

Magnum est Societatis hujus in hac urbe nomen, magna existimatio; animus bonorum omnium ac ferme praecipuorum nobis devinctissimus, cujus rei illud etiam sit indicium quod Jurati civitatis noningentas uncias, hoc est, bis mille ducentos ac quinquaginta coronatos, Collegio largiti sunt, ad emendas duas nobilium domos, quae commodissime quadrare Collegio videntur. Numerandi praeterea septingenti et quinquaginta coronati; tribus enim coronatorum millibus venditae fuerunt; sed hos aut Collegium, si quando possit, dissolvet, aut a Juratis aliis petere dono non dubitabit.

In Sancti Philippi [1] Abbatiam mittitur, qui dominicis diebus illic concionetur. In Italae quoque coenobio, in quo Abbatia Proregis fratri collata est [2], duo habitant ex nostris; R. P. Elpidius et panormitanus Joannes Baptista, illi socius, egerunt illic a festis Natalis Dominici. Sperandum est concionibus ac lectionibus P. Elpidii non rudes tantum illos populos sed illos quoque monachos adjutum iri.

R. P. Praepositus [3] una cum Prorege, altero a circumcisionis Domini die, Panormum navigavit; adversis autem ventis aliquot dies Milis [4] commorati sunt, ubi interim hospitale quoddam opera ejusdem P. institutum fuisse accepimus.

Haec sunt, Pater optime, quae nunc offerre possumus. Tu vero pro tua benignitate ignosce inscitiae nostrae atque socordiae, quam ut excitare, immo prorsus abjicere, tandem aliquan-

---

1 Sanctae Mariae della Grotta, Abbatia Messanensi Collegio attributa.
2 Vide in Polanco, *Chron.*, t. III, pag. 202, annot. 3.
3 P. Hieronymus Domenech, universis in Sicilia sociis praepositus.
4 Vide Polanci *Chron.*, t. II, pag. 552.

do possimus, tuis ad Deum optim. maxim. precibus effice. Vale, P. in Christo observandissime, omnium memor esto.

Messanae 14 Januarii 1554.

R. P. T.

inutilis in Christo servus,

ANNIBAL A COUDRETTO.

Alia manu: Messana, Originale [1].

CCLXXII

Franciscus Viera,
Ex commissione Patris Gundisalvi de Silveira,
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 15 Januarii 1554 [2].

Jhs.

Muy R.do Padre.

Gra et pax Dni. N. X. sit semper nobiscum. Amen.

Para cumplir con la justa obligacion que de escribir tenemos á V. R. cada 4.º meses, diré algunas cosas que por nra. Comp.a se dignó Su M.t obrar en esta ciudad.

En los meses atrás [3] oyó V. P. de cómo el P. M.º Hierónimo Nadal cō grā instancia y favor de sus A. A. [4] para esto, habia procurado poner en efecto la distincion que ay en N. Comp.a de

[1] Sic; hic tamen dicta etiam intellige quae supra, pag. 477, annot. 1.
[2] Autographae in folio duplici, nn. 403 et 406.
[3] Vide supra, pag. 441 et 465.
[4] *Sus Altezas.* Rex, Regina et Principes.

casa y Collegios, cosa de mucho fructo para la gente, que paresce hasta entonces no se sabia determinar en las cosas della; porque, como en la verdad todos procedian cōfusamente, ansí unos decian della de una manera, otros de otra. Ahora por la bōdad de Dios N. S. todo ba muy bien y á mayor gloria de Dios y alabanza suia, y á grā aumēto del edificio deste pueblo, que nos tiene mucha aficion.

En el pr.º de Octubre, como creo ia V. P. sabrá, nos dió su A. [1] la Iglesia de San Roque, que es de muy buena capacidad y situada en el más noble y sano lugar de la ciudad. Despues de muchos dias avella pedido á los cofrades della, los quales se determinaron de no dalla y entēdiéndolo el Rey, despues de muchos ruegos y cumplimientos con ellos, determinó de venir á ella en propia persona para de su mano nos meter en posse [2], como lo hizo, encargando al Sr. Don P.º Mascareñas para nos dar las llaves; y como en todo el Rey es muy justificado y por no desconsolar á estos hombres, satisfizoles, dándoles 100 ducados, que podian haber gastado en azulejos, de que tenian muy bien aderezada su iglesia, y 10 ducados de renta cada año, que podia rētar la caxeta de las limosnas, y 30 ducados en cada un año en su vida á un capellā, que habia más de 30 años que habitaba en la iglesia, quedando aún los cofrades algo descōtentos; mas no pasaron muchos dias, despues de nuestra estada, que Dios N. S. los acabase de consolar, viendo el grande fructo que se hazia y conosciendo quan bien habian trocado, permitiendo tirarse esta iglesia á un capellan para darse á tantos, de que Dios se sirve, de lo que estan muy contentos y grādem.te consolados, como despues mostraron con palabras y obras; pues, despues que bieron nro. modo de vivir, mostrarō tanto su cōtentamiento que nunca acababan de dar gracias al Señor de haber nosotros sido en los que cupo la suerte de venir á esta casa, ántes que otros muchos religiosos, que ya la habian pretendido alcanzar de ellos, y con favor del Rei. Bendito sea el Señor por todo. Y así se fueron á la Reina, que para dársenos la casa fué casi todo, dándole gracias, diciendo serles hecha una grā m.d alcanzar nuestra conversacion por su medio, aunque

[1] Rex Portugalliae.
[2] *en posesion.*

antes le estavan mal aficionados y se quejaban ansí della como del Rei, y añadierō diciendo que renunciaban á lo que habian contratado de hazérseles una capilla para su S.to junto á la nra., teniendo por mejor quedarse en nra. conversacion, aunque sin capilla y sin aparato de cera y otras cosas, de que ellos suelen hazer mucha cuenta, contentándose cō que los encomendemos al Señor y tengan su tabla pequeña solam.te los domingos [1].

No sólo en estos se halla esta devocion de nra. Comp.a, mas aun en la gente más noble, de que es á la continua nuestra iglesia frecuentada con confessiones, comuniones y ejercicios espirituales, ó para rescibir consejos y para efectuar muchas cosas y obras pias y de servicio de Dios N. S., y por esta causa tenemos los P.es, que aquí somos, tan occupado el tiempo que para comer y rezar usamos dél á hurtadas; y si fuésemos más, como somos los contínuos 4. y á vezes 5. y 6., para todos abría cōfessiones en la mañana y tarde y aun en la noche, si á las mujeres se diese lugar como se dá á los hombres. Es tanto el concurso de cada el dia que tengo en poco cōtar en cómo en esta fiesta de Navidad, á la noche con cirios encendidos en la iglesia, y de dia hasta la una despues de medio dia, no se dejaron de quantos aquí somos los confessonarios más que en quanto se tomó algun poquito de sueño y tiempo para cumplir con nuestros oficios; y son los P.es muy instados para lo hazer en muchas partes de afuera; con algunos se cumple porque somos pocos; lo mismo se haze en las cōfessiones; en otra manera sería no dar recado á los que nos vienen á buscar á nra. iglesia.

El que predica es el P. Dō Gōzalo [2] y muy bien y cō mucho hervor; y creemos se sirve mucho N. S. mucho en este ministerio. Tiene grā facilidad y copia y devocion en el predicar, y dá grande expectacion de sí, y viene á oir mucha gente noble y otra mucha gente cō grā cōcurso, y satisfaze mucho. Lee tambien, qn.o no ay dia S.to en la semana [3], una licion de la scriptura al miércoles, á donde tambien biene mucha gente.

Hace el P. Gonzalo Vaz doctrina á los domingos y dias san-

---

[1] Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 434, n. 963.

[2] P. Gundisalvus de Silveira, Professorum domui praepositus.

[3] *cuando no hay dia santo en la semana*, cum intra hebdomadam nullus est festus dies.

tos á la tarde, y es admirable el concurso de la gente que viene y con tanta devocion que es para dar gras. al S. Queda mucha gente en la iglesia á la mañana sin ir á comer, para poder tener lugar en ella para poder oir la doctrina, y otras mandan traer el comer y comē en el campo qn.º por la mañana vamos á comer; lo que por las muchas confesiones que ay es al m.º dia y más tarde; queda ia la iglesia casi llena del gente que ia viene á la doctrina, y cuando acabamos de comer, está ia tan llena la iglesia con ser algo capaz, que ia no se puede entrar y esto aunque llueva y aia otros impedim.tos dello, como otros sermones y indulgencias en otras partes; y es tanta la gente que biene que mucha más gente se va que la que ay, y esto cō mucho exceso. Fué forzado el P. Prepósito mandar al P. predicar fuera para satisfazer con la devocion de tanta gente, aunque por ser algo flaco y indispuesto, no lo pudo hazer muchas veces; y es cosa para alabar y dar gras. al S. de la mucha devocion que le tienē, porque aunque llovia en estas doctrinas que hazia fuera, así estaba la gente atenta y cō la misma quietud como si hiciera buen tiempo.

Ahora predica dentro, y cresce tanto de continuo el concurso, que nos espanta; porque cō casi saber la gente que no ha de caber en la iglesia, viene tanta de continuo en tāto crescimiento que al principio se volveria por no poder oir otra tanta gente como estaba en la iglesia, y ahora se volverán, de las tres partes, dos y más. N. S. sea alabado por todo.

Va tambien este P. al miércoles á hazer una plática á las damas de la Reina á donde viene casi toda la gente del palacio y haze tambien otra plática á la Infanta Doña Isabel y á toda su casa y á otra mucha gente del palacio, la qual por ella posa en él, tambien biene; y muchas destas mujeres nobles se cōfiesan y creesse que, como son personas tan principales, que su provecho redundará en grande gloria y servicio del Señor.

El P. Doctor Torres, que agora posa aquí, haze otra á las damas de la Princesa [1], y de ellas se cōfiesan muchas y en ellas aún más se vee la devocion. N. S. sea alabado por todo. Es muy grande el crédito y amor que todos los S.res nobles desta corte tienē á la Comp.a; y no sólo de ellos, mas de todo el pueblo no

---

[1] Joanna, Caroli V filia, Joannis, Portugalliae Principis, uxor, jam tum vidua.

cesã los que aquí viven cerca de nosotros de dar gras. al S. quererles hazer tanta m.d en traernos aquí; y los que están lexos, desean vivir cerca de nosotros, y ia algunas personas nobles se mudaron aquí cerca. Cresce tanto este amor y devocion en la gente y en el cõtinuo concurso á los sermones y doctrinas que nos fuerça á quererles hazer la iglesia más capaz, sin esperar el edificio que se espera hazer, aunque en ello se dé buena prisa; y el Rei, como todos los príncipes y los del pueblo, muestran muchos deseos de querer ayudar de su parte. Su A. maxime a tomado el asumpto de la traça de la casa, que ya agora tuviera algun principio, si no lo impidiera la muerte del Príncipe [1], su único hijo, que Dios N. S. tiene en su gloria, de que sus A. A. están muy desconsolados, aunque en sufrillo se muestrẽ grãde y xpño. ánimo.

A fuera sus Altezas, los S.res principales ofrecẽ ia de ahora algunas particulares personas para la obra, quien 90, quien 30, quien 50 ducados, y alguno 250, y otros mucho segun puede cada uno; no dexando muchas otras limosnas, que cada dia hazen á la iglesia, como son 4 cálices muy buenos y ricos hornamẽtos para los altares, retablos, y vestimẽtas para los sacerdotes, y un sagrario, donde ahora está el S.to Sacramento, muy bueno y rico; y si quisiésemos abrir puertas á rescebir, sería mucho más; parésceles que dar aquí ganã jubileo. Es tanta la cõpasion que tienẽ de nos ver posar en unas pobres, pequeñas y pocas casas, que no dudo se acabara muy presto la obra tanto que fuese comẽçada. La experiencia de muchas buenas obras que nos hazen y para más se ofrescen, me haze hablar desta manera.

Son tantos tambien los que dan y se ofrescẽ á dar porciones, como acá se acostumbra, en moneda, que algunas veces nos hazen recordar de quã mal imitamos á las sacochas de allá [2].

Tenemos aquí por Prepósito local al P. D. Gonzalo, que al presente suple á todas las prédicas y doctrinas, así dentro de nra. casa como del palacio, por caer enfermo el P. Gonzalo Vaz; empero el Doctor Torres, que aquí está por colateral del

---

[1] Joannes, qui supremum diem obiit 2.a Jan. hujus anni 1554. Unicus is dicitur quia caeteris suis fratribus et sororibus supervixerat.

[2] *cuán mal imitamos á las sacochas de allá;* quam male eos imitamur, qui in Italia alibique, peras *(saccoccie, bisaccie,* hisp. *alforjas)* humeris gestantes emendicant.

Provincial, del domingo, que adelante viene [1], tomará el asumpto de las doctrinas, y hasta ahora se ocupaba en cōfesiones y otras occupaciones, principalm.te en venir á palacio á hablar á sus A. A., de quien muchas veces es llamado, y le tienē grā crédito y le ocupā en cosas de mucho servicio de N. S.

Por ahora no más que encomendarnos en orationes de V. P. y de todos los P.es y herm.os de allá.

De comision del P. Don Gonzalo.

De Lisbona á 15 de henero de 1554.

De V. P. hijo y siervo en Cristo

Francisco Viera.

Superscriptio in quarta pagina: Jhs.

Al muy R.do en xpo. Padre el P. M.o Ignacio, Prepósito General de la Comp.a de Jesus en

Roma.

Alia manu: 1554. Quadri. lisbona. 15 de Gennaio.

Praecedentium litterarum Francisci Viera latina versio [2].

IHS

Gratia et pax Dni. nri. Jesu Chri. sit semper nobiscum. Amen.

Ut debitum ad te quarto quoque mense aliquid litterarum dandi praestarem officium, Reverendissime Pater, non alienum duxi ad te perscribere nonnulla, quae per nram. Societatem summa illa et tremenda Majestas superioribus proximis mensibus facere dignata sit.

---

[1] *del domingo, que adelante viene,* dominica proxima.

[2] Autographum in folio duplici, n. 411.

Audivisti, credo, quemadmodum Pater Magister Hieronymus Nadal mirifico et studio et sollicitudine Regis ac Reginae efficiendum curaverit, ut domus a collegiis pro more Societatis separaretur; rem nimirum populo fructuosam et utilem, qui quidem ante illum diem de eis rebus nesciebat quid existimandum esset; cum enim omnia haberentur confusa, aliis alia sententia erat. Jam nunc Dei opt. max. beneficio recte optimoque ordine cuncta procedunt, tum ad Dei laudem et maiorem gloriam, tum ad aedificationem hujus populi, qui nos benevolentia complectitur singulari.

Calendis Octobris Rex nobis concessit templum Divi Rocchi, latissimum et in celeberrimo totius urbis et saluberrimo loco positum; quod quidem templum cum multum diu a confratribus petitum esset eosque id retinendum constituisse Rex cognovisset, post multas preces officiosaque imperia, diem fixit, quo ad illud die veniret, ut nobis ipse praesens illud traderet. Itaque fecit, et nobis per Dnum. Petrum Mascarenhas claves committi jussit; qui tamen ut est aequi servantissimus, hominibus, ne quam molestiam inde contraherent, satisfecit. Primum 100 aurei restituti, quos plus minus illi coëmendis tessellis, quibus artificiose quidem exornatum templum erat, consumpserant; decem item in singulos annos, quod quidem compendium arcula eleemosynarum facere posse videbatur. Decreti deinde triginta singulis quibusque annis parocho hujus ecclesiae, dum vixerit, qui amplius triginta annos ibi habitaverat. Quibus sane rebus cum non omnino fratres essent contenti, haud post multos dies, quando coepimus in eo loco agere, pensiculato fructu, qui inde ingens percipitur, omnium erga nos voluntates animosque Deus opt. max. conformavit. Animadvertunt namque optime commutasse, ecclesiam, uni quidem parocho ademptam, multis traditam esse, tanto studio sollicitudineque Deo servientibus. Quod eos quidem certe maximopere delectat atque consolatur: quam profecto laetitiam, posteaquam et institutum et rationem nostrae omnium vitae intellexerunt, tum verbis tum re saepe declararunt, nullum unquam tempus intermittentes, quin Deo gratias agerent, quod nobis potius quam multis aliis religiosis, qui eam adipisci Regis item favore tentaverant, haec aedes (Domino rerum omnium gratia et laus) obvenerit ac contigerit. Denique in regiam se contulerunt, Reginae, quae quidem caput et

auctor huius aedis nobis dandae fuerat, immortales gratias agunt: summum se beneficium, qui in nram. consuetudinem familiaritatemque per illam venerint, accepisse, quamvis antea, non ita bene ad illam affecti, de illa Regeque multa quererentur; ad haec nolle quod principio convenerat, ut suo Sancto sacellum nostro templo contiguum construeretur; malle se nra. consuetudine frui sine sacello, sine cerae apparatione, aliisque hujuscemodi rebus,quae ab ipsis in magnis habentur; satis bene secum agi existimare se, si sibi nrarum. precum fructus communicemus, diebusque dumtaxat dominicis mensa parvula haberi sinatur.

Et quidem hoc nrae. Societatis studium devotionemque non in iis modo verum etiam in primariis perspicere est, qui tum confitendi, tum sanctae Eucharistiae suscipiendae gratia, tum ut accipiant spiritualia exercitia et consulant, qui possint multa piissima Deoque gratissima opera exequi, concurrunt. Quamobrem quotquot hic sumus Patres, tot distinemur occupationibus, ut nisi subsecivis temporibus cibum capere precesque horarias recitare nequeamus; quod si plures essemus, cum assidue quatuor, alias 5, alias vero 6 simus, nec mane nec a prandio sed minime noctu, si mulieres ut homines admitterentur, confessionibus sufficeremus. Tantus profecto est quotidianus concursus, ut parum putem, si hoc Christianae Nativitatis festo, interdiu ad primam pomeridianam horam, noctu vero, cereis in templo accensis, omnes quotquot hic sumus confessionibus intentos fuisse recenseam, ut vix aliud suppeteret tempus, quam quod ad psalmos horarios recitandos aut ad quietis aliquid capiebamus.

Ad idem multis aliis in locis faciendum Patres sollicitantur; at nos nonnullis satisfacimus, propterea quod pauci sumus; idem in confessionibus servamus, ut possimus eos, qui ad nos in nram. ecclesiam veniunt, audire. Concionatur Pater D. Gonçalvus optime et vehementissime, quo in ministerio rem illum gratissimam Deo facere credimus. Est in dicendo tam facilis, tam copiosus et ardens, suique maximas excitat expectationes; quem ad audiendum cujuscumque modi hominum sed maxime nobilium innumerabilis multitudo convenit, quibus ille, ut videre est, placet. Diebus quoque mercurii, nisi festum in hebdomada aliquod intercurrat, non sine magno conventu ac frequentia sacrae paginae lectionem enarrat. Pater Gonçalvus Vaaz diebus

dominicis festisque omnibus vesperi non minori quidem hominum [frequentia] eaque attentione doctrinam facit, ut maximae Deo gratiae sint agendae. Maxima pars mane in templo, ut suum locum tueatur, remanet, neque pransum it, alii cibum afferri jubent, in campo manducant; ubi nos cibi capiendi causa de templo discedimus, quod certe ad meridiem aut serius propter frequentissimas confessiones fit, fere totam ecclesiam occupatam a populo relinquimus, qui tantum ad doctrinam confluit. Finito autem prandio, ita refertam invenimus, cum sit capacissima, ut nemo intro admitti possit; id quod neque pluvia neque alia res ulla impedit, non conciones aliis in locis habitae, non indulgentiae. Denique tanta est multitudo eorum, qui veniunt, ut quam saepissime plures quam remaneant revertantur; quod cum Praepositus noster animadverteret, necessum esse existimavit, [quo] ardentissimis tam numerosi populi studiis satisfaceret, ut Pater pro templi valvis concionari juberetur. Id quod ille per corporis imbecillitatem et valetudinem diu nequivit sustinere. Sed est sane quidem mirum videre quam libenter quantaque aviditate omnes eum audiant, quippe qui et doctrinis, quae foris habebantur, licet plueret, nihilominus tantum illi silentium tribuebant, quantum maxime serena tempestate tribuissent: nunc intus concionatur, tantusque est concursus, ut nobis sane admirationi sit. Nam cum sciant et ecclesiam non posse tantam turbam capere, tot magis magisque in dies confluunt, ut initio de duabus una, nunc de tribus ferme duae, partes, quod, occupata jam ecclesia, non poterant audire, discesserint. Singulis praeterea diebus mercurii habet ad Reginae pedissequas brevem sermonem, cui fere omnis regia familia interest: habet item aliud ad Principem Elisabeth cum universa simul familia multisque praeterea aulicis, qui cum ipsa in regia habitant [et] eodem conveniunt; multae harum mulierum nobilium confessiones frequentant; quare in maximum Dei servitium et gloriam, earum fructus (sunt enim quasi civitatis lumina) redundaturus creditur. Pater Doctor Torres, qui hic nunc versatur, ad Principis pedissequas habet [concionem]. Ex his multae confitentur, in quibus etiam magis pietas elucet, gratia et laus Deo.

Tantum et fidei et benevolentiae huic nostrae Societati non primores modo hujus regiae tribuunt sed universus etiam populus, ut cum omnes, qui ad nostras aedes incolunt, nunquam

cessent Deo opt. max., quod nos huc transferre dignatus sit, gratias agere, tum qui diversi a nobis habitant, summo teneantur huc commeandi desiderio, atque adeo nonnulli nobiles huic viciniae commigrarunt. Quid quaeris? Tantopere et amor et charitas et multitudo ad conciones atque doctrinas concurrentium in dies magis magisque crescit, ut nos compellamur capaci aedi curam laxitatis adhibere, idque ante aedificationem, quam expectamus; quae in brevi conficiatur non est dubium, praesertim cum non solum Rex sed pariter et caeteri Principes et universus populus prae se mirificum animum pro se quisque adjuvandi ferant. Ac Rex quidem aedium descriptionem conficiendam suscepit, cujus quidem certe fundamenta essent iacta, nisi Principis, eius unici filii, quem Deus in aeternam gloriam evocavit, praematura funestaque morte intercepisset, quae illius juxta et Reginae animum acerbissimo vulnere sauciavit, quamquam id ita moderate ferant ut non minimum magni christianique animi specimen exhibeant. Praeter quos ac principes viros, nonnulli privati homines jam nunc partim nonaginta, alii triginta, alii quinquaginta, nonnulli 250 aureos nummos ad opus pro suis quisque opibus pollicentur ultroque offerunt. Taceo multa privata bona, quae sane quotidie ecclesiae donantur, quatuor optimos calices, magnifica aris ornamenta, tabulas pictas, vestes sacras, et pretiosum magnificumque sacrarium, quo nunc continetur servaturque sanctissimum Sacramentum; quod si omnia admitteremus, profecto multo plura donarentur; sic enim existimant lucrum valde magnum facere quicumque nobis aliquid donant. Ita commoventur quod eas ac paucas quidem casas habeamus ut nihil dubitem quin brevi conficiatur opus, si prima manus accedat; ac quidem id ut confirmetur summa illorum in nos beneficia multoque plura conferendi voluntas, quam quotidie declarant, facit. Quamplurimi praeterea ut dant portiones pecuniarias, quod hic sane fieri solet; ut pollicentur; ut nobis in mentem nonnunquam veniat quam male vestras peras imitemur.

Hujus domus Praepositus est Dominus Gonçalvus, qui in praesens tum doctrinarum, quae ubique locorum habentur, curam gerit, solusque omnem istum laborem sustinet, quod Pater Gonçalvus Vaaz in morbum incidit; sed a proximo dominico die Doctor Torres, qui Provincialis collega est, docen-

dum populum suscipiet, qui ad hunc diem confessionibus audiendis aliisque necessariis occupationibus vacavit, praesertim Regem Reginamque, a quibus frequenter accersitur, conveniendi. Ambo illi et mirum in modum faciunt et negotia Deo gratissima committunt.

Reliquum est ut me tuis precibus caeterorumque fratrum commendem ac tradam.

Ex Patris Gonçalvi imperio.

Olyssipone, 17. cal. februarias, anno a salute humana quingentesimo quinquagesimo quarto supra millesimum.

V. P.

Filius inutilis in Domino

FRAN.cus VIERA.

Superscriptio in quarta pagina: Admodum Reverendo Magistro Ignatio,

Praeposito generali Societatis Jesu,

Romae.

Alia manu: 1554. Quad. Lisbona. Del Febraio [1].

---

[1] Haud recte quidem, sed *del Gennaio*.

CCLXXIII

Franciscus Scipio
Patri Ignatio de Loyola.
Ferraria, 18 Januarii 1554 [1].

Jhs.

Gratia et pax D. N. Jhu. Christi insit animis nostris perpetua. Amen.

Paucis faciam te certiorem, P. optime, de his quae quatuor mensibus proximis gesta sunt. Nam cum in album relata essent recte facta patrum et fratrum, eorum commentariolus, qui hujus rei memoriae retinendae causa confectus erat, mea periit negligentia. Quocirca in medium proferam, quae mihi divini numinis ope occurrent. Primum de Patrum et Fratrum domestica consuetudine, deinde de eorumdem officiis in communi salute tuenda, tum vero de juventutis institutione.

Principio Patres pie ac ferventer se gesserunt ac gerunt, tum in orationibus, tum in officiis domesticis, exhortanturque fratres ad excellentem virtutem non tantum praeceptionibus sed ipsis actionibus exemplo demonstrant quales Xpi. servos esse oporteat. Docent eos parere divinae legi et sese totos ad xpi. Domini voluntatem effingere et in hujusmodi virtutis studio potissimum versari. Ac ut tranquillius sese darent orationibus; praeter templum constitutum est sacrarium, quo pro suo quisque studio et voluntate secederet, et in eodem loco congregati quotidianas fundunt preces. Quidam ex patribus adeo ducitur Dei gloria et communis salutis studio ut, suae valetudinis

[1] Apographum in folio duplici, nn. 89 et 90.

imbecillitate minime impeditus, diligenter sese exerceat, tum dando consilio de rebus arduis, tum consolando afflictos, tum concionando et audiendis in confessionibus fratribus et externis, ut omnino debile ejus corpus trahi et impelli mirifico quodam spiritus impetu et fervore videas.

Fratres se etiam honeste et obedienter gerunt, et Christi amore conjuncti ac mutuis officiis devincti, ipsi inter se alius alii virtutis gloria praestare contendit. Progrediuntur tum in virtutibus tum in litteris, pietatem cum disciplinis conjungendo. Et ut de aliis interim taceam, qui vere abnegationis et perfunctionis *(sic)* desiderio fervent, de quodam minime tacebo. Qui tantopere obedientiae et charitatis ministeriis Societati inservire coepit, ut neque febris quartana, neque debilitas corporis et vulnera pedum ab officiis domesticis deterreant, et minus a schola et pueritiae institutione retardent.

Patres maxime inserviunt ferrariensium saluti, eos tum confessionibus tum consiliis et exhortationibus adjuvando, unde profecto non mediocris sequitur fructus. Nam viri et foeminae, qui Patrum prudentia instituuntur, feliciter pergunt in via Domini, magno fortique animo crucem suam quotidie capessunt, universos verbis et factis instruunt, familias in Dei timore et patrum disciplina continent, et in suis denique rebus omnibus solam Dei gloriam et proximorum salutem spectant quaeruntque. In hoc jubilaeo non modo pluribus accurrentibus operam suam in templo usque ad vesperam, sed etiam domi nocte dederunt; et magna certe eorum fuit multitudo, qui vitae lapsus lachrimarum imbre diluerunt. Atque ex plurimis quidem, qui ad confessionis asylum perfugerunt, nonnullos ad Domini gloriam referam. Quidam, cui monachi placuerat institutum, et in eo duodecim manserat annos, tandem a vita religiosa recedens, per duos annos omnium vitiorum se ministrum praebuerat; demum Dei benignitate in morbum incidit, et in xenodochio universam vitae historiam Patri nostro explicans, admirabilia doloris et contriti animi argumenta in peccatorum enarratione dedit, et animo bene affectus et corpore ad suam remearunt *(sic)* vocationem.

Alius, qui ante annos quatuordecim, reiecto Dei timore, contempto sacramento confessionis, sese vitiis et fraudibus contaminaverat, postremo resipuit, ac in viam Domini rediit.

Sex mulieres, quae diu corporis voluptatibus et aliis flagitiis mancipatae vixerant, revocatae ab inveteratis flagitiis opera et cura Patris, et constitutae sunt in coenobio mulierum, quod vulgo vocatur *Conversarum*. Adfuerunt patres nonnullis aegrotantibus, qui e corpore excesserunt, et ex his quidam obiisset rebus minime constitutis et ordinatis, nisi opera et cura Patris cautum fuisset et provisum. Accersuntur Patres a multis nobilibus viris gratia tum confessionum tum consolationum in rebus arduis et afflictis. Adeo nonnulli animo affecti sunt in nos, ut nisi in nostro templo rebus divinis intersint, nullam voluptatem et animi oblectamentum alibi se percipere fateantur. Quidam viri et matres omni opere nituntur uxorem aut filias a Sacramentorum et rerum divinarum deterrere frequentia; adeo passim odium et bellum justitiae et veritati indicitur. At illae pompam mundi negligentes, domum orphanorum ingressae, et concioni intersunt et Coenae Dominici Corporis. [1] profecto Religionis perstudiosae foeminae facillime hominum gloriam ab eo contemnunt, quo se Christo dedunt in disciplinam. Visuntur qui servantur in custodia publica, et ad virtutem et vitae correctionem incitantur ac admonentur.

Iidem Patres pauperes in xenodochio ad patientiam et Dei laudem exhortantur, tum privatim commonefaciendo, tum generatim concionando; medentur ipsorum animis praesentibus confessionis medicamentis; adhibent praeterea cauterium emendationis, deterrendo a pristinis vitiis, vocando ad peccatorum suorum et Christi Domini beneficentiae et providentiae cognitionem, qui eos morbis puniat et castiget, quo tandem resipiscant.

Viri honorati et primates bene de nobis, Christi Jesu gratia, sentiunt et nobis in turbulentis et in sedatis favent. Nam nuper eorum gratia et opera quinque improbi iuvenes in carcerem fuerunt detrusi, qui nostrum ludum ingressi, coeperunt omnia disturbare ac Patribus minitari; denique poenas facti dignas, per unum fere mensem in carcere coniecti, ipsorum etiam parentum consensu et voluntate, luerunt.

Quid ipse Dux de nobis sentiat, idem declaravit: nam filium, designatum in Episcopum Ferrariae, instituendum in officiis di-

---

[1] Emendatum hic est verbum, quod legere non valemus.

vinis et orationibus Patri nostro tradidit, et voluit eumdem a Patre incitari et stimulari ad virtutem et honestas actiones. Filius porro, praeclaro et excellenti ingenio, ducitur rebus divinis, corpore pariter et animo tendit ad Dominum in precationibus, et flexis genibus cum Patre plures horas impendit orationi, Patrem reveretur, ejus consiliis et admonitionibus acquiescit, omnibus rebus agendis singularem adhibet simplicitatem et puritatem magnam; denique sui concitat expectationem, si eum Dei benignitas in tanta et opinionum et morum perversitate sustineat ac tueatur [1].

Pater [2] omnibus feriatis diebus in templo concionatur, idque vero et salutis Christianae unice studioso spiritu efficit, gregemque Domino partum sana et fructuosa pascit doctrina, qua quidem in re superat omnium expectationem; adeo est distentus rebus collegii et negotiis animarum. Quae omnia quantum negotii facessant studiosorum animis nosti ipse optime.

Reliquum est, P.r , ut paucis juventutis institutionem audias, quam tu maxime ad divinae majestatis cultum erudiri exoptas. In die festo Divi Remigii, more Academiae Parisiensis, singulis annis studia renovantur. Per totum ergo diem habitae sunt multae orationes, recitata plurima et varia carmina; interfuerunt multi cives, aulici viri, doctores et professores publici, qui profecto tantopere delectati sunt, tum voce, tum gestu et vultu declamantium adolescentulorum, ut talem actionem et dignitatem in dicendo nunquam se vidisse faterentur. Erant sane pueri recte instituti, et qui pro tempore magnos habebant in literis humanioribus progressus.

Universi fere amabant, suum magistrum et verum animae parentem, nostrum Andream Bononiensem, adeo ut lubenti animo nudi nudum sequuti fuissent Dominum cum praeceptore suo discedente, si per parentes concessum his fuisset.

Omnibus ergo authoribus, qui praelegendi erant, declaratis et constitutis, pro viribus coepimus eos enarrare et juventutem ad humanitatem et pietatem informare. In his literarum studiis eadem industria hucusque sumus progressi. Ac ut deinceps faciliter progrediamur ac christianam juventutem a vitiis arcea-

---

[1] Haec omnia fusius explicata vide in Polanci, *Chronico*, t. iii, pag. 143, n. 289, et t. iv.

[2] Joannes Pelletarius, ferrariensi Collegio praepositus.

mus, tum ad artium studium tum ad veram virtutum laudem inflammemus, nosque universis christianis disciplinam praebeamus, precamur a Christo Domino sapientiam et virtutem. Bene vale, Pater optime, nosque, ut votorum nostrorum compotes reddamur, Domino commenda.

Ferrariae, 15 calend. Februarii 1554.

Tuus in Domino filius,

Franciscus Scipio.

Alia manu in quarta pagina: 1554. Quad. Ferrarien. 18 di Genaro. Q. S.

CCLXXIV

P. Caesar Helmus
Patri Ignatio de Loyola.
Venetiis, 20 Januarii 1554 [1].

IHS

Gratia et pax Xpi. etc.

R.de in primis atque in Chro. mihi obs.me Pater:

Quae superiori quadrimestri Collegii hujus ministeria hic gesta sunt, et ad animarum salutem spiritualemque aedificationem pertinent, breviter perstringam.

Primum quidem, omissis aliis, tum annuis, cum etiam qua-

[1] Autographae in folio duplici, n. 63.—Eas in pluribus emendavit decurtavitque Polancus, et harum sic castigatarum apographum exstat in folio 64, quas nos infra subjiciemus.

drimestribus bimestribusque confessionibus, quas nobis faciunt devoti nostrae Societatis, de tribus hic tantum generalibus faciam mentionem. Prima fuit juvenculae cujusdam, annos 18 circiter natae, adhuc innuptae: quae turpe vitium, cum juvene quodam a quadriennio commissum, aliis prae pudore nunquam ausa est detegere confessariis. Cum autem de periculo suae damnationis aeternae nos eam fecimus consciam, si peccatum aliquod scienter in confessione taceret, statim multo pudore lachrimisque perfusa celatum aliis crimen cum omnibus anteactae vitae suae peccatis apud nos est confessa. Altera idem fecerat mulier, sed Christi gratia confessa est nobis generaliter. Quidam etiam mercator abhinc circiter duodecim annis, tum quod prae pudore teterrimum quoddam vitium in confessione nunquam detexerat, cum etiam quod propter alia peccata merito angeretur animo, generalem et ipse fecit confessionem. Is quadraginta circiter ducatorum restitutioni cum obnoxius foret, quoniam et praesenti et non praesenti pecunia pluris aequo merces quasdam vendidit, quibus est debitor, omnia pollicitus est restituturum; id quod brevi, ne in libris ejus cum multis, quibus ipse est debitor, appareant debitores, quicquid praeter aequum ablatum est, iisdem remittet. Alius quidam vir per monachum quemdam, olim suum confessarium, ac per me, quos abstulerat clam hero suo, viginti ducatos restituit; idque factum est, postquam apud nos coepit confiteri. Alium quemdam in dies moror, qui ducentorum ducatorum et eo amplius promisit facere restitutionem, ac dixit mihi quod ruri quamdam ecclesiam, fere jam dirutam ac nimis exiguam, ex devotione est instauraturus, ut satisfaciat conscientiae suae pro sublatis rebus incertis, in qua instauratione trecentos fere ducatos expendet; juxtaque meum consilium expostulat animam suam gubernari: caeterum ne improvisa morte corripiatur, ac propterea pauperes, ejus creditores, suo frustrentur credito, interea dum a fre. exigit nummos, schedulam manu sua scriptam mihi consignavit, qua se illorum esse debitorem confitebatur: ut expleto tempore sibi a me praefixo, nisi primo facta fuerit restitutio in manus pauperum ibi nominandorum, mihi liceat schedulam ipsam eis tradere.

In ultimo jubilaeo tam frequens ad nostram ecclesiam confitendi gratia accesserat populus, ut a me, qui pro Societate

Jesu, ut scis, sacerdos solus relictus sum, omnes audiri nullo modo possent; quapropter, ut scias Antistitis nri.[1] charitatem atque salutis animarum zelum non minus quidem sed in dies magis magisque augeri, ex suis domesticis sacerdotibus duos seniores praefatus Antistes ad nos misit, ut audirent advenientium huc confessiones: injunxitque illis ut nihil quicquam, sicut Servatoris nostri Jesu Chxpi. ac Societatis Jesu est institutum, pro confessionibus audiendis acciperent, quod et factum esse credo. Unde et magna laude digni sunt atque apud Deum merentur multum, praesertim etiam si diligentiam, pietatem et charitatem, qua usi sunt, spectes; nam ad secundam usque noctis horam [2] in audiendis virorum confessionibus mecum laboraverunt. Sed de praedictis confessionibus jam satis.

Reliquum est ut de hebdomadariis confessionibus ac communionibus hoc solum dicam, nempe: quod nulli dubium esse debeat quod confitentium et communicantium numerus augeatur in dies: atque adeo ut in audiendis confessionibus multum negotii haberem, etiam si hic tres aut plures essent sacerdotes: et nisi essem solus hic sacerdos, multi non cogerentur festis diebus, ut quandoque contigit, vel inviti communionem vel divini verbi auditionem praetermittere. Rogemus ergo dominum messis ut mittat operarios, etc.

De nostrorum fratrum exercitiis pauca nunc dicam. Quisque vel literarum studiis vel domesticis dat operam exercitiis, vel docendi in studiis publicis munere fungitur. Arnoldus [3] majorum puerorum classem instruit in literis humanioribus. Enricus secundam. Tertiam Joannes Antonius eugubinus. Jo. Bonifacius ultimam. Caeterum Joannes Antonius eugubinus, praeter id quod singulis profestis agit, etiam coram omnibus dictarum classium pueris et aliis quibusdam externis, quos viri illius, quam per nostras literas nosti, congregationis in moribus christianis instituunt [4], de doctrinae christianae rudimentis facit exhortationem, quam omnes pueri et ipsi viri multa cum devotione et attentione audiunt, atque adeo ut ipsi pueri apud parentes suos haec verba dictitent: mi pater, si praeceptor noster

---

1 Andreae Lipomani, SSmae. Trinitatis prioris.
2 Ad secundam post solis occasum horam.
3 Arnoldus Conchus. Vide Polanco, *Chronicon*, t. iii, pag. 122.
4 Vide supra, t. i, pag. 330.

a mane usque ad noctem quam facit concionem protraheret, jejuni quoque libentissime audiremus: tanta eum audiendo afficimur delectatione. Pueri ipsi, tum in bonis moribus, tum etiam in literis humanioribus, Christi gratia proficiunt.

De Antistitis nostri in nos charitate immensaque benignitate plus atque antea possemus deberemusque bene dicere. Servuli etiam ipsius Antistitis multa cum alacritate erga nos charitatem exercent; quamobrem, etsi non vereor quin supervacuum sit ut eos tuis precibus commendemus, rogamus tamen, ne ingrati simus in eo, quod praestare possumus, ut cum Rev.[dis] Patribus et in Christo charissimis nostris fratribus tum Antistitis et servulorum ejus, verum etiam nostrum omnium, qui hic tibi sumus deditissimi, memor in tuis orationibus et sacrificiis esse velis. Vale in Chro. R.[de] atque colendissime P.[r] mi.

Venetiis XIII cal. Februarii M. D. L. IIII.

Tuae Rev.[dae] P.

Indig.[mus] in Chro. servus,

CAESAR HELMUS.

Superscriptionis loco in quarta pagina: Lrae. Quadrimestres veneti collegii. 13 cal. Februarii.

1554.

Alia manu: Vinetia.

Praecedentes P. Caesaris Helmi litterae a P. Polanco emendatae et in Societatis domos Roma missae [1].

IHS.

Pax Christi.

R.de in primis atque in Christo observandissime Pater. Quae superiori quadrimestri Collegii tui ministerio hic gesta sunt et ad animarum salutem spiritualemque aedificationem pertinent, brevius perstringam.

Primum quidem, omissis aliis confessionibus, de tribus hic tantum generalibus faciam mentionem. Prima fuit juvenculae cujusdam adhuc innuptae, quae turpe vitium, cum juvene quodam a quadriennio commissum, aliis prae pudore nunquam ausa est detegere confessariis; de periculo autem suae damnationes aeternae per nos commonefacta, si peccatum aliquod scienter in confessione taceret, statim multo pudore lachrimisque perfusa celatum aliis crimen cum omnibus ante actae vitae suae peccatis apud nos est confessa.

Altera idem fecerat mulier; sed Christi gratia propterea confessa est nobis generaliter.

Tertius fuit vir quidam; abhinc circiter duodecim annis prae pudore gravissima quaedam vitia in confessione nunquam detexerat, propter quod cum merito angeretur ejus animus, generalem et ipse fecit confessionem, et, cum non exiguae pecuniae restitutioni obnoxius foret, quod et praesenti et non praesenti pecunia pluris aequo merces vendiderat (mercaturam enim factitabat) omnia pollicitus est se restituturum idque brevi.

Quidam alii, nobis confitentes, alias summas non mediocres vel restituerunt vel restituere parati sunt; et eorum unus quamdam ecclesiam fere dirutam ex devotione est instauraturus ut

[1] Apographum in folio duplicii, n. 64.

satisfaciat conscientiae suae pro sublatis rebus incertis, in qua instauratione magnam pecuniae vim expendet, juxtaque meum consilium expostulat in his, quae ad animam sunt, gubernari. Caeterum, ne improvisa morte corripiatur ac propterea pauperes ejus creditores bonis suis defraudentur, interea dum exigat nummos, schedulam manu sua scriptam consignavit, qua se illorum esse debitorem confitetur, ut, expleto tempore a me praefixo, nisi praedicta facta fuerit restitutio in manus pauperum ibi nominandorum, mihi liceat schedulam ipsam eis tradere.

In ultimo jubilaeo tam frequens ad nostram ecclesiam confitendi gratia accesserat populus ut omnes audiri nullo modo possent; quapropter ut scias antistitis nostri Sanctae Trinitatis charitatem atque salutis animarum zelum non minui sed in dies magis magisque augeri, ex suis domesticis sacerdotibus duos seniores ad nos misit, ut juvarent ad accipiendas advenientium confessiones. Injunxitque illis ut nihil quicquam, sicut Servatoris nostri Jesu Christi ac Societatis Jesu est institutum, pro confessionibus audiendis acciperent; quod et factum esse credo, licet ad secundam usque noctis horam in audiendis virorum confessionibus, nobiscum illi laboraverint.

De hebdomadariis confessionibus ac communionibus hoc solum dicam quod nempe confitentium et communicantium numerus augetur in dies atque adeo ut multum negotii haberent exhiberent *(sic)*, etiam si hic plures essent Sacerdotes, et multi coguntur festis diebus vel inviti communionem vel divini verbi Dei auditionem praetermittere. Rogemus ergo Dominum messis ut mittat operarios.

De nostrorum fratrum exercitiis pauca nunc dicam; quisque vel literarum studiis vel domesticis dat exercitiis operam, vel docendi in ludis publicis munere fungitur. Arnoldus provectiorum puerorum classem instruit in litteris humanioribus. Henricus secundam. Tertiam Joannes Antonius Eugubinus; praeter id quod singulis profestis diebus agit, etiam coram dictarum classium pueris et aliis quibusdam externis, quos viri illius (quam per litteras nostras nosti) congregationis, in moribus christianis instituunt, de doctrinae christianae rudimentis exhortationem facit, quam omnes pueri et viri tanta cum devotione et attentione audiunt ut sint pueri, qui apud parentes suos dictitent: mi pater, si praeceptor noster a mane usque ad no-

ctem quam facit concionem protraheret, jejuni quoque libentissime audiremus; tanta eum audiendo afficimur spirituali consolatione. Pueri ipsi cum in bonis moribus tum in literis humanioribus Christi gratia proficiunt.

Vale in Christo R.de atque colendissime Pater.

Venetiis xiii Kalendas Februari 1554,

indignus in Christo servus,

Cesar Helmus.

In quarta pagina alia manu: Venetia, 54. p.° di Febraio. *Hoc deleto, scriptum est infra:* 20 di Genaio.

CCLXXV

Leo del Giglio
Patri Ignatio de Loyola.
Florentia, 20 Januarii 1554 [1].

Jhs.

La gra. et pace di N. S.re sia sempre con tutti noi amen.

Molto R.do in X.° P.

Benche poche cose ci occorrino da scrivere a V. R. P.; nondimeno per satisfare all' obedientia, brevemente gli daremo aviso delli 4 mesi passati.

P.° gli scholari nostri fanno frutto nelle lettere et boni costumi, molti si confessano et sonno confessati con gli nostri P., anchora di quelli che molti anni inanzi non s' erano mai

---

[1] Ex exemplo, quod videtur autographum, in folio duplici, n. 59.

confessati. Nelle stinche [1] parimente molti hanno fatto il medemo con detti nostri P.

Il R.do P. Laynez, nel tempo che è stato quì, a fatto fare spesse volte elemosine a poveri chiedendo per loro, usando anchora l' officio di Charità verso quelli che havevano particolar bisogno. da tutti era tanta amato che facilmente poteva impetrare qualunque cosa volessi. Egli si partì di Firenze nel principio d' Ottobre con conditione di ritornare fra certo tempo, perche altrimente non credo sarebbe partito. L' Excel.tia del Ducha mostrava difficultà di lassarlo andare et anchora la S.ra Duchessa si pentiva d' haberli dato tal licentia. habbiamo speranza che la sua ritornata in qua habbi essere fruttuosa, perche la detta Signora Duchessa ha promesso che all' hora vol far due cose; l' una confessarsi una volta al mese; l' altra che sua R.a predichi in palazzo ogni domenicha a se et alla sua corte. ma inanzi la sua partita condusse il negotio di Sto. Joannino [2] a tal termino che già crediamo sarà del tutto nostro. quivi venessimo habitare doppo ogni Santi, et all' hora il R.do P. Mtro. Ludovico [3] cominciò di nuovo a predicare, concorrendo assai popolo o per propria devotione o perche il predicatore del Duomo haveva essortato l' auditorio suo venirvi. Et, laudato sia il Signore, la speranza che havevamo del frutto comune, se mai ci fussi concesso una chiesa, non è stata vanna; perchè in questo poco tempo che siamo qui s' hanno udite et odono molte confessioni, ministrando etiam non mancho spesso il Santissimo Sacramento. Una volta a la settimana il detto P. Ludovico legge la dottrina christiana alli scuolari, alla quale lettione venghono anchora alcuni forastieri, et molto s' edificano, perchè legge in tal modo che grandi et piccioli puono intendere et mandare alla mente quell ch' è detto. di maniera che sanno rendere la lettione nel modo che l' hanno udita publicamente. Nelli giorni che legge il Salmo *Miserere* (perche ha mutato la predica in lettione) dua delli scholari recitano a mente una parte

---

[1] Quid hac voce *stinche* hic veniat nescimus, nec ex versione latina, quam mox subjicimus, colligere possumus; in ea enim praetermissa est haec sententia.—In *Vocabolario degli Accademici della Crusca,* Venezia MDCCXXIV, haec legimus: STINCA. Voce disusata. Qui par che voglia dire cima, schiena. M. V. 8, 105. Più altre terre poste in fortissimi luoghi, in sulla stinca della montagna. (L. *clivus, jugum.)*

[2] Negotium templi Sancti Joannini in Societatis usum applicandi.

[3] P. Ludovicus de Coudreto, florentinae domui praepositus.

della dottrina christiana, alla quale gli auditori stanno molto attenti et mirabundi con frutto delle anime loro.

Subito che fossimo passati a Santo Joannino, cominciasimo preparare per rinovatione delli studii, di modo che a 20 di Novembre alcuni delli nostri scholari recitorono varie cose pie in greco et latino. uno di loro recitò una oratione; doppo dua disputarono della dottrina christiana; il fine fece un fratello con una oratione che invitava tutti ad abbracciare la Philosophia christiana. vi furono presenti fra gli altri alcune persone molto nobili, li quali restorono molto satisfatti. Uno delli schuolari recitò gli versi greci con tanta gratia che pareva esser non pocco dotto in greco, le orationi sonno state richieste da varie persone. doppo questo habbiamo fatto una classe nuova, nella quale si legge la Rethorica.

Sonno qui dua giovani chi desiderano d' intrare nella Compagnia, uno delli quali è fiamengo, assai provetto; l' altro firentino, di ingenio per poter imparare; il fiamengo hora fa gli essercitii; il fiorentino fra pochi giorni sarà riceputo in casa, havendosi cognosciuta la sua constantia.

Tutti di casa sonno molti occupati; li Padri in confessioni, li fratelli, altri nel insegnare, altri nelli negotii di casa. Degnasi il Signore indrizzare tutte le nostre fatiche a sua santisima gloria.

Non lassaro di scrivere quell che è accaduto a uno degli fratelli [1], il quale ad instantia del suo padre carnale, e de uno Marchese fu ritenuto fuori di casa nostra quasi come in priggione, dove molti, hora con lusinghe, hora con reprehensione, et alle volte sotto pretesto di pietà circorono sviarlo della vera pietà et relligione; ma il vero servo di Dio in tal modo fece resistentia che dimostrò grande constantia nel proposito, et mansuetudine singulare nel rispondere; per che, bassando gli occhi, diceva: ben potete levarmi la vita, ma la voluntà non giamai. Al fine fu di tanta edificatione che tutti restorono maravigliati di tanta perseveranza. Et questo è quanto si ha parso scrivere.

Del resto molto ci racomandiamo alle orationi et sacrificii

---

[1] Sermo est de Tarquinio Reinaldis, de quo vide Polanco, *Chronicon*, t. iii, pag. 63 et 64, et *Cartas de S. Ignacio*, t. v, pag. 183, et videndae, cum edentur, litterae Patris Laynez.

di V. R. P. accio con quelle adiutati possiamo più diligentemente procurare la salute nostra et de prossimi nostri amen.

Di Firenze a 20 di Gennaio 1554.

Di V. R. P.

Indig.mo servo in X.o

LEONE GIGLIO.

Superscriptionis loco in quarta pagina: † Lettere de 4 mesi da fiorenza, 4.

Alia manu: de Genaio, 1554.

Et alia: 1554, 4 *(sic)* di Genaro.

Praecedentium Leonis del Giglio litterarum latina versio [1].

†

Gratia et pax Domini nri. Jesu Chri. sit semper nobiscum. Amen.

Pauca sunt, R.de in Christo P., quae ex quatuor mensibus elapsis scribenda nobis occurrunt; quia tamen obedientiae satisfaciendum est, ea breviter recensebo. Atque ut hinc incipiam, discipuli nostri tam literis bonis quam rectis moribus admodum proficiunt. Audiunt et auditae sunt multorum confessiones, eorum etiam, qui ante annos plurimos numquam erant confessi. R.dus P. Jacobus Laynez, cum hic esset, egenos sua commendatione saepe juvit; aliis plerisque, ut necessitas illorum postulabat, charitatis officio subveniens. Sic diligebatur ab omnibus, ut quidvis facile impetraret. Is discessit initio octobris, ea tamen conditione ut intra certum tempus ad nos rediret; alioqui non opinor foret illi permissum ut hinc abiret; nam et Dux id

[1] Apographum in folio duplici, n. 58.

aegre ferebat, et ipsius uxorem jam poenitebat quod veniam abeundi dedisset. In ejus vero Patris reditu magna spes futuri boni reposita est, nam eadem Ducis uxor, pro tunc temporis duo se facturam pollicebatur; primo semel in mense poenitentiae sacramentum adituram; deinde ut ipse Pater diebus dominicis concionem haberet sibi et iis, qui apud se in aula sunt. Sed, antequam destinatum iter ingrederetur, negotium, quod de D. Joannini aede nobis adscribenda agitabatur, eo perduxit, ut id expeditum confectumque omnino speremus. Nos porro in D. Joannini domum 3.° Cal. Novembris commigravimus, quo tempore R.dus P. Ludovicus concionandi munus dudum intermissum renovavit, et quidem majori quam antea populi conventu (sive sponte propria ac pietate adducente, sive summi templi concionatore id impetrante, nam frequentem multitudinem est adhortatus ut templum nostrum adiret et concionibus, quae in eo haberentur, interesset). Verum non multo post in concionis locum Psalmum 50 enarrandum elegit Pater. Spes vero, quam conceperamus, de utilitate in communem salutem promanatura, si quando alicujus templi nacti essemus commoditatem, nos certe non fefellit; nam, ut ante dicebam, multorum confessiones sunt auditae, et fere quotidie (nonnullorum saltem) audiuntur; nec minus raro sacrosanctum Christi corpus exhibetur accedentibus. Inter hebdomadam semel idem P.r aliquid ex christiana doctrina scholasticis publice exponit, cui interpretationi etiam alii intersunt ac delectantur maxime: ita enim explicat, ut omnia, veluti in capita quaedam divisa, pueri memoriae mandent facilius ac mandata retineant fidelius. Uni reposcenti, eodem ordine, qui audiverunt, palam singula reddunt. Diebus autem, quibus Davidis Psalmus interpretatur, duo ex scholasticis doctrinae christianae partem, ante ejus lectionis ingressum, de altiore loco memoriter pronuntiant. Quae res magnam omnibus affert admirationem non minori, ut speramus, utilitati conjunctam.

In novum domicilium nobis *(sic)* ubi venimus, de instaurandis quoque literarum studiis coepimus cogitare: itaque die 20 Novembris aliquot adolescentes eorum, qui in nostro ludo literario se exercent, varia carmina pietatem habentia recitarunt. Unus orationem habuit; post duo subsequuti sunt de doctrina christiana se interrogantes ac respondentes. Rem vero conclusit

unus fratrum oratione, qua omnes ad Christi Philosophiam amplectendam hortabatur. Huic quasi spectaculo praeter caeteros adfuerunt viri quidam nobilissimi, qui deinde, hilari ac festivo vultu abeuntes, verbis declarabant quam jucunda sibi omnia extitissent. Inter reliquos quidam adolescens, cui carmina graeca fuerunt commissa, tam egregie suas partes absolvit, ut non tam latine quam graece scire videretur; et quia nonnullorum discipulorum profectus majorem lectionem efflagitabat, classes, quae primum quatuor fuerant, in quinque distinximus, quarum prima habet provectiores, quibus rhetorices praecepta praeleguntur.

Sunt hic duo juvenes, qui in Societatem admitti cupiunt, quorum alter, provincia Flander, in latinis utcumque eruditus, alter Florentinus, intra paucos dies, cognita illius perseverantia, in nostrum numerum admittetur.

Domi quotquot sunt continenter occupationibus tenentur: Patres audiendis confessionibus, fratres, alii docendis pueris, alii negotiis familiaribus districti. Faxit Deus ut omnia sint suae divinae voluntati quam maxime consentanea.

Non omittam hoc loco, quod cuidam fratri evenit, quem pater secundum carnem, cujusdam Marchionis ope adjutus, in aliena domo tanquam in carcere detinendum laboravit; ubi multi conati sunt, modo blanditiis, modo increpationibus, nonnumquam etiam pietatis nomine, a vera pietate avocare, quibus generosus juvenis verusque Christi amator ita resistebat, ut nescias utrum in illo laudabilius judicares sanctamne in sancto proposito constantiam, an vero in respondendo mansuetudinem. Ipse enim, demissis in terram oculis, potestis, inquit, vitam auferre ac de corpore meo quicquid libuerit efficere; sed voluntatem meam nequaquam mihi profecto auferetis. Noli quaerere; tantae res aedificationis fuit, ut mire omnes invictam ejus mirarentur perseverantiam. Haec sunt quae scribenda censuimus. De reliquo nos omnes R. P. T. orationibus ac sacrificiis vehementer commendamus ut, illis adjuti, nostrae et proximorum nostrorum saluti accuratissime studeamus.

Florentiae 20 Januarii 1554.

T. R. P.

Indignus in Christo servus,

LEO LILIUS.

Superscriptionis loco in quarta pagina: † Litterae quadrimestres. Florentia 20.

Alia manu: Januarii 1554.

Et alia, quasi calamum tentante: 1554.

Glo.

Et alia denique: 1554, Fiorenza. Q. S. Gennaio.

CCLXXVI

Gerardus Lapidius
Patri Ignatio de Loyola.
Panormo, 23 Januarii 1554 [1].

Jhs.

Gratia et pax, etc.

Ut reddendo rationem actorum quadrimestrium R. P. T. satisfaciamus, brevibus cognosce quantam benignitatem omnipotens Deus suis servis et per illorum ministerium caeteris praestiterit, quae quidem ea est ut nobis quidem congratulari possis, sed illi omnino adscribere, qui hujusmodi per suos operari dignatur.

Haec ut ordine cognoscas, a domesticis rebus incipiam, quarum et nostra et tua maxime interest. Cum tempus inchoandorum studiorum appeteret, curatum est diligenter ut oratio latina in nostro templo haberetur, qua initium lectionibus daretur et ad easdem audiendas multi incitarentur. Quod factum, Deo favente, foeliciter successit. Aderant auditores (praeter frequentem magistratum) multi viri et genere et eruditione praestantissimi, quibus omnibus abunde satisfactum est. Enimvero

[1] Bina sunt harum litterarum apographa; unum in folio, olim n. 186, nunc vero n. 167; alterum in folio 172.

fratres, post orationem, aliquot epigrammata tanta gratia et dignitate pronunciaverunt ut illis quoque non mediocri delectatione afficerentur. Ab his principiis res nostrae litterariae susceptae sunt et tanto studio et diligentia propagatae, ut eas nemo non plurimum profecisse judicet; quod illi facile experiuntur, qui se in nostram disciplinam tradiderunt et sedulo latinis, graecis et hebraeis literis imbuuntur, quibus exercitationes et assidui usus scribendi dicendique adhibentur, ita ut nihil deesse queat quod ad litterarum scientiam et pietatis studium attinet. Haec omnia communia sunt illis, qui ad scholas ventitant, quorum mores et vita magnam bonae frugis ostendunt spem. Fratres autem in illo pulcherrimo veteri curriculo virtutis persistunt, nihil omnino intermittentes eorum, quae suae professionis et vocationis sunt; alius alium vitae probitate laborat anteire; et sancto conatui Deus ita respondet, ut nihil tentent, quod non foeliciter succedat. Quantum in literis profecerint, nihil attinet scribere.

Tanta est frequentia hominum ad concionem concurrentium ut aliquando sero venientibus ingressus in ecclesiam non pateat, quamvis et schola multos capiat, quae tam templo vicina est, ut inde concionatorem et videre et audire facile possint. Idem concionator, Dominus Michaël [1] sermones quoque habet in monasterio quodam sacrarum Virginum, quod velut caput est coenobiorum, quae in hac urbe sunt. Ibi hactenus cum magna utilitate maximoque gaudio concionatus est; sed adhuc major fructus inde expectatur. Idem Dominus Michaël, dominicis diebus, horis pomeridianis, nobilibus matronis concionatur, quae illud ex salutaribus sermonibus acceperunt, ut et omnino libentius accedant et in singulos dies numero augeantur. R.dus P. Paulus [2] christianam doctrinam docet, quam, ut multi libenter et avide audiunt, ita eamdem quoque retinent et in suis operibus manifestant. Ex his gravissimis laboribus hoc solatii capiunt operarii, quod videant quotidie non paucos poenitentes, qui diu multumque deliquerunt, ad confessionem venire. Dominus P. Daniel [3], praeter domestica negotia, foris quoque in monasterio concionatur apud conversas, Deo dicatas, non sine magno fervore. In

[1] Michaël Botellus.
[2] Paulus d' Achillis, Panormitani Collegii Rector.
[3] Daniel Paeybroeck.

hoc celeberrimo festo Natalis Dominici poenitentes fuere quingenti aut amplius, qui, relicta impietatis via, ad Deum se converterunt, et totidem ad sacram communionem accesserunt. Quorum multi fuerant, qui a duobus annis, nonnulli a tribus, imo etiam ab octo, 11, 12, non pauci de suis sceleribus confessi non erant; quosdam adeo malignus hostis et peccatorum multitudo excaecaverat, ut de sua salute desperarent; sed cum primum confessi essent, spem summam conceperunt synceramque vitam et christianam instituerunt. Inter alios foemina quaedam, quae annos duodecim in magno dolore cruciatuque malae conscientiae fuerat, eo usque deducta ut se ab omni auxilio divino destituta putaret et ob gravissimorum peccatorum pondus animum desponderet, illa ubi confessa esset, exultans gaudio dicebat se ante hoc tempus majorem tranquillitatem animi nunquam sensisse nec ex confessione tantam consolationem percepisse.

De Patribus ea est existimatio, in omnium animis confirmata, ut nemo sit, qui non credat se multo puriorem sanctioremque fore, si sibi illis confiteri contingat. Et ita multi erga nos affecti sunt, qui per salutarem confessionem ex peccatorum sordibus ad meliorem vitam emerserunt, ut quoscumque noverunt gravioribus delictis obrutos, eos ad nos adducant, quo possint eodem conscientiae angore liberari, quo ipsi liberati sunt. Singulare autem illud est Dei opus, quod nonnulli concubinas suas, quibuscum diu impie vixerant, in legitimas uxores acceperint. Laboraverant alii capitali odio et inimicitiam gravissimam exercebant, adeo ut nulla cognatorum consilia et persuasiones valerent apud illos quicquam; hi simul ac ad confessionem aegre adducti sunt, adversariis ignoverunt et cum illis perpetuae pacis foedus pepigerunt; itaque, tanto sublato odio, amici facti sunt integerrimi.

Ad haec multa alia Dominus operatus est, quae scribere longum esset nimis; cujus rei ejusdem argumentum est numerus communicantium. P. Petrus [1] laboravit valde pro salute tam corporis quam animi eorum, qui in custodia publica detinebantur. Primum concionatus est apud eos frequentius, ut animam prius curaret et ad poenitentiam vocaret, qua in re non

[1] P. Petrus Venustus, novitiorum magister.

frustra laboravit; ad confessionem namque nonnulli adducti sunt, quorum mentes scelerum vinculis ligatae erant ut corpus ferreis. Liberavit post etiam aliquot ex carcere, intercedens pro illis apud eos, quibus obnoxii erant. Fratres quoque laici infirmos visitabant. Alii, quos in hospitali reperiebant, ad confessionem et communionem adhortabantur; quibus monitionibus effectum est ut apud quosdam consequerentur, quod cupiebant. Alii triremes ingrediebantur atque ibidem multos consolabantur et ad patientiam animabant. In hujusmodi rebus Patres nostri occupati fuerunt et adhuc assidue versantur, ita ut videantur signum sustollere de omni religione bene sperandi et sanandi quod in his locis contritum erat. Et quo melius mali abusus ex populo tolli queant, a Prorege poena constituta est gravissima in eos, qui pererraverint, in concubinarios, in superstitionem mulierum praeficarum et multos denique alios malos mores.

Sunt autem non pauci qui se in nostram Societatem desiderant dare et urgent valde praepositum, qui bona spe quidem jamdiu retenti sunt, sed nil tamen illis (quamquam egregii juvenes sunt) certi promissum est ante adventum R. P. Provincialis [1], qui diu expectatus fuit et jam paucis ante diebus una cum Prorege huc appulit, et propter varias occupationes nihil illi adhuc otii fuit ut posset aliquid de illis statuere.

Sunt praeterea 25 virgines, quarum nonnullae nobilissimo genere ortae sunt, quae mundo renuntiare cupiunt et Deo in castitate, obedientia et paupertate servire. Harum gratia gnaviter laborat R. P. Provincialis ; desiderat enim illas omnes uni viro despondere, Jesuchristo, et in collegio aliquo constituere, sicut Messanae fecit; in eo totus occupatus est et speramus fore ut Deus tam piis conatibus annuat, qui talium votorum amator est.

Panormi, 10 Calend. Februari, anno 1554.

V. R. Paternitatis,

Tuus indignus servus,

GERARDUS LAPIDIUS.

---

[1] P. Jo. Hieronymus Domenech.

CCLXXVII

Jacobus Duran
Patri Ignatio de Loyola.
Methymna Campi, 25 Januarii 1554 [1].

IHS

Admodum R.de in X.o Pater:

Gratia et pax Christi Jesu Domini nostri praesidio atque auxilio tibi sit semper.

Quae hic gerantur, quorum te certum facere operae pretium duximus, ex his literis, Pater benignissime, accipies. Id autem primo sese offert quod in Collegii hujus tum vivis tum etiam terrenis lapidibus per suos hos indignos quidem filios operari dignatus est Dominus; qui si modo adesse velit, ad annum, qui proxime instat, bonam magnamque partem illius confecerimus, quo Paternitatis Tuae pia vota commodius capessere valeamus, ubi quidem lectionum seriem atque modum, quem italis collegiis Tua Paternitas hactenus praescripsit, facilius exequamur. Cum enim collegia reliqua ex ipsa nascentium indole fruges iam suppeditent, unde quid matura aetate et Christo duce sint paritura in promptu est cernere, ex hoc etiam agello proventum non utcumque uberem, faxit Dominus, vicissim sperare licebit, tam assidua lectione quam ope adhibita conscientiis exulceratis virorum huc confluentium, quorum, propter emporium celebre, pars magna est. Hic enim populus, quoniam nu-

[1] Autographae in folio duplici, n. 321.—Eas severe castigavit ignotus quidam, plura delens et deletorum loco quaedam substituens, ut videre est infra.

merosus est, non exiguae messis spem hinc inde offert, quam quidem firmavit factum, quod oculata fide nuper conspeximus, nempe: quod cum vel fundamentis ipsis instruendis pecunia non suppeteret, mercatores, qui tunc aderant, quasi indigne id ferentes, non modo loculis non parcebant sed jam coctiles lateres, jam calcem, et alia hujuscemodi portantes, operas suas Christo locabant sedulo. Unde nobis divinae laudis seminarium non semel sumpsimus, dum eos exutos palliis atque festinos contemplabamur, quorum animis benigne fecerat Dominus ut ad aedificandos muros Hierusalem libenter humeros supponerent. Eam autem legem sibi invicem statuerunt, ut singulis oneribus psalmus, salutatiove angelica, aut prex dominica, quam sibi quisque, aut fratri indigenti, precabatur, statim succederet. Quod quidem nostras ipsorum frontes quasi inutilium servorum confundebat aliquid, ut sanctam illorum contentionem ac pene indefessum laborem vix quisque nostrum superare posset. Tantus erat illis charitatis aestus atque operosus fervor. Nunc vero trimestres ferias habuimus hactenus. December enim, januarius cum februario architecturam exerceri non omnino permittunt, et quia imminent frigora et propter ingruentes quotidie pluvias. At vero post quindecim circiter dies quam celerrime possit, divinis auspiciis, incoepto operi accingemur.

Est autem silentio non praetereundum sacerdotem illum, quem superioribus diebus multiplici titulo decoratum, atque tum temporis apud nos exercitia meditantem, paternitati tuae retuli, jam tandem statuisse in gregem nostrum sese dare. At vero quoniam nonnulla erant homini obstacula, quae animum etiam cupidum inhibere possent, ut sese illis explicaret, profectus est subinde reversurus, si semel id faceret. Christus suo obsequio perpetuo mancipandum reducat hominem.

Utque omnia obiter complectar, hoc unum si tuae paternitati dixerim non abs re fore arbitrabor. Nos, scilicet, Dominicae circumcisionis festum celebrasse, ac pridie ejus diei ante matutinas preces, quas nocturnis vigiliis habuimus, in sacellum omnes convenisse. Ubi, ardentibus cereis lucernis, quas singuli acceperunt, vota precesque persolvimus. Aderant et ibi populares aliquot, viri quidam pii, quorum corda non vulgari affectu, quantum oris vultusque modestia indicabat, demulcebat Dominus. Postea vero Josephus, frater qui inter omnes,

quotquot hic sunt, minor est natu [1], latino sermone orationem habuit, qua summi beneficii admonebat omnes gratum animum erga parvulum recenter natum vicissim gererent; Dominicae etiam circumcisionis beneficium recolens tunc quoque carminibus complexus est. Cui Dominus infantilem animi affectum, id est, tenerum, immo spiritum ita permisit ut virilem etiam atque erga omnes efficacem concederet. Unus tamen, cujus animum Josephi carmina et oratio ac potius divinus ardor pulsabant impensius, lachrymis, quod mihi constet, temperavit nunquam; hic, postquam Josephus peroravit, sacerdotem summis votis efflagitat, cui totius vitae suae crimina nota faceret. Placuit autem ei, qui humanas animas sanctis institutis nunquam non instigat, ut artem, qua tum utebatur, utpote male fidam conscientiae, relinquere enixissime cuperet. Eodem praeterea die ad confessionem et sanctum dominicum corpus plures solito accesserunt. Quid, quod frequentes conciones atque de via Domini colloquia domestica, quae singulis diebus dominicis et festis non sine magno animarum foenore hic populus audit, filios, per poenitentiam prius sordibus defaecatos, tanquam novellas olivarum circum mensam Domini, quotidie pariunt! Inter quas adolescens quidam mercator occurrit, qui cum quadam die privato colloquio domi interesset, singultus ac fletus vix quidem patiens, abire nolebat, quoad in Collegium nostrum, muneri etiam infimo addictum, admitteremus. Hanc autem de homine spem concepimus, si modo annuat Deus, ubibi sit, Christo Domino victurum semper. Adest enim frequens et convictibus et assiduis confessionibus.

Quod tamen attinet ad literarum ludum, Patres omnes ac fratres literis quidem invigilant. Sed nihilominus Collegii aedificio vicissim operas impendunt, atque domestica munera singulis commissa obeunt sedulo. Omnes nos Christus optimus maximus Paternitate Tua dignos efficiat filios teque, Pater probatissime, sibi diu sospitare velit.

Methymnae, vii cal. Februarii, M. D. L. IIII.

Paternitatis Tuae indignus
minimusque filius

Jacobus Duran.

---

[1] Frater Josephus de Acosta.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Perquam Reverendo in Chro. Patri, patri Ignatio de Loiola, Praeposito Generali Societatis Jesu,

Romae.

Alia manu: Quad. Medina. febraio *(deletum),* 25 Januarii.

Praecedentium Jacobi Duran litterarum exemplum, antequam in Societatis domos mitteretur, emendatum.

IHS

Admodum R.de in X.o Pater:

Gratia et pax Christi Jesu Domini nostri praesidio atque auxilio tibi sit semper.

Quae hic gerantur, quorum te certum facere operae pretium duximus, ex his literis, Pater benignissime, accipies. Id autem primo sese offert fore ut proximo hoc anno, favente Deo, totum hoc collegium aut maxima pars absolvatur. Cum enim vel fundamentis ipsis struendis pecunia non suppeteret, mercatores, qui tunc ad emporium venerant, quasi indigne ferentes, non modo loculis non parcebant, sed jam coctiles lateres, jam calcem et alia hujuscemodi portantes, operas suas Christo locabant sedulo. Exutos namque palliis atque festinos contemplabamur, quorum animis benigne fecerat Dominus ut ad aedificandos muros Hierusalem libenter humeros supponerent. Eam autem legem sibi invicem statuerunt, ut singulis oneribus psalmus, salutatiove angelica, aut prex dominica, quam sibi quisque aut fratri indigenti precabatur, statim succederet. Tantoque spiritu amoris divini hoc opus amplectebantur, ut sanctam illorum contentionem ac pene indefessum laborem vix quisque nostrum superare posset.

Jam vero ut de spiritualibus Dei templis loquamur [1], adjunxit se Societati sacerdos ille, quem superioribus diebus multiplici titulo decoratum atque tum temporis apud nos exercitia facientem R. P. T. retulimus. Secessit tamen ad tempus in propria, ut quasdam, quibus detinebatur, abrumperet tricas. Christus suo obsequio mancipandum illum ad nos salvum reducat.

Cum orandi causa, pridie Dominicae Circumcisionis vesperi in nostrum sacellum convenissemus, absoluta oratione, adstantibus quibusdam piis viris, frater Josephus noster, qui inter omnes, qui in hoc Collegio sumus, minor est natu, latino sermone orationem habuit, qua et gratum erga parvulum Jesum recenter natum animum [et erga aeternum Patrem] pro summo in nos divinitus collato nativitatis Christi beneficio gereremus, nos omnes hortatus est.

Die quoque Dominicae Circumcisionis, cum beneficium illum in nos singulare carminibus complexus esset, tantam ei Dominus ut Danieli parvulo dicendi vim contulit tantumque est impertitus spiritus, ut omnium animos in amorem raperet Creatoris. Quo factum est ut vir quidam lachrymas effundere non prius destiterit, quam ad confessarii pedes anteactae vitae suae crimina evomeret, vitamque malam in melius commutare coeperit. Eadem quoque die plures solito sacram susceperunt synaxim.

Hinc frequentes item conciones singulis diebus dominicis ac festis non sine magno animarum foenore in publica ecclesia haberi solent; colloquia itidem domestica ac familiaria novos per poenitentiam filios, prius sordibus defaecatos, qui tanquam novellae olivarum in circuitu mensae Domini discumbant, quotidie pariunt; inter quos adolescens quidam non infimae conditionis, cum privato quodam colloquio domi nostrae habito interesset, singultus ac fletus vix finem faciens, restitit nobis neque e Collegio nostro recedere volebat donec esset illi concessum nobiscum perpetuo manere, etiam si munus quodvis abjectae

---

[1] Quae sequuntur, usque ad verba *pro virili laborat,* ea sunt quae in fragmento, de quo superius, pag. 433, annotatione 2, sermo factus est; quod fragmentum ideo tunc ad Decembris finem rejiciendum diximus, quia nondum has Jacobi Duran litteras, e quibus desumpta illa sunt, repereramus. Animadvertendum etiam est fragmentum hoc in pluribus ab emendatis autographis litteris differre, quasi alteram subiissent hae litterae castigationem. Sensus tamen idem est, hoc uno excepto, quod loco verbi *Circumcisionis* quod est in autographis, in fragmento inductum est *Nativitatis.*

sortis in Collegio nostro exercere, tanquam unus ex fratribus, deberet. Factum tandem fuit illi satis, etsi admissus non fuerit bonae spei adolescens, qui quamvis repulsam passus fuerit, semper tamen apud nos conciones audire, confiteri frequenter, et convictibus interesse assiduis pro virili laborat.

Quod tamen attinet ad litterarum ludum, Patres omnes ac fratres litteris quidem invigilant, sed nihilominus Collegii aedificio vicissim operam impendunt, atque domestica munera singulis commissa obeunt sedulo.

Omnes nos Christus optimus maximus Paternitate tua dignos efficiat filios, Teque, Pater probatissime, sibi diu sospitare velit.

Methymnae VIII cal. Februarii MDLIII [1].

Paternitatis Tuae indignus
minimusque filius,

† JACOBUS DURAN.

---

[1] Hic ante nominis subscriptionem, qui litteras emendavit, sequentia adjecit verba- *Haec omnia* (ea, quorum praecedenti annotatione meminimus) *interponantur in epistola B ante illud signum* ∇ *post illa verba* Intellexisse te, P. obs.me, arbitror.— Epistola autem B ea est, quam supra sub. n. CCLIV, pag. 430, edidimus.

CCLXXVIII

Edmundus Augerius,
Ex commissione Patris Everardi Mercuriani,
Patri Ignatio de Loyola.
Perusio, 4 Februarii 1554 [1].

IHS

La gratia et pace, etc.

Quantunche, R.do in Chro. padre, la inchinatione nostra sia più grande in far' tuttavia nuovi beneficii al prossimo che in scrivere i vecchii et già passati, nondimeno et l' uno et l' altro egualmente ci sarà grato, chiedendo così la V. P. Anzi al presente scrivendo il frutto che di qua s' è fatto, magior cognitione haveremo della negligentia nra. havendo così poco operato nella vigna del S.re

Quanto alle cose nostre private, dirò delli fratelli, i quali et in constantia et in zelo ogni dì crescono. Il che dimostrano per la gran sete che hanno del prossimo, agiutandolo con essempio chi altro non può far'. Già doi sono in gran sollicitudine et desiderio d' intrar nella Compagnia. De quai l' uno è Scoto, huomo certo versato ne l' humanità et di costumi buoni pieno. L' altro è italiano, persona di singolar simplicità et candore; è anche utcumque versato nell' humanità. Per il che si può cognoscere il buon odor che danno li fratelli di se. Faccia idio N. S. che siano quelli fideli coltori di questa sua vigna perusina, la quale è piena de spine et triboli et quasi abandonata da tutti. Grande è qui la mese, ma pochi gl' operarii.

[1] Autographae in folio duplici, n. 49.

Il frutto delle schole cammina inanzi, di modo che hormai non si potrà così sfacciatamente spreggiar' la verità, la quale cognoscono i parenti di quelli che sempre hanno perseverati, vedendo i suoi figliuoli più accostumati et dotti ogni hora. La onde poco a poco perde il demonio, rendendo quello che a Christo havea rapito. Essendo interrogato d' altri un cittadino perche havessi levato il suo figliuolo delle altre schòle et dato a noi, rispose temer' che non si stropiassi anche dell' animo come era del corpo. Questo et molte altre cose si fanno per conto delle schole, le quale per la brevità in particolare non dirò, solamente in somma, grande è l' utilità che nasce della lettione della Rhetorica et Greco. Sia lodato il Signore. Tutte queste cose in fatto grande fede hanno data a la Compagnia, il che è qui necessario per agiuto delle anime.

Con questo è sopragionto il Giubileo per conto de gl' inglesi et todeschi heretici [1], dove che ha dimostrato il Signore che ha eletto la sua Compagnia per pascer' il suo grege. Imperochè li nostri Padri s' occupavano in confesar' sino a tre hore di notte in ogni giorno per spatio di 15 dì, non potendo a mezza parte sodisfar' a la moltitudine che correva, sì per esser il giubileo nella nostra chiesa, sì per haver medici più esperti, 3 [2].

Et in vero a molti questo bisognava, essendo trascorsi 10, 20, et più anni senza che alquanti si fossino mai confessati. Questi erano adulteri, usurarii, homicide, rubbatori, et altri, de quali è grande il numero, persone desperate per li gran peccati, sepolti nelle nemicitie, quali il Signore per sua misericordia ha ridutto al bene; et perche è restato il gusto nell' anime de molti, perseverano ogni settimana alcune volte, havendo il venerdì la lettione della dottrina Christiana in gran racommandatione, et all' hora si comunicano; il simile alla domenica, leggendo il P. Mtro. Everardo [3] l' epistole de San Paolo ad Timot. Al quale P. un cittadino nobile et ricco et di grande authorità ha commesso tutte le sue facende et negotii non facendo senon in quanto li persuade il Padre. Vengono altri ogni

---

1 Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 43.

2 Sic; et significari videtur tres fuisse Perusii sacerdotes nostrae Societatis, qui confessionibus audiendis vacarent. Fuerunt autem ii P. Everardus Mercurianus, Rector, P. Joannes Niger, et ad tempus P. Dr. Martinus Olave.

3 P. Everardus Mercurianus, Collegii Rector.

giorno al medesimo per pigliar conseglio, altri de altre cose et diversi casi.

Il Signore Vicario suole punir' li malfattori in questa foggia, cioè, prima facendoli confessar' da nostri Padri, et dopoi dando il carico alli medesimi del negotio.

Non manca il R. P. D. Giovanni [1] dal suo officio essercitando con fidelità il talento suo. Fra gli altri beneficii, che fa a questa città, uno è non picciolo, che non patisce ni saltambanchi, ni ciarlatani, ni fattuchiari in modo alcuno, anzi in publico li guasta le loro speciarie, boteghe et getta per terra et loro et le tavole con gran admiratione et satisfattione del populo, ricercando sempre tal zelo da lui. In questo et altro modo si cognosce il suo fervore nel divino servigio. Suole anche visitar' li hospedali et priggioni et altri luoghi dove sonno infermi. Tutto questo sia a lode et gloria di quello, per cui amore ogni cosa si fa.

Il R.do Vicelegato et i Signori Priori ogni dì più dimostrano l' amore che hanno verso de noi et ne hā visitato alquante volte.

Resta hora che V. P. intenda il progresso del Collegio del Rmo. et Ilmo. Cardinale di Peruggia, quale ha instituito per reformatione della Diocesi sua. Sonno ivi un Padre et un fratello con altri giovani, quali studiano; et speriamo che ogni cosa andarà bene, et che il suo grege si riformarà. Vogliono intrar in quello altri assai; ma è bisogno che siano prima probati. Demostrò il gran desiderio suo il Cardinale, quando volse che s' ordinassi il fratello per sacerdote fuori di tempo; et certo lui et il Signor Vicario hanno speranza che, havendone cura la Compagnia, la cosa andarà inanzi et che cresceranno li pastori del grege perusino [2]. Faccia quell sommo Pastor che fedelmente potiamo pascer quello il quale in presente ci è commesso et che le pecorelle cognoschino Christo Jesu per suo vero et dolce pastor, imitandolo in tutto et per tutto. Per il che preghiamo la V. P. ci dia aggiuto con le sue prieghe et sacrificii, chiedendo il medesimo da tutti Padri et fratelli, quali sonno costì.

---

[1] P. Joannes Niger.

[2] Vide tamen quae de hoc clericorum collegio habet Polancus in *Chronico*, t. III, praesertim pag. 56, n. 97.

Di Peruggia a 4 di Feb. 1554.
Di V. P.
Per commissione del P. Mtro. Everardo,
Servo inutile in Christo,

EMONDO AUGERIO.

Alia manu in quarta pagina: 1554. Quad. peug. *(sic)* 4.° di Feb.

Praecedentium Edmundi Augerii litterarum latina versio [1].

IHS

Pax X.[i], etc.

Etsi in dies nova in proximum officia praestare, quam vetera scribere multo sit et utilius et acceptius, illa tamen tuo imperio, observande in Chro. P.[r], non minus gratum erit scripsisse, quam nova praestitisse iucundum; illud enim, si nihil aliud, ignaviae saltem nostrae nobis cognitionem est allaturum.

Fratres domestici veterem illam in adversis constantiam sic videntur servasse, ut se interim non solum pietatis in proximum hoc ipso studiosos esse, verum etiam aliis quoque in Societatis coetum adducendis, multo apertius demonstrarint. Numero enim undenario iam duo vellent accessisse, quorum alter, qui scotus est genere, in primo illo veluti pistrino exercetur; is est et doctrina et morum experientia clarus. Alter vero iam inde exemptus, maioris est nobis in dies spei, qui

[1] Autographae in folio duplici, n. 48.—Quaedam in iis explicatiora sunt quam in italicis.—Eas emendavit et decurtavit Polancus, ut infra erit videre.

tametsi doctrina, pietate sane altero nequaquam est inferior. Hos Deus opt. max. fideles aliquando huius agri, aridi plane et divini pene seminis expertis, efficiat cultores, quorum penuriam acerbe deflemus, quam haec urbs perusina praeter caeteras nimium nimiumque experitur.

In scholis, si non numerus, proventus tamen undecumque augetur, parentum passim testimonio ratus, qui prolem suam quotidie et compositiorem et eruditiorem deprehendunt. Rogatus quidam cur ex aliorum palaestra filium suum in nostram deduxisset, hoc, inquit, veritus, ne et animo quoque mancus prorsus redderetur; erat enim huic monstri potius quam hominis effigies. Sed ne omnia studiorum, ac praesertim rhetoricae et graecae praelectionis, commoda et fructus, qui plurimi sunt, persequar, alio divertam.

Ea enim tametsi maximum nomen ac fidem, quae iuvandis proximis singulari adiumento est, Societati pepererint, resectis interea errorum salebris, auxit tamen magis assidua pene negotiorum administratio, quibus non minus daemonis astutia est collapsa, quam instaurati civium animi. Atque inter haec contigit ut famosissimum illud, quod vocant, jubilaeum, pro Britannis et Germanis, illis quidem confirmandis, his vero ad fidem christianam reducendis, in templo nostro consideret. Porro hic confluentem multitudinem ac multitudinis fructum dicere nec vacat nec possum. Nam etsi aditus sit amplissimus pro templi vastitate, fieri nequaquam potuit quin per quindecim fere totos dies ipsae catervae ingressum intercluderent, optantibus plerisque et vastiorem et digniorem nobis locum. Ac sane tunc temporis benignissimum Reverendissimi Prolegati totiusque senatus animum sumus experti; visitarunt tum illi aedes nostras et saepius et studiosius. Patribus interea, qui hic sunt duo, ad tertiam propemodum noctis horam ministerio sacramenti poenitentiae vacantibus, ubi quam multa eaque multis saeculis occulta flagitia, e confitentium pectore extorserint, quam multos ad recte beateque vivendi normam reduxerint, quot, quibus iam ut desperatis extrema erat anchora, solidaverint, non est huius brevitatis, cui summopere studeo, dicere. Hoc addam tamen, quoad S. Eucharistiae ministerium attinet, nullo unquam tempore, si Resurrectionis dominicae festivitatem demas, plures sacram synaxim sumpsisse. Effe-

ctumque est ut plurimi singulis hebdomadis semel atque iterum hoc ipsum praestent. Nam et diebus quoque veneris est hic confitentium numerus, quem et conservat et auget doctrinae christianae praelectio. Numerosior quidem diebus dominicis caterva confluit; habent enim Rev. P. Everardum epistolarum ad Timotheum interpretem et utilem et vere gnarum. Huic eidem sua omnia et privata et publica negotia commisit quidam summae authoritatis apud omnes civis, ut ne latum quidem unguem a sententia patris discrepet. Illum ipsum de rebus suis consulturi accedunt plurimi, aliis alia proponentibus.

Solet Reverendissimus Proepiscopus reos hac primum poena plectere, ut Patres nostros confessarios habeant, ac tum demum summam negotii in eosdem reiicit.

Sed et suam quoque habet R. P. Joannes palaestram. Is inter caetera, quae huic civitati beneficia confert, hoc unum est non opinor praetereundum; ut vulgus histrionum, circulatorum, ac magorum nihilo secius quam fidei orthodoxae eversores patiatur. Immo eorum apothecas, theatra, pixides, unguentaria et portenta in medio foro exturbat evertitque, concitatisque procerum animis, urbe exturbat [1]. His ipse et aliis plurimis, nam et xenodochia et carceres invisit ille idem, divini nominis zelum testatur. Optimo Jesu, cuius ope omnia haec geruntur, laudi et gloriae cedant.

Superest ut Collegium illud a Reverendissimo Cardinale perusino erectum, feliciter pergere intelligas. Hic duo et ex Societate degunt; alter sacerdos, quem idem Cardinalis summo studio et diligentia citra tempus consuetum sacris initiari curavit. Nec ipsius animum sane fallet opinio et spes, quae illum ad tale opus impulit. Iam enim sunt aliquot magnae expectationis iuvenes, qui totam dioecesim et literis et vitae probitate aliquando illustrabunt. Pluribus inest animus eo se conferendi, quos sola experientia docebit prius esse idoneos. Urget negotium Cardinalis ipse et Proepiscopus, nihilque gregis universi restauratione prius habet. Faxit summus ipse pastor ut nos, quibus hunc gregem perusinum aliqua ex parte videtur commisisse, fideliter pascamus, eumque quas unice amplectitur oves solum

---

[1] Haud *exturbat* hic, sed aliud quid scripserat Augerius, quod sub emendatione legi nequit.

pastorem agnoscant aliquando ac desiderent. Haec ut praestemus, R. in Chro. Pater, tuam opem precamur, quam precibus nostro nomine fusis feres praesentissimam. Vale.

Perusiae. Pridie non. feb. 1554.

T. R. P.,

R.di in Chro. Patris Everardi iussu,

Servus inutilis in Chro.,

EMONDUS AUGERIUS.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Chro. Patri D. Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu.

Romae.

Alia manu: Quad. Perusiae. pridie non. feb. 1554.

In tertia pagina, quae alioquin nitida omnino erat, manus alia calami experimentum sumens, plura sigla confecit, ut: In Dei nomine, In nomine, muy, In nom. nom., etc.

Eaedem Edmundi Augerii litterae cum Polanci emendationibus [1].

Aliae ex eodem, Perusiae pridie nonas Februarii 1554.

Pax Xpi.

Etsi in dies nova in proximum officia praestare, quam vetera scribere multo sit et utilius et acceptius, illa tamen tuo iussu, observande in Xpo. Pater, non minus necesse erit scripsisse, quam nova praestitisse iucundum.

Numero fratrum nostrorum undenario jam duo vellent accessisse, quorum alter, scotus genere, vir est et doctrina et rerum experientia clarus, alter etiam doctrina fortasse sed pietate sane altero nequaquam inferior. Hos Deus Op. Max. fideles aliquando hujus agri aridi plane et divini pene seminis expertis

[1] Praeter autographum, n. 48, de quo supra, pag. 571, annot. 1, ubi cernere est manum emendantis Polanci, bina sunt, ex eo transumpta, apographa, unum in folio, nn. 46 v.° et 47, alterum item in folio, nn. 56 v.° et 57.

efficiat cultores, quorum penuriam acerbe deflemus, quam haec urbs perusina praeter caeteras nimium nimiumque experitur. In scholis, si non numerus, proventus tamen undecumque augetur, vel parentum testimonio qui filios suos quotidie et compositiores et eruditiores deprehendunt. Sed ne omnia studiorum ac praesertim rethoricae et graecae praelectionis commoda et fructus, qui plurimi sunt, persequar, alio divertam: ea enim tametsi nomen ac auctoritatem (quae iuvandis proximis singulari adiumento est) Societati pepererint, resectis interea errorum salebris; auxit tamen magis assidua pene negotiorum administratio. Quibus non minus daemonis astutia est collapsa, quam instaurati civium animi; atque inter haec contigit ut celebre illud, quod vocant iubilaeum, pro britannis et germanis, illis quidem confirmandis, his vero ad fidem catholicam reducendis, in templo nostro constitueretur. Porro hic confluentem multitudinem ac multitudinis fructum dicere nec vacat neque possum. Nam tametsi aditus templi satis sit amplus, fieri nequaquam potuit quin per totos quindecim fere dies frequentia hominum ingressum non intercluderet, optantibus plerisque et augustiorem nobis locum. Ac sane tum temporis benignissimum R.mi Prolegati totiusque Senatus animum sumus experti; adierunt enim illi aedes nostras et saepius et studiosius: Patribus interea, qui hic sunt duo, ad tertiam propemodum noctis horam ministerio Sacramenti poenitentiae vacantibus. Ubi quam multa eaque multis annis occulta flagitia e confitentium pectore extorserint, quam multos ad bene beateque vivendi normam reduxerint, quot quibus jam desperatis pro extrema erat anchora in spem bonam erexerint, non est hujus brevitatis, cui summopere studeo, dicere. Hoc addam tamen quoad Sanctae Eucharistiae ministerium attinet, nullo unquam tempore (si resurrectionis Dominicae festivitatem demas) plures sacram synaxim sumpsisse, effectumque est ut plurimi singulis hebdomadis semel atque iterum hoc ipsum praestent. Nam et diebus quoque veneris est hic confitentium numerus, quem et conservat et auget doctrinae christiane praelectio; numerosior tamen diebus dominicis caterva confluit; habent enim R. P. Everardum epistolarum ad Timotheum interpretem et utilem et perdoctum: huic eidem sua omnia et privata et publica negotia commisit quidam summae auctoritatis apud omnes civis, ut neque latum quidem unguem

a sententia Patris discrepet. Illum ipsum de rebus suis accedunt consulturi plurimi, aliis alia proponentibus.

Solet R.dus Prolegatus reis hoc primum omnium injungere, ut Patres nostros confessarios habeant, ac tunc demum summam negotii in eosdem reiicit.

Sed et suam quoque habet R. P. Johannes palaestram: is inter caetera, quae huic civitati beneficia confert, hoc unum est, ut opinor, non praetereundum, ut vulgus histrionum, circulatorum ac magorum ut fidei orthodoxae eversores insectetur, imo eorum apothecas, theatra, pixides, unguentaria et portenta in medio foro exturbat evertitque, concitisque procerum animis, urbe exturbat. His ipse et aliis plurimis, nam et xenodochia et carceres invisit, divini nominis zelum testatur. Superest ut collegium illud novum clericorum prope urbem a R.mo Cardinali Perusino erectum foeliciter pergere intelligas: hic duo et ex Societate degunt, alter sacerdos, quem idem Cardinalis summo studio et diligentia, citra tempus consuetum, sacris initiari curavit; nec ipsius demum sane fallet opinio et spes, quae illum ad tale opus impulit; jam enim sunt aliquot magnae expectationis juvenes, qui ad totam dioecesim et litteris et vitae probitate aliquando illustrandam apti videntur. Pluribus inest animus eo se conferendi, quos experientia docebit quam sint idonei: urget negotium Cardinalis ipse et praepositus, nihilque gregis universi restauratione prius habet. Faxit summus ipse pastor ut nos et Perusina quas vinea amplectitur oves, ipsum solum pastorem aliquando agnoscamus ac desideremus. Haec ut praestemus, R.de in C.to Pater, tuam opem precamur, quam precibus nostro nomine ad Deum fusis feres praesentissimam. Vale.

T. R. P.

R.di in Christo P. Everardi jussu,

Servus inutilis in Christo,

Edmundus Augerius.

CCLXXIX

N. Costa,
Ex commissione Patris Leonis Enriquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 28 Februarii 1554 [1].

Jhs.

En esta solamente diré lo que nro. Señor neste mes passado a obrado y obra neste Collegio con los del y con los de fuera que en él frequentan las prédicas y sacramentos: es para mucho alabar á su divina bondad ver cómo las ánimas se aprovechão de los sermones y confesiones y comuniō. Andan todos muy devotos: son muy contínuas: cada dia crecen en número y devocion: del aprovechamiento de cada uno en particular los confesores loan mucho á Dios, que tanto se comunica con los suios: el número de ellos es muy grande, y con tener la Capilla mayor otro tanto de lo que era antes, está siempre llena á las pláticas, que se hazen á los domingos y fiestas. Los que se confiesan y comunican son muchos. Esta semana pasada contó el prefecto de la Iglesia más de 260 personas, que se confesaron en dos dias, y ansí es en los otros sin aver jubileo, ni indulgencias, y quedaron más de 50 por confesar aminga [2] de Padres y tiempo; y cuasi todos estos se comunican. Bendito sea Dios por las mercedes que nos hace. Son todos muy devotos de casa, y muchos de ellos studiantes y gente noble, y con haber prédicas y confesores en muchas iglesias y monasterios, no dejan de con-

---

[1] Autographae in folio unico, n. 456.
[2] Sic; pro lusitanico *mingoa*, hispanice *mengua, falta*, latine *defectus, inopia*.

currir á la nuestra, y, si tuviésemos iglesia conforme á la devocion dellos, mucha más sería y haríase doblado fructo. Dios nuestro Señor nos la ordene para que sus ovejas se puedan recoger y no anden deremadas. Y á fuera destas confessiones hay otras por fuera de casa para las personas devotas y de respeto, que por no poder venir al Colegio, las oye de confesion un Padre nuestro en las diversas iglesias de la ciudad, en lo que hace gran servicio á Dios. Esto es en cuanto á los de fuera.

Los nuestros, bendito sea Dios, están buenos *in utroque homine,* creciendo en perfeccion y virtud; lo cual se ve muy á la clara en ellos, assí oficiales como estudiantes; los de la casa de probacion se dan muy deveras á Dios. Son muy amigos de mortificacion, y, si los dejasen, harían muchas más de las que hacen. Son al presente 25 entre Padres y Hermanos, con dos, que están en la 2.ª probacion, los cuales tienen algun principio de latin, mas mucho de virtud y muestras de ser buenas cosas para nuestro Señor servirse dellos. Estos con otros dos envió el P. Mtro. Miron de Lixbona. Los studiantes studian en sus studios lo mejor que pueden. Los filósofos hoy empiezan á hacerse bachilleres en esta Universidad públicamente con exámen de tres Maestros en Artes y teólogos muy doctos y deputados para ello, los cuales nō nos llevan algun salario, ni tampoco la Universidad, siéndole debido de todos; y esto negoció el P. Don Leon [1] muy diligentemente hablando á todos y lo acabó; cosa que parecía imposible, por ser nueva en esta tierra y nunca hecha ni cometida hacerse sin dineros, antes hubo Doctor que dijo que lo pidiésemos, porque no se soffría ni se había de hacer de balde; y ya determinaba el P. que nos hiciésemos en casa, mas Dios lo ordenó de manera que aina me parece que los hermanos, que toman el grado, lo harán muy bien en sus exámenes, si no fuere yo, que soy el más flaco en ánimo y saber y todo lo demás. Somos por todos 12, mas uno está enfermo y no se podrá hacer.

Los Padres continuamente tienen que hacer en confessar, confessando todo el dia y parte de la noche: hay tanto concurso de penitentes que al tiempo de las prédicas confiessan, y no pueden cumplir con todos. En el principio de esta cuaresma

---

[1] P. Leo Enriquez, Conimbricensis Collegii Rector.

mandó el P. Don Leon al P. Miguel de Sousa á San Fins á predicar, y al P. Melchor Cotta á Santo Anton de Bienspera, y á otros lugares grandes comarcanos [1]. En casa predican dos. Los enfermos son cuatro: dos de fiebres continuas; uno es theólogo, otro oficial [2]. El otro es filósofo, y ya está bueno. El cuarto habrá seis años que enfermó de muchas dolencias, las cuales sufrió con mucho trabajo hasta ahora y el año passado partió para Indias y arribó, y ahora está para morir; parésceme que no llegará á la mañana; ya tiene recibidos todos los Sacramentos. Ha nombre Antonio Alvarez. Dios se acuerde dél [3].

Esto es, Padre mío en Cristo, lo que al presente se ofreció para escribir. Todos nos encomendamos mucho en los sacrificios y santas oraciones de vuestra paternidad.

Deste Colegio de Coimbra el postrero de Febrero de 1554.

Por comission del P. Don Leon,

Hijo suyo,

COSTA.

Superscriptio: † A nro. p.e mro. Ignatio.

2.° *(secunda via).*

---

[1] San Fins et Bienespera erant Abbatiae Conimbricensi Collegio adscriptae. Vide POLANCO, *Chronicon,* t. II et III, passim, ubi de rebus Portugalliae agit.

[2] Verbo hic *official* et supra *officiales* intelligendi sunt coadjutores fratres ad domestica munia seu officia deputati.

[3] Vide POLANCO, *Chronicon,* t. III, pag. 415.

CCLXXX

P. Antonius de Quadros,
Ex commissione Patris Jacobi Miron,
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 16 Martii 1554 [1].

IHS

Muy Reverendo in Christo Padre.

Pax Christi, etc.

Porque en la de los 4 meses no va nada de lo que Nuestro Señor se digna obrar por el P. Juan Nuñez, que ha cinco años que está en Berbería [2], en una villa de moros llamada Tituan, y entiende en la consolacion y redemption de los captivos, que allí vienen, que son casi todos, por aquella tierra ser del principal trato de cativos; y, por tanto, me mandó el P. Miron que dello diese cuenta á V. P.[d]

El oficio del P.[e] en aquella tierra era exercitarse en consolar aquellos pobres hombres, confessándolos y animándolos á llevar sus trabajos, que por la gran inhumanidad de los moros son muy grandes; y, segun supe de un captivo que el P.[e] rescató, yvase á do los captivos trabajaban, y á los fatigados les ayudaba en sus trabajos corporales y los exhortava á sufrirlos; á otros dava alguna limosna para poder llevar sus trabajos corporales, que en tales hombres andan muy conjunctos

[1] Autographae in folio duplici, nn. 416 et 417. Postrema tantum verba *por comision del p. Miron, hijo indigno, Antonio de Quadros,* sunt hujus Antonii, olim Tiburtii, manu.

[2] Non erat jam in regione Africae, quae *Berberia* dicitur, P. Joannes Nuñez, dum hae litterae exarabantur, sed Ulyssipone, ut infra ipse affirmat Antonius de Quadros.

con los spirituales; á otros animava con les dar esperanza de sus rescates; de manera que, visitándolos á todos en sus trabajos ó mazmorras, que son casas á donde duermen, consolava á cada uno segun su disposicion, sostiniendo en nuestra santa fé á los flacos, y quitando á todos de sus malas costumbres. Confesávalos á todos, de lo que antes teniā mucha necesidad; porque ordinariamente morian muchos sin confesion; á muchos, que se querian volver moros y andavan quasi para caer, entretenia; y por la gracia divina truxo á perfecta quietacion de sus ánimas á otros, que ya se habian bolvido, aunque no públicamente, con dar de ello parte á los moros, truxo á la fé de nuestro Señor. A otros cristianos, que avian ido de otras partes de cristianos á aquella villa á hacerse moros, tambien truxo á nuestro Señor; y, si no me olvido, con no se hazer moros, quedaron captivos. A otros que eran ya hechos .s. *(scilicet),* arrenegados, tambien truxo á la fé; y á todos estos confessó y absolvió por llevar para ello licencia del Rmo. Señor Cardenal Infante, Inquisidor Mayor en este reino [1]; y estos helchel [2], por tener mayor libertad para huir, se vinieron á Portugal, dándoles el P. Juan Nuñez seguro de acá no entender la Inquisicion en ellos, por un alvala [3] del mismo Cardenal, en que se daba poder para ello.

Otro modo tenia de aiudar y consolar esta pobre gente; porque son los moros tan sin charidad é inhumanos, que, si enferman sus captivos, ningun cuidado tienen de ellos, ni los curan, ni proveen en algo, mas los dexan morir miserablemente en las mazmorras, durmiendo por el suelo y desnudos; y para socorrer á este desamparo, ordenó el Padre dos casas de misericordia en una fortaleza del Alcaide, donde ay cinquo mazmorras debaxo de la tierra, y otras en la aduana á do el P. posa, y los cristianos libres, así mercaderes como otros,

---

[1] Henricus, Eborensis Archiepiscopus.

[2] Sic; sed scribendum videtur *elches.* Est autem *elche* "voz Arabica, que, segundo COVARRUBIAS no seu *Thesouro,* val tanto como *Transfuga,* e na lingoa Portugueza significa aquelle, que de Christiaõ se fez Mouro, e que, passando para a ley de Mahoma, he transfuga da sagrada milicia de Christo". P. BLUTEAU, *Vocabulario Portuguez e latino.*

[3] Nunc communius *alvara.* "Termo arabico, de que tamben usão os castelhanos, chamando com pouca corrupção *Albala,* ou *Alvala,* ao passaporte e huma cedula de importancia. Entre nos *Alvará* val o mesmo, que letras patentes do Principe. *Diploma.*" BLUTEAU, ibid.

para otras tres mazmorras que hay en la villa; y á aquellas casas trae los captivos enfermos sobre su fiança, que de otra manera no los quieren los moros quitar de las mazmorras; y los hace curar un hermano que tiene consigo, llamado Ignacio [1], y otros dos hombres, que le ayudan á servirlos; y para aver limosnas para poder proveerlos, scribe el Padre á diversas partes de Castilla, á donde tiene mucho crédito con muchos señores y señoras grandes, y [á] otros muchos señores de estos reinos de Portugal, los cuales le dan muchas limosnas, así para estas como para otras muchas necesidades de los captivos; y para rescatar algunos, le mandan el dinero por letras, ó lo libran por mercaderes, que tratan del reino de Fez; y de estas limosnas se visten los captivos, por andar desnudos sin los señores les querer dar vestidos; y aun me dijo un captivo que á los mismos moros, que tienen más necesidad, provee; de lo que ellos mucho se edifican.

Tiene mucha vigilancia el Padre de saber los que están flacos en la fé ó que tienen ocasion de caer, así por falta de discrecion, como los niños y niñas, como [por] otras causas; porque á las mujeres constriñen los moros á ser moras, por las poder tener por mancebas; y á éstos, que tienen semejantes necesidades, rescata primero, y, cuando la necesidad es urgente, rescata sobre su fiança, ó le dan para ello dineros prestados, porque tiene gran crédito en aquella tierra, así por su verdad como por su virtud, porque aun los moros le tienen por hombre sancto.

A unos mercaderes de Toledo scrivió el Padre cómo querian llevar de Tituan para la ciudad de Fez una mujer y tres mozas, de las cuales dos habian sido moras dos años y se habian convertido á la fé de nuestro Señor, y por eso estavan en gran peligro de se perder. Ellos con su carta uvieron licencia del provisor, mostrándole la carta, y huvieron en una semana 400 ducados, que le enviaron para las rescatar, con los cuales rescató cinco, las cuales rescató con otros veintinueve ó treinta captivos. Scriviéronle estos mercaderes (por ser informados dél cuántos muchachos se hacian turcos, y cómo ellos les traian en enormes pecados) que querian ordenar una cofradía

[1] Fr. Ignatius Vogado, vel Bogado.

para que cada año se pudiese proveer entre los mercaderes ricos limosna para rescatar algun número de captivos, y un hermano de nuestro hermano, llamado Juan Baptista [1], el cual reside en Medina del Campo, á donde hay muchos mercaderes y muy ricos, scrivió al P. Juan Nuñez que scriviese al P. Bautista, su hermano, que hiciese con los mercaderes de aquella villa, con quien tiene mucho crédito, que ordenase tambien entre sí la mesma cofradía; y el Padre tiene ya escrito sobre ello largamente al P. Bautista.

Estos dias pasados le dieron una carta de un religioso de S. Francisco, llamado Fray Luis de Sandoval [2], el cual reside en Sevilla, en la cual le scrivia que le mandava á Ceita [3] 512 ducados, con otros 670, que le tenian mandado de Lixbona, para rescatar un buen número de muchachos y muchachas, que el Rey de Argel queria llevar de Fez para Argel (por ahora haber tomado Argel, con el Rey de Velez, al Xarife), y que le mandava le mandase manera cómo se ordenaria la dicha cofradía, porque determinava de hacer con muchos Señores y Señoras con quien tiene conocimiento, por ser persona noble y muy virtuoso, que entrasen en esta cofradía, para de ellos hacer muchas limosnas; y que en toda manera el Padre, á la vuelta para Africa (por haber ahora venido á Lixbona), se viese con él, para le dar cuenta de muchas cosas que con él tenia que comunicar; y que pidiese á su Superior que en ninguna manera dexase de le mandar residir en Africa, por el crédito que por la bondad de Dios tenia mucho en España, con que podia mucho aprovechar á aquellos miserables captivos.

Esto es brevemente y en suma en lo que el Padre se ejercita y la disposicion que hay de socorrer aquellos captivos; ultra que todos estos años le tienen mandado muchos dineros para rescate de muchos captivos, así de muchos Señores y Señoras de Portugal como de Castilla; y hay acá personas que nuestro Señor mueve tan particularmente para aiudar á esta obra de la redencion, que es para alabar á nuestro Señor.

Ahora llegó el Padre á esta ciudad de Lixbona á hablar al

---

1 P. Joannes Baptista Sanchez, de quo pluries jam in his *Quadrimestribus litteris* et in POLANCI *Chronico* mentio facta est.

2 Vide *Cartas de San Ignacio,* t. III, pag. 243.

3 *Ceuta,* latine *Septa, Abyla.*

Rey que mandase proveer rescate á 200 captivos, muchos dellos de 15 y 20 años de captiverio, casi todos Portugueses de las ciudades fronteras de Su Alteza, los cuales el Rey de Argel queria llevar á la ciudad de Fez; é en menos de 15 dias se concluyó el negocio y se ordenó de pasar en letras veinte mil ducados, así de la limosna que su Alteza dió, como de muchas otras limosnas con que nuestro Señor por su misericordia proveyó á tanta necesidad. Quando vino, dexó, por venir muy deprisa, 34 captivos ya rescatados de otros dineros en Ceita; y la mayor parte de ellos eran niños y mujeres, que habian sido ya moras; lo que fué mucho, por ser ya conocidas por moriscas. Aquí en esta ciudad era el Padre tan buscado y de tantos, que nunca tenia reposo alguno; unos le traian dinero para sus captivos, otros limosnas para los agenos; y con esto no cesa la gente de edificarse mucho. Bendito sea nro. Señor, que tomó los de esta Compañía por instrumentos suyos para de tantas maneras edificar á los próximos.

Esto es lo que ahora me ocurre del P. Juan Nuñez, encomendándome en bendicion y oraciones de V. P.

Hoy 16 de Marzo de 1554.

De V. R. P.

Por comision del p. Miron.

Hijo indigno,

ANTONIO DE QUADROS.

Superscriptio in quarta pagina: IHS. Al muy R.do en Christo Padre el P. Maestro Ignacio de Loyola Prepósito General de la Compañía de Jesus en Roma.

Manu Joannis Philippi Vito: 1554. Lisbona, d' Antonio de de Quadros, 16 de marzo, delli cattivi di Tituan.

Alia manu: Quad.

Praecedentium Antonii, olim Tiburtii, de Quadros litterarum italica versio [1].

Jhs.

Molto R.do in X.o Padre.

Pax Xpi.

Per non farsi mentione nelle quadrimestri di quel che il S.or si degna operare per lo P.e Giovanni Nuñez, il quale già sono cinque anni, che è in Berberia, in una terra di mori chiamata Tituan, attendendo alla consolatione et redentione de cattivi, che la vengono, che sono quasi tutti, per essere quella terra del principal tratto de cattivi; perciò m' ordinò il P. Miron che di questo dessi ragione a V. P.

L' ufficio di detto P. Nuñez in quella terra era essercitarsi in consolar quelli poveri huomini, confesandogli et animandogli a soportar i loro travagli, che per la crudeltà delli mori sono molto grandi. Et secondo mi referì un cattivo riscattato dal detto Padre, andava dove i cattivi travagliavano et agli affaticati gli aiutava ne' suoi travagli corporali, essortandogli alla toleranza; ad altri dava alcune limosine, acciò potessero sofferire gli travagli corporali, che in tali huomini vanno molto congiunti con gli spirituali; ad altri animava con dargli speranza de lor rescatto. Di maniera che visitando tutti ne loro travagli o nelle mazmorre (che sono certe habitationi sotterranee, dove sogliono ponersi i cattivi), consolava ad ogni uno secondo la lor dispositione, mantenendo nella santa fede i deboli et facendogli lasciar i loro mali costumi, confessandogli tutti, del che prima havevano molta necessità, perciochè molti morivano senza confessarsi. A molti, che si volevano far mori, tratteneva, et per la divina gratia gli condusse a perfetta quiete delle anime loro. Ad altri, che già havevano rinegato (benche non publicamente) ridusse alla santa fede. Ad altri christiani, che

---

[1] Adversarium autographum Joannis Philippi Vlto, leviter a Patre Polanco emendatum, in folio duplici, nn. 415 et 416.—Paucissima, quae addidit, verba Polancus, italicis hic a reliquis distinguemus.

d' altre parti venirno in quella terra per rinegare, ridusse a star saldi nella santa fede et se non m' inganno, per non rinegare restorno schiavi; ad altri, che già havevano rinegato *in publico*, ridusse alla fede; et tutti costoro confessò, et assolvete, havendo egli auctorità per ciò dal Rmo. Sr. Cardinale Infante, inquisitore magiore in questo regno, et havendo questi riconciliati maggior libertà per fuggire, se ne vennero a Portugallo, facendogli sicuri il P. Giovanni Nuñez de non essere qui molestati dall Inquisitore, per virtù d' una patente del detto Cardinale, nella quale gli dava facoltà per questo.

Altro modo haveva de aiutare et consolare questa povera gente, essendo i mori così empi et inhumani, che, amalandosi i lor cattivi, niuna cura hanno di loro, nè gli proveggono in cosa nessuna, ma gli lasciano morire nelle mazmorre, dormendo nella terra. Et per provedere a questa afflittione, ordinò il P.e due case della Misericordia, una nella fortezza del Castellano, dove vi sono cinque di quelle mazmorre, et altra nella dogana, dove habita il P.e et gli christiani liberi, così mercatanti come altri; etiam in tre case che sono nella villa, fa condurre gli cattivi infermi sopra la promessa sua; che altrimenti non gli vogliono i mori cavare delle mazmorre; et quelli fa curare un fratello, che tiene con lui, chiamato Ignatio, et due altri huomini che l' aiutano a servirgli. Et per haver limosine per poter provedergli, scrive il P.e a diverse parti di Castella, dove ha molta fede appresso molti Signori e Signore grandi, et altri molti Signori di questo Regno di Portugallo, i quali danno molte lemosine, così per questo come per altre necessità delli cattivi, et per rescatarne alcuni; et gli mandano i dinari per lettere o per mezzo di mercatanti che trattano, del Regno de Fez; et de queste lemosine se vestono i cattivi, i quali vanno ignudi, per non li voler vestire i lor padroni. Et ancora mi disse un cattivo che agli stessi mori, che stanno in bisogno, provede; del che molto s' edificano.

Ha special vigilantia il P.e di vedere coloro che stanno deboli nella fede, o che hanno occasione di cadere, così per mancamento di discretione (come sono li fanciulli et fanciulle) come per altre cause; et i mori sogliono sforzare le donne a farsi more, acciò le possano havere per concubine; et a simili, che stanno in maggiore pericolo, in primo luogo riscatta, et, quando

la necessità è urgente et non si truova danari, gli rescatta sopra la sua promessa o vero gli sono prestati danari, havendo egli grande credito in quella terra per la sua verità et virtù, perciochè etiam gli mori li tengono per huomo sancto.

Scrisse a certi mercatanti di Toleto detto Padre come volevano menare de Tituan alla città de Fez una donna et tre figliuole, delle quali due havevano stato more due anni et s' erano convertite alla fede, et perciò stavano in grande pericolo di perdersi. Essi per la sua lettera hebbero licentia del Provisore, mostrandoli detta lettera, et hebbero in una settimana 400 ducati, che gli mandorno, con li quali rescattò cinque, con altri 29 o 30 cattivi. Scrissergli quelli mercatanti (essendo avisati da lui quanti figliuoli si facevano mori et essi li tenevano in enormi peccati) che volevano instituire una confraternità, acciochè ogni anno si raccogliesse limosina fra li mercatanti ricchi per riscatarne alcun numero de cattivi.

Un fratello di un P.e della Compagnia, chiamato Mtro. Battista, il quale sta in Medina del Campo (dove sono molti mercatanti et molto richi), trattò con li mercatanti di quella *terra,* con li quale tiene molto credito, che ordinassero parimente fra loro la medesima confraternità.

Questi dì passati gli fu data una lettera d' un religioso, chiamato fra Luigi de Sandoval, il quale sta in Sevilla, nella qual gli scriveva che gli mandava a Ceita 512 ducati, et altri 670 gli haveva mandato de Lisbona, per rescatar un buon numero de fanciulli et fanciulle, che il Re di Algeri voleva menar de Fez ad Algeri (per haver presso adesso *Fez al xarife con aggiuto* del Re de Velez), et che gli mandasse il modo come si dovesse ordinare detta confraternità, perciochè determinava de far con molti Signori et Signore, apresso li quali ha molto credito per esser persona nobile et molto virtuosa, che entrassero in questa confraternità per haver di quelli molte lemosine; et che in tutti modi il P.e, al ritorno in Africa, per *che venne* adesso a Lisbona, fusse con lui per *conferire* de molte cose del servigio de Dio et aiuto delli cattivi, et che dimandasse al suo superiore che in niuna maniera lasciasse di mandarlo in Africa per lo molto credito che haveva in Spagna, col quale molto poteva agiutare quelli miseri cattivi.

Questo è in somma quello in che il P.e si essercita et la dis-

positione che vi è di soccorrere alli cattivi; oltra che tutti questi anni gli hanno mandato molti danari per riscatto de molti, così de Portogallo come de Castilla. Sonovi qui persone, le quali Nostro Signore move tanto particolarmente per agiutare questa opera della redentione, che è per lodar al Signore.

Adesso arrivò il P. Nuñez, come ho detto, in Lisbona per parlare al Re acciò facesse provedere rescatto per 200 cattivi, molti di quali già sono 15 et 20 anni che sono schiavi et quasi tutti Portuesi delle Città frontere de Sua Altezza, i quali il Re de Algeri voleva levare della città de Fez; et in meno de 15 giorni si concluse il negotio et s' ordinò de mandar per lettere ventimila ducati, così della lemosina, che diede sua Altezza, come anche de altre lemosine, con le quali il Signor provede per sua misericordia a tanta necessità. Quando venne, lasciò, per la molta fretta, 34 cattivi già rescattati de altri denari in Ceuta; et la maggior parte di quelli erano fanciulli et donne che già havevano rinegato; il che fu difficile per essere già conosciute per morische. In questa città era questo P.e tanto dimandato et da tanti che mai haveva riposo; altri gli portavano danari per li suoi cattivi, altri lemosine per gli stranei, et con ciò non cessa la gente d' edificarsi molto. Benedetto sia nostro Signore, che ha preso quelli della Compagnia per instrumenti suoi per edificare di tante maniere al prossimo.

Questo è che adesso mi occorre del P. Giovanne Nuñez [1], raccomandandomi alla beneditione et oratione de V. P. R.

De Lisbona 16 Marzo di 1554.

Por commissione del P. Miron.

De V. P. figliuolo indegno,

Antonio de Quadros.

Alia manu: Lisb.a 54, 16 mar.

---

[1] Hic signum † apposuit Polancus simileque in margine, ut hic inserantur quae ibi ipse scripsit. Scripsit autem haec: *il quale il re ha nominato per Patriarcha della Ethiopia.* Nos vero inserenda non putamus, quoniam, licet, quo tempore hae litterae in italicum sermonem Romae vertebantur, electus jam in Patriarcham Aethiopiae fuerat Nuñez, ejus tamen electio die, quo litterae datae sunt, nondum facta fuerat.

CCLXXXI

P. Arnoldus Hezeus
Patri Ignatio de Loyola.
Lovanio, 23 Aprilis 1554 [1].

IHS

Pax X.^{i} et scti. Spus. confortatio semper impleat corda nostra.

Scripturus ea, quae proximorum quatuor mensium intervallo hic acta sunt, hinc duo praecipue, non levi praetereunda cursu, illabuntur animo meo: alterum, ne prolixius in scribendo v. voluntatis, Pater in X.^{o} Jesu admodum R.^{de}, videar excedere limites, alterum, ne, contractiori usus stilo, minus charitatis perfungar officio. Ut igitur tutiorem seu mediam observemus viam, in tres particulas omnium actuum nostrorum summam distinguemus.

Prima novam quamdam et quasi hactenus inauditam huius civitatis explicabit innovationem et tranquillitatem; 2.^{a} Patrum istis in locis agentium tam labores quam spirituales adducet fructus; 3.^{a} vero domesticorum statum indicabit.

Antehac visum esse non autumo nostra tam tranquillum quam in praesentiarum progressum habuisse instituta; non enim secus ac si lethaeo traditae essent flumini, omnes vexationes et quotquot contradictiones aut tribulationes unquam sustinuimus, iam sub silentio silent. Omnes autem sive spirituales sive saeculares, puta dignitate aliqua eminentiores, aut

[1] Autographae in duplici folio, nn. 256 et 257.

favore quodam nostrae applaudent *(sic)* conversationi aut certe oculo conniventi praetergrediuntur. Nullus oblatrat, nullus accedentes ad nos publice impedire praesumit, ut omnia, quomodo libet aut in Domino expedit, nobis quoque licere putatur. Qui suis quandoque in concionibus false satis nostrae detrahere solent *(sic)* Societati, iam, quasi unum nobiscum cor esset, eamdem saepe tacite et aperte commendant et provehunt. Tam enim unanimes praecipui concionatores hac quadragesima in concionibus fuerunt, tam vigorosi contra multarum malarum consuetudinum introductionem, tam dulces erga pios, tam compatientes poenitentibus, tam denique in adhortando ad frequentem confessionem et communionem diligentes, quasi si de fonte nostrae Societatis cuncta hausissent. Huic quoque accedit quod eis confitentes, si quando abesse contingat, potius ad nos quam alios quosvis accedere cupiunt. De paedagogiis autem quid scribam? nisi quod ultro suam nobis offerunt operam, ut, si quando contingat nos habere fratres, in suorum discipulorum catalogum eos possent recipere; experientia, quasi divina ordinatione, edocti, de Collegio Falconensi, ubi sane, a quo tam ignominiose nostros exclusere fratres, quia Collegium honore primi Universitatis privasse videbantur, ab hoc, inquam tempore, quando primum habere putabant, vix sextum aut septimum habuerunt [1].

Directorium istud confessionis, quod superioribus diebus a V. P. accepimus, sub privilegio Caes. maiest. ac ven.lis Domini Cancellarii visitatione et approbatione, hic Lovanii a novo imprimitur [2].

Hic iam me ad secundam partem convertam, quae Patrum in vinea Domini operam ostendet. Non quidem V. P. latere putamus nos quatuor [3] eosque sacerdotes in his partibus esse tantum, qui publice nostrae Societatis profitentur institutum, qui hac quadragesima in eadem vinea Domini late segregati fui-

[1] Vide POLANCO, *Chronicon*, t. II, pg. 287, n. 245, et quadrimestres Patris Adriaenssens litteras in t. I.

[2] Vide *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus,* t. VI, col. 939, art. POLANCO, n. 1.

[3] Trium tantum meminit POLANCUS in *Chronico,* t. IV, ubi de Collegio Lovaniensi agit, sc., Patrum Adriani Adriaenssens, Arnoldi Hezei et Petri Spiga. Sed iis annumerandus videtur P. Bernardus Oliverius, qui jam hac hyeme, priusquam in patriam (Antoing) valetudinis recuperandae et quorumdam negotiorum absolvendorum causa ivit, Lovanii diebus aliquot fuerat.

mus. Nihilominus plures in Dno. adhuc latentes habemus [1]. R. P. Bernardus Oliverius, a quo quartana eum reliquit, strenue hac quadragesima singulis dominicis festivisque diebus, concionibus ante meridiem, post catholicae fidei explicandis articulis, incubuit; magnum habuit populi de diversis pagis ac locis confluxum. P. Dnus. Spiga, hispanus [2], in quadam civitate, in finibus Galliae sita [3], egit, ubi a multis hispanorum et aliorum locorum militibus castra Imperatoris hac hyeme servata fuerunt contra gallorum insultus; iis a confessionibus fuit; nonnulli etiam totum vitae suae reatum deposuerunt. Quanta autem charitate a summo pastore, qui eum hospitio excepit, totoque subditorum coetu, necnon a ven.li Abbate Laetiensi [4] eius susceptus fuerit adventus, brevitatis ergo omittam.

R. P. Adrianus [5] et ipse, qui Lovanii mansimus, nec nos laboris fructu non poenitendo destituti fuimus. Tantus enim tota hac quadragesima, tam ob plenarium iubilaeum quam ob instantem paschalem solemnitatem, confitentium fuit concursus, ut vix oneri pares essent vires; a summo diluculo usque in summum noctis persaepe ab audiendis confessionibus non quievimus. Quantum autem hinc fructus pullulare cernimus, in specie enarrare nec charta nec tempus patiuntur; ideoque uno alterove adiecto exemplo, reliqua legenti animo scrutanda relinquam. Primum est studiosorum sacerdotum aedificatio, quibus R. P. Adrianus a conscientia est, qui quidem, a quo Patri confiteri coeperunt, non minus exemplarem inter suos, maior enim pars ex Collegio theologorum [6] est, agunt vitam, quam si fratres Societatis essent; quos in festivitatibus specialibus Pater ad audiendas confessiones per diversas ecclesias disponit, quo eumdem, quem hauserunt spiritum, in aliorum quoque trans-

---

1 *Latentes* hos existimamus fuisse, qui licet votum Societatis ingrediendae emisissent, in suis paedagogiis degebant, quique toto hoc anno et sequenti Romam a P. Adriano missi fuere. De iis in posterioribus quadrimestribus et in POLANCI *Chronico,* t. IV, sermo fiet. Verum an alii praeter hos fuerint inexploratum nobis adhuc est.

2 Sardus erat P. Spiga; sed Sardinia tunc hispanae ditioni subjacebat.

3 Valenciennes? "Les ennemis (Imperatoris Caroli milites) ayant rassemblé leurs troupes, s' étoient retranchez dans un vallée audessus de Valenciennes... La cavalerie legère (Gallorum), qui étoit dispersée se reünit: alors elle donna sur la cavalerie des ennemis, et la poussa jusque dans leur camp.„ Ita DE THOU, dum postremum Gallos inter et Imperatoris milites anno 1553 gestum praelium enarrat, lib. XII.

4 Ludovicus Blosius, *qui prope loca suam Abbatiam regebat.* POLANCUS, *Chronico,* t. IV.

5 P. Adrianus Adriaenssens.

6 Liliensi?

fundere corda discant, quoniam non omnibus satisfacere nos possumus. De laico autem populo haec scribenda occurrunt, omnes nos tanto honore ac aestimatione prosequi, ut fere per plateas incedere pudet. Dignetur Dominus largiri ut in die iudicii sua gratia tales inveniamur quales hic nunc habemur. Plures hac quadragesima totius vitae confessionem renovarunt, quoniam a longo tempore non aut nunquam plene confessi fuerunt. Quaedam religiosae, instigante diabolo, et statum et professionem relinquere statuerunt; venientes ad nos ut vi indulgentiarum a votis suis exonerari possent, sed hoc confessionis medio detectis diaboli fallaciis, ad propriam cognitionem reductae, cum fervore professionem suam amplexae sunt. Alia religiosa professa, quae pro sancta et mirabili vitae singularitate ab omnibus habebatur, sub qua specie per aliquot annos execrabilem in multorum religiosorum perniciem vitam egit, casu quodam, sed divino intus ducta spiritu, ut speramus, ad nos veniens, ad tantam, divina operatione, sui cognitionem et peccatorum displicentiam perducta est, ut statim detestabili luxuriae vita deserta, ad omnem suae professionis constitutionem stricte observandam se quam paratissimam praeberet; perseverat in lachrymis et occulta poenitentia, freno potius quam calcaribus indiga; sic enim mihi postea retulit magna lachrymarum inundatione perfusa, se gratia Dei malle mille subire mortes quam unum vitae praeteritae reiterare peccatum.

Verum non hoc silentio praetereundum autumo, quod etiam gravioribus obnoxios peccatis non parum exterruit compulitque ad maturiorem faciendam confessionem, nimirum, tam nocte quam die *in coena Domini*, diversis vicibus tantos hisce in locis contigisse terraemotus, quantos a vita hominis vix hic posteris relictum constet.

Ad venerationem sanctissimae Eucharistiae hoc quoque accessit, quod quasi sine reverentia, unica dumtaxat incensa candela, ad infirmos portari solet, eo iam perductum est tum publicis concionibus, quas, solito more alias indicato, loco pastoris prosequor, tum privatis adhortationibus, ut tribus laternis, duabus aut tribus facibus iuxta placitum portantis, debito honore et reverentia portatur ad infirmos.

Saepe vocamur ad circumiacentes civitates et coenobia, pro summa habetur gratia sicubi nostra detur praesentia frui.

Visitavit P. Adrianus Rev. Cardinalem Polum, Legatum Apostolicum [1] similiter Archiepiscopum [2], Nuntium a Sede Apostolica ultimo missum [3]. Episcopum quoque Bressens[em] [4], cum Fratre Petro de Soto, Caes. Majes. confessario, cum quibus egit valde familiariter, qui uno ore omnem suam operam, ubicumque possint, nobis offerunt et pollicentur.

Quaedam ditissima vidua Antuerpiae, viginti duo aut viginti trium annorum, duas habens proles, mundum statuit relinquere, cupiens intrare coenobium Sanctae Clarae. Verum priusquam voti poterat fieri compos, tantas passa contradictiones a parentibus, amicis totaque sua progenie, quae ibi valde est famosa, quod quasi in extremam reducta angustiam, quid faciendum quidve omittendum dubitaret, hoc solum reliquum habens, in quo omnem spem et fiduciam tenebat, quicquid Pater Adrianus consuleret, caeteris cunctis spretis, unicum hoc se facturam, ut fecit; nam, Patre mediante, cum consensu parentum, qui etiam prolum in se curam susceperunt, ad exemplum multarum virginum in eodem proxime coenobio vestietur.

Verum ne sim prolixior, tertiam huius epistolae arripiam partem, in qua tribus, quod dici solet, verbis rerum domesticarum [statum] exprimere conabor. Studia quidem singularia nulla habemus, praeterquam visitare infirmos, consolare pusillanimes, confortare morientes et afflictos, quibus adeo obruimur, ut vix litterarum studiis ullus relinquatur locus; si quid concedatur, hoc privato impenditur studio.

Tres habuimus, qui se in spiritualibus exercuerunt contemplationibus, quorum duo ad nostram aspirant Societatem. Unus sacerdos, singularibus quibusdam naturae insigniis bene dota-

---

1 Reginaldus Polus, Cardinalis, Apostolicae Sedis "vel ad Caesarem, vel ad Gallorum Regem, vel ad utrumque", ut ait RAYNALDUS, *Annal.*, 1553, n. III, Legatus.

2 Verba haec *similiter Archiepiscopum*, licet nullo signo a praecedentibus verbis in autographo separentur, minime cum iis videntur conjungenda. Cardinali enim Polo nonnisi sequenti anno, die XI Decembris, Cantuariensis Archiepiscopalis Ecclesiae administratio collata fuit.

3 Hieronymus Dandini, Cardinalis, Imolensis dictus, quia Imolae Episcopus fuerat

4 *Bressens* perspicue legitur in autographo; *em* vero, quod addimus, in attrita charta subobscure percipitur. Quod si pro *Brixiensem*, ut saepe tunc et postea factum est, positum existimemus, sermo est de Durante de Durantibus, Brixiensi Episcopo. Hujus tamen, ut et Archiepiscopi, de quo supra, annot. 2, nullam, dum haec narrat, mentionem habet POLANCUS et post eum ORLANDINUS.

tus, theologiae bacchalaureus; alter juvenis, doctus atque bona indole; tertius sacerdos est amplam sub se habens animarum curam, cui hucusque, non sine detrimento ac scandalo, ut facile videre est, personaliter non praefuit; quod iam se statuit facturum ovesque suas, ut bonum decet pastorem, praecessurum doctrina atque exemplo. Expectant alii duo aut tres ut, ubi per nostras licuerit occupationes, mox exercitia arripiant.

Haec, R.^{de} P.^{r}, pro hoc quadrimestri V. P. scribenda occurrerunt, quibus V. P. omniumque tum Patrum tum fratrum precibus ac sacrificiis commendari humiliter petimus.

Lovanii, 9.° calendas Maii 1554.

V. P.

Servus indignus,

ARNOLDUS HEZIUS

Superscriptio in quarta pagina: R^{do}. in X.° Patri D. Ignatio de Layola *(sic)*, Societatis Jesu gnali. Praeposito.

Romae.

Alia manu: Lettera quadrimestre, di Lovanio, delli 23 de Aprile.

Vestigium cerae et sigilli.

CCLXXXII

Hieronymus Ripalda
Patri Ignatio de Loyola.
Valentia, 26 Aprilis 1554 [1].

Jhs.

Reverende in Christo Pater.

Pax Christi, etc.

Quamvis ex superioribus epistolis, quae singulis quoque mensibus hinc Romam perferuntur, multa sparsim intellexeris, quae hoc proximo quadrimestri transacta sunt: Nunc autem eadem repetemus et, si quae postea contigerint, ad duo brevissima capita revocabimus ut praescripto iam tempori pariter et obedientiae (qua poterit brevitate) obsecundemus. Initium enim ab his sumendum esse duxi, quae magis videntur ad proximi charitatem accedere. Postea vero de domesticis studiis nonnulla subjungam.

Post exactum tempus quo Patres in confessionibus audiendis quotidie detinentur, quod superest, in visendo carcere, hospitale atque aliis id genus piis locis, qui variis necessitatibus premuntur, consumitur, ab his praesertim patribus, qui iam suorum studiorum curriculum absolverunt

Ex his omnibus quam uberrimus fructus colligatur paucis intelliget P. T. Proximo mense cum Valentiam jubilaeum perveniret, quidam ex patribus post multas confessiones auditas (et eas non infimas), arrepto capite cadaveris, in forum se contulit; cumque locum editum conscendisset, maximis ac severis

[1] Autographae in folio duplici n. 367.

reprehensionibus convocatam concionem reprehendit, quod tam pauci illorum eo tempore (alioquin sanctissimo) dipplomate fruerentur; adeo ventura morte atque judicio eos perterruit, ut ex his non pauci, accepta paterna ammonitione, sententiam mutarint non fruendi dipplomate, necnon confessarios adierint ut praesentem indulgentiam lucrarentur; alii Patrem domum festinantem comitabantur, ut veniam suorum peccatorum, adhibita generali confessione, consequerentur. Idem P.r curavit hoc quadrimestri ut nonnullae mulieres ac viri, quorum salus maxime pereclitabatur, in pristinum statum restituerentur, quorum alius decem annos cum quadam muliere turpiter vixerat, alius septem non minus inhoneste vitam transegerat, alius sex veneris illecebris se totum tradiderat; ex his duo matrimonii vinculo se alligarunt; postremus vero jussu R.di Archiepiscopi Valentini [1] in aliam regionem secessit. Omitto enim multa divortia, lites atque injurgia *(sic)*, quae passim in hac urbe excitantur, quae opera nostrorum Patrum multa in pristinum vitae genus restituuntur, componuntur ac sedantur; quod, si haec singula sigillatim essent scribenda, haec nostra epistola ultra modum excresceret. Illud autem silentio non involvam: cum quidam alius P. carcerem viseret, casu se obtulit quidam in vinculis alligatus, qui nunquam in toto suae vitae curriculo confessario crimina aperuerat: factum est tandem adhortationibus nostri Patris ut tota illius vita generali confessione fuerit enarrata. Confitentium concursus atque eorum, qui sacram Eucharistiam singulis diebus dominicis, festis ac profestis frequentant, tantus est, ut vix quatuor ac saepe quinque sacerdotes possint ei magna ex parte satisfacere, ita ut multi illorum saepe cogantur alio se conferre.

Nunc illud superest ut nostrorum studiorum rationem paucis reddamus. Ex his, qui litterariis studiis se tradunt, quatuor theologiae incumbunt, unus philosophiae, duo dialecticae: semel in hebdomada in nostro Collegio habentur assertiones tam dialecticae et philosophiae, quam theologiae: saepe ex caeteris scholasticis, qui cupiunt in numerum aliorum fratrum annumerari, accedunt ad argumentandum. Hac quadragesima a quodam fratre in academia Valentina ferme tota Aristotelis dia-

---

[1] Is tunc erat S. Thomas a Villanova.

lectica publice suscepta est defendenda ac nonnulla alia ex ejusdem philosophia petita. In his atque hujusmodi aliis optimis exercitationibus fratres se diligenter exercent; ita fit ut non modo in his, quae ad animarum fructum atque aliorum aedificationem spectant, multum proficiant, verum et in litteris multum promoveant.

His proximis diebus P. Doctor Baptista [1] tres adolescentulos in Societatem ferme eodem tempore admisit: quorum alter erat medicus atque liberalibus artibus licenciatus, necnon in eadem facultate laureatus; alter dialecticus; postremus in humanioribus litteris mediocriter exercitatus; multi alii sunt in hac academia, qui maximo desyderio tenentur in Societatem admitti; quod fieret, si aditus omnibus pateret.

Haec sunt, R.^{de}, quae in praesentia scribenda se obtulerunt; nunc illud superest ut tuis sacrificiis atque orationibus [nos] commendemus.

Vale. Valentiae, sexto Calendas Maias, anno a partu Virginis 1554 [2].

Superscriptio in quarta pagina: Jesus.

Al muy R.^{do} Padre en Christo nuestro Señor el P. Mtro. Ignatio de Loyola, Prepósito General de la Compañía de Jesus.

En

Roma.

---

1 P. Joannes Baptista de Barma.

2 Nullum habet subscriptum auctoris nomen; sed manus certo est Hieronymi de Ripalda.

CCLXXXIII

Andreas Boninsegna
Patri Ignatio de Loyola.
Mutina, 27 Aprilis 1554 [1].

IHS

Gratia et pax Chri., etc.

Accipe, semper in Chro. R. P., capita eorum dumtaxat, quae per nos Deus, servos tuos minimos, quatuor hisce mensibus proxime transactis operari dignatus est. Tametsi hoc omnium primum Tuae Paternitati notum esse velim, çum plures nempe atque innumeri ad nos venerint confitentes verbumque Dei auditores, non tamen superatum fuisse sexum muliebrem, cum magnitudine scelerum, tum poenitentia eorumdem fructuque animarum suarum. Quare hinc exordium capiam, unde perhorrescenda simul atque memorabilia facinora exierunt, latiusque Dei beneficia patuerunt; quo cunctorum possint animi dolere pariter ac exultare bonorum.

Mulier quaedam, marito relicto, cuidam amatori obsceno usque adeo turpiter adhaesit ut vel triginta totos annos non puduerit in adulterio versari. Sed, eo tandem vita defuncto, poenitentia propemodum incredibili perculsa Patres nostros adivit, cum iisque confessa vitae suae genus cum sanctissimo commutavit, quod erat nefandissimum; ac pietati religionique christianae sic se mancipavit, ut confiteri saepius et sanctum

---

[1] Autographae in folio duplici n. 124.—Plura in eis emendata sunt et deleta a P. Polanco, brevia quaedam, deletorum loco, substituente. Eas, prout e Polanci manibus evaserunt, infra, more nostro, subjiciemus.

Christi corpus adire non vereatur. Alia quoque, in eodem scelere nonnullos annos versata, cum iam rei turpitudinem coepisset animadvertere, tanto pietatis studio fuit affecta, ut, erratorum suorum venia per confessionem impetrata, castissime in posterum statuerit Christo vivere. Accedit et virgo quaedam, quam cum homo scelestissimus ab illius patre, quo coniugi suae inserviret, impetrasset, scelestissime violavit. Ex quo cum filium concepisset, ut partum celaret, parata erat infantem exponere, ni eiusdem noverca tanto sceleri occurrisset, eumque ipsum in lucem receptum ad xenodochium deferendum curasset. At hoc subinde levata onere, flagitium perpetratum, quodque habuerat in animo, assidue multumque deplorans, suae ipsius animae salutem apud nos confitendo quaesivit, eoque pietatis religionisque devenit, ut deinde, opera Patrum, coenobium Conversarum ingressa, vitam profiteatur religiosam. Duae itidem aliae, variis sceleribus pollutae, cum sacram apud nos confessionem degustassent venerandumque semper altaris sacramentum sumpsissent, sic in pietatis studio profecerunt, ut, vanitatibus saeculi huius illecebrisque contemptis, religioni se decreverint consecrare, locumque hactenus vestigarent, quo possint id ipsum praestare. Quaedam huius urbis matrona ex primariis, cum multum antea temporis non fuerit confessa, bacchanalibus ipsis, divino adflata numine, dum alii genio impensius operam darent, ecce veterem statuit exuere hominem, induere novum, de suis protinus confiteri peccatis, ac postridie illius diei sacrum Christi corpus pie sumere; quod quidem Dei beneficio effecit. Accedit et alia quae, ut generis splendore multo superior, ita praeclaro quodam facinore patrato longe venerabilior existimari potest. Nam cum et confessionem et communionem nonnunquam adiisset, ita est Christi gratia affecta, ut quibus eam maritus coëgerit indulgere vanitatibus, iisdem et coactam uxorem et impulsorem ipsum, hoc est maritum, Christus plane liberarit; effundendis siquidem precibus tanta fuit capta dulcedine orationis, ut quae ornamenta gestaret auribus appensa, sibi repente detraxerit, servaeque cuidam fideli, Patribus nostris subito eleemosinae gratia deferenda, tradiderit, ac subinde maritum ad orandum quoque compulerit verius quam induxerit: multaque alia memoratu digna dici possent, quae brevitatis causa potius omit-

tenda censeo; utpote capillos vibratos frontemque calamistratam, idque generis multa contempsisse omnino atque abiecisse, postridieque ad templum confitendi gratia se contulisse, tantaque cum pietate modo res divinas amplecti illasque celebrare, ut huius exemplo alias etiam nobiles iuvenculas, eodem in errore versatas, ad meliorem frugem brevi redituras facile speremus. Eodem pertinet et alia quaedam vidua, nobilis illa quidem et perdives, quae cum genero filiaque multis dissidiis conflictata diu, nulla poterat ratione sedari; sed in confessione ac extra cum precibus et admonitionibus saepe agitata fuerit, obstinato tandem animo esse desiit, ad melioremque mentem reversa, pacem cum filia generoque inivit.

Praetereo quosdam sacerdotes, variarum ecclesiarum pastores, ad maiorem nostri probationem, nos saepius insectatos fuisse, et in iis, quae ad confessionem sacramque communionem pertinent, et quae ad multarum salutem animarum spectant, ut qui nollent multos nostrum accedere ad templum, neque in eodem cum Patribus confiteri, quod dicerent hoc se nihilo minus vel etiam melius posse praestare, interea nihil aut parum agentes. Quo fit ut multorum animae maiorem in modum perturbentur, et aliquae haud dubie perdantur.

Virgo quaedam variis tum animae tum corporis dotibus insignis ut quae, praeter alias quasdam artes huic sexui vel accommodas, literas quoque politiores didicisset, cum viginti annos quadam in religione perstitisset, et ad eiusdem professionem nullo pacto admitti valuisset, quod aliae coenobii eiusdem, licet multis partibus inferiores, hoc non essent passae, ne propter suam ipsius virtutem praefecta reliquarum constitueretur; tanta fuit mole tentationum oppressa ut omnino egrederetur. At non multo post tempore cum aliam, tametsi longe tenuiorem, ingressa fuisset religionem, ibidemque scelus quoddam perpetrasset, quod suo nolebat retegere confessario, simulata religionis difficultate, aliam in civitatem se contulit; quo in loco, coenobium aliud virginum sortita, cum non multum temporis perseverasset, arrepta fuga, huc in matris suae domum tetendit; quo cum sacerdos quidam, sanctitatis egregius simulator, frequenter commearet, in hanc misere coepit deperire, ita ut commercium execrandum cum puella saepius Christo consecrata per triennium flagitiosissime habuerit. Sed vide,

P., obsecro quae inde sint consecuta. Cum iste homo nefarius renuentem puellam vix posset continere quin hoc tam immane flagitium, conscientiae stimulis saepenumero agitata initioque ipsius rei perterrefacta, per confessionem alicui viro probo patefaceret, scriptura sacra eam superare conabatur. Itaque, cum semel cuidam ex Patribus fuisset confessa hocque ipsum ille deprehendisset, ad revocandam confessionem omnem ire compulit, praetexens hoc nomine culpam, quod nonnulla animi perturbatione in illum incensa huiusmodi flagitia retulisset, affirmans interea quod commercium cum illa habere nullum esset peccatum, sed ad Loth exemplar sanctissimam maximeque spiritalem esse consuetudinem. Verum qui dixit *ego sum pastor bonus*, semilaniatam ovem non omnino passus confici; quin potius eam sua ipsius dementia comprehensam diuque raptatam eruit ex ore lupi ad ovileque remisit, quo, per ecclesiae saluberrima medicamenta in pristinam restituta sanitatem, in numero haberetur caeterarum.

Haereticus quidam, qui iam diu sacra ieiunia comtempserat, sanctos non orandos tenuerat, templum adeundum sacrumque audiendum negaverat, confessionem utpote non necessariam reiecerat, non esse in hostia corpus neque sanguinem Christi crediderat: ecce Dei gratia praeventus poenitentiaque admirabili tactus, Patres nostros adivit, ab iisque perversis opinionibus destitit, ac romanae Ecclesiae penitus adhaesit. Sed hoc de genere satis. Progrederer namque in immensum, si vellem omnia recensere.

De confitentium autem numero non est quod nunc dicam; qui, tametsi magnus semper videri potuit, die tamen natalis Domini tantus extitit ut, a media nocte incipiendo, ad decimam fere nonam usque fuerint confitentes. Verum quod plures ad confessionem communionemque pellexit attraxitque, fuit quoddam a Patribus introductum institutum, nempe, ut qui crebrius nollent, singulis saltem mensibus domini mensam accederent, quo die concio de charitate haberetur; idque non sine magno factum est animarum profectu.

Sunt et quibusdam exercitia spiritualia exhibita, quos non mediocrem animarum suarum fructum retulisse dixeris; siquidem alii, amore religionis accensi, eamdem sunt professi; alii vero ad caste pieque vivendum deducti; inter alios autem, qui

sunt religionem ingressi, duo adolescentes, annorum circiter decem et septem, in hanc tuam, mi Pater, sunt admissi, quorum studia et mores nos optime sperare faciunt.

De classibus nonnihil dicerem, si alias saepius non fuisset scriptum, rem omnem Christi gratia bene progredi: siquidem in recuperandis discipulis, qui ob nostrorum adversam valetudinem longe lateque fuerant dispersi, omnium opinionem facile superavimus. Sed praeter caetera, hoc meo iudicio est ingenti animadversione dignum, quod cum diebus natalitiis orationes quaedam, altera de Salvatoris nativitate, altera de eiusdem et circumcisione et nomine, haberentur, praeter omnem expectationem multi nobiles magnaeque auctoritatis viri atque plures alii ad nos confluxerunt.

His accedunt exercitia fratrum, quae non sine fructu suscepta constat, cum in studiis humanarum literarum, tum vero in rebus divinis, quae ad proximi perfectam instructionem spectant. Etenim praeter 4 qui latinis ac graecis operam assidue vacant iuventutemque huius civitatis, alioqui rudem incultamque, literis et moribus informant, ad xenodochium quoque carceremque saepius iam commearunt; quibus in locis cum magno animarum lucro concionantur, aegrotos captosque solantur, ad confessionem attrahunt, a flagitiis perterrefaciunt.

Verum ne singula quaeque persequar, finem iam dicendi faciam, Pater venerande, summis precibus Reverentiam Tuam obsecrans ut, si quid minus scite lucideque dixerim (breviter autem non dicam, quia brevius vix potuerim), tua mihi pro humanitate clementiaque ignoscas. Reliqua vero, quae in spe videntur esse posita, tum demum perficientur, cum, ut antea semper, ita in posterum etiam patrocinio nos tuo apud Deum Opt. Max. adiuveris; quoque res nostrae incrementum quotidie accipiant, eumdem perpetuo et oraveris et obsecraveris. Vale.

Datum Mutinae, V.° Calendas Maii MDLIIII.

Tuus in Christo servus minimus,

Andreas Boninsegna.

Superscriptio in quarta pagina: ✝IHS. Al Molto R.do in Chro. Padre il P. M.° Don Ignatio Loyola, Preposito generale della Compagnia di Giesù.

A Roma.

Alia manu: 1554. Modena. Del maggio *(deletum)* 27 Aprile. Emend.

Praecedentes Andreae Boninsegna litterae a P. Polanco, priusquam transcriberentur et transcriptae in Societatis domos mitterentur, emendatae [1].

Jhs

Gratia et pax Christi.

Accipe, R. P. in C.to, capita eorum dumtaxat, quae per nos Deus, servos tuos minimos, quatuor hisce mensibus proxime transactis operari est dignatus.

Cum innumeri ad nos venerint confitentes verbique Dei auditores, non tamen superatum fuisse sexum muliebrem, cum magnitudine scelerum, tum poenitentia eorumdem fructuque animarum suarum. Mulier quaedam, marito relicto, cuidam amatori turpiter adhaesit, ut vel triginta totos annos non puduerit in adulterio versari; sed, eo tandem vita defuncto, poenitentia propemodum incredibili perculsa Patres nostros adivit, cum iisque confessa, vitae hoc genus nefandissimum cum sanctissimo commutavit, ac pietati religionique christianae sic se mancipavit, ut confiteatur saepius et Sacrum Christi Corpus assumere jam assueverit. Alia quoque, in eodem scelere nonnullos annos versata, cum jam rei turpitudinem coepisset animadvertere, tanto pietatis studio fuit affecta, ut, erratorum suorum venia per confessionem impetrata, sanctissime in po-

---

[1] Apographum in folio duplici, nn. 125 et 126.

sterum statuerit et coeperit Christo vivere. Accedit et virgo quaedam, quam cum homo scelestissimus ab illius patre, quo conjugi suae inserviret, impetrasset, scelestissime violavit; ex quo cum filium concepisset, ut partum celaret, parata fuerat infantem exponere, ni ejusdem noverea tanto sceleri occurrisset eumque ipsum in lucem receptum ad xenodochium deferendum curasset. At hoc subinde levata onere, flagitium perpetratum quodque habuerat in animo, assidue multumque deplorans, suae animae salutem apud nos confitendo quaesivit, eoque pietatis religionisque devenit, ut deinde, opera Patrum, coenobium Conversarum ingressa vitam profiteatur religiosam. Duae itidem aliae, variis sceleribus pollutae, cum sacram apud nostros confessionem degustassent venerandumque semper altaris sacramentum sumpsissent, sic in pietatis studio profecerunt ut, vanitatibus saeculi hujus illecebrisque contemptis, religioni se decreverint consecrare, locumque hactenus vestigaverint, quo possent idipsum praestare. Quaedam hujus urbis matrona ex primariis, cum multum antea temporis non fuisset confessa, Bacchanalibus ipsis, divino adflata numine, dum aliis genio impensius operam darent, ecce veterem statuit exuere hominem, induere novum, de suis protinus confiteri peccatis, ac postridie illius diei sacrum Christi Corpus pie sumere, quod quidem Dei beneficio effecit. Accedit et alia, quae, ut generis splendore multo superior, ita praeclaro quodam facinore longe venerabilior existimari potest. Nam cum et confessionem et communionem nonnunquam adiisset, ita est, Christo gratia, affecta ut, quibus eam maritus coëgerit indulgere vanitatibus, iisdem et coactam uxorem et impulsorem ipsum, hoc est maritum, Christus plane liberarit; effundendis siquidem precibus tanta fuit dulcedine capta orationis ut quae ornamenta gestaret auribus appensa, sibi repente detraxerit servaeque cuidam fideli Patribus nostris subito eleemosynae gratia deferenda tradiderit, ac subinde maritum ad orandum quoque compulerit verius quam induxerit. Multaque alia memoratu digna dici possent, quae brevitatis causa potius omittenda censeo, utpote capillos vibratos frontemque calamistratam idque generis multa contempsisse omnino atque abiecisse, postridieque ad templum supplicem confitendi causa se contulisse tantaque cum pietate modo res divinas amplecti illasque celebrare, ut hujus exemplo alias

etiam nobiles juvenculas, eodem in errore versatas, ad meliorem frugem brevi rediisse conspexerimus. Eodem pertinet et alia quaedam vidua, nobilis illa quidem et perdives, quae cum genero filiaque mutuis quibusdam dissidiis conflictata diu, nulla poterat ratione sedari; sed cum in confessione ac extra precibus et admonitionibus saepe agitata fuisset, obstinata tandem animo esse desiit, ad melioremque mentem reversa, pacem cum filia generoque inivit. Virgo quaedam variis cum corporis tum animi dotibus insignis, ut quae, praeter alias quasdam artes huic sexui accommodatas, literas quoque politiores probe didicisset, cum 20 annos quadam in religione perstitisset, ad ejusdemque professionem admitti nullo pacto valuisset, quod aliae coenobii ejusdem, licet multis partibus inferiores, hoc non essent passae, ne propter suam ipsius virtutem praefecta reliquarum constitueretur, tanta fuit mole tentationem oppressa ut omnino egrederetur et in gravissima peccata incideret. Verum qui dixit *ego sum Pastor bonus*, semilaniatam ovem non est omnino passus confici; quin potius eam sua ipsius dementia comprehensam diuque raptatam eruit ab ore lupi cujusdam, qui affirmabat nullum esse peccatum quod cum ipso commercium haberet, exemplo filiarum Loth, ad ovileque remisit, quo, per ecclesiae saluberrima medicamenta in pristinam restituta sanitatem, in numero haberetur caeterarum.

Haereticus quidam, qui jam diu sacra jejunia contempserat, Sanctos non orandos tenuerat, templum adeundum sacrumque audiendum negaverat, confessionem, utpote non necessariam, reiecerat, non esse in hostia Christi corpus neque sanguinem crediderat, ecce Dei gratia praeventus, poenitentia admirabili tactus, Patres nostros adiit, ab iisque perversis opinionibus destitit ac Romanae ecclesiae penitus adhaesit. Sed hoc de genere satis. Progrederer namque in immensum, sigillatim si vellem omnia recensere.

De confitentium autem numero non est quod multa dicam, qui tametsi magnus semper videri potuit, die tamen Natalis Domini tantus extitit, ut a media nocte incipiendo ad decimam fere nonam usque fuerint confitentes. Verum quod plures ad confessionem communionemque pellexit attraxitque, fuit quoddam a Patribus introductum institutum, nempe, ut qui crebrius nollent, singulis saltem mensibus Domini mensam accederent,

quo die concio de charitate haberetur; idque non sine magno factum est animarum profectu.

Sunt et quibusdam exercitia spiritualia exhibita, quos non mediocrem animarum suarum fructum retulisse dixeris, siquidem alii amore Religionis accensi eamdem sunt professi, alii vero ad caste pieque vivendum deducti. Inter alios autem qui sunt Religionem ingressi, duo adolescentes annorum circiter decem et septem in hanc tuam, mi Pater, sunt admissi, quorum studia et mores nos optime sperare faciunt.

Cum diebus Natalitiis orationes quaedam haberentur, praeter omnem expectationem multi nobiles magnaeque auctoritatis viri atque plures alii ad nos undique confluxerunt.

Huc accedunt exercitia fratrum, quae non citra fructum suscepta constant, cum in studiis humaniorum literarum, tum vero in rebus divinis, quae ad proximi perfectam instructionem pertinent. Etenim, praeterquam quod latinis et graecis operam assidue navant juventutemque hujus civitatis, alioqui rudem incultamque, literis et moribus informant, ad xenodochium quoque carceremque saepius jam commearunt, quibus in locis cum magno animarum lucro concionantur, aegrotos captosque solantur, ad confessionem attrahunt, a flagitiis perterrefaciunt

Reliqua vero, quae in spe videntur esse posita, tunc demum perficientur, cum, ut antea semper, ita in posterum etiam patrocinio nos tuo apud Deum optimum maximum adjuveris.

Datae Mutinae, V.° calend. Maii 1554.

Tuus in Christo servus minimus,

Andreas Boninsegna.

In quarta pagina: 54.

CCLXXXIV

P. Marcus Jorge,
Ex commissione Patris Michaëlis de Bayros,
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 29 Aprilis 1554 [1].

Jhs.

Muy Reverendo en Christo Padre.

La gratia y amor de Christo nuestro Señor sea sempre en nostras ánimas. Amen.

Aviendo de escrivir á V. P. lo que acá pasa y lo que el Señor ha obrado en estos cuatro meses, para cumplir con la obediencia, diré lo primero cómo al presente quedamos en este Colegio cerca de 20 personas entre sacerdotes y leguos [2], de los cuales los maestros con la ayuda del Señor tienen bien trabajado en estos 4 meses con sus discípulos, porque hasta la Pascha no hubo más de tres classes, ultra la de los casos de conscientia, por lo cual era necesario tener más discípulos cada uno de los maestros y con esso más trabajo.

Despues de Pascha empezó otra más; de manera que son 4 al presente, y cinco con la de los sacerdotes, que oyen casos de consciencia; y por la bondad del Señor creció tanto el número de ellos que despues de Pascha hasta hora en este mes de Abril fueron recibidos 35, ó cerca de 40, estudiantes; y muchos dellos son extrangeros, de fuera la ciudad, de villas y lugares del Arzobispado, cuyos padres, por el buen odor de doctrina y cos-

---

[1] Autographae in folio duplici, nn. 485 et 486.

[2] *Legos,* laicos, sc. socios, sive scholares sive in temporalibus rebus coadjutores.

tumbres que aquí se enseñan, los enviaron y proveen aquí en el estudio.

Por Pascha de Navidad y Resurrection acostumbran estos estudiantes ir á sus patrias por unos 10 ó 15 dias, y con estas sus idas allá son causa, segun pienso, de otros enviar acá sus hijos á estudiar. Speramos que el Señor ha de acrecentar el número dellos; tienen bien aprovechado en sus estudios, y los maestros tienen cuydado de los buscar modos y ejercicios con que vayan adelante; de los cuales es uno, que los hace estar despiertos y vivos, que en cada clase se asignan unos por competidores de otros, de manera que cada uno tiene su competidor cierto de la misma clase, y cada uno de ellos tiene cuidado de estar muy atento, cuando su competidor es preguntado, para le enmendar *publice* luego que le viere errar en cualquiera cosa, porque para esto los hacen competidores; de lo cual se sigue que los que son preguntados, trabajan por no errar, y los otros por enmendar; y así unos por otros se aprovechan y avivan más en el estudio. Tienen cada sábado conclusiones especiales cada uno en su clase, y á los primeros sábados de cada mes generales todos juntos en una gran Aula; y las generales, que se tuvieron pasada la Pascha, fueron más notables de lo acostumbrado, porque allende de las oraciones que hicieron y disputas que tuvieron, recitaron ciertas églogas de la Resurrection; con que todos se ayudan para ir adelante.

Algunos dellos tienen entrado en las religiones de Sto. Domingo y San Bernardo; y en la Compañía en estos 4 meses entraron tambien dos ó tres y otros pidieron lo mismo al Padre [1].

La doctrina les hacen sus Maestros los domingos en la tarde, cada uno en su clase, acomodándose á ellos. En la 1.ª classe se hace de esta manera: que un domingo se les declara una cláusula del *Padre nuestro, ó Credo.* ó otra cosa y se les dice alguna doctrina sobre ella, sobre las costumbres, incitándoles al amor de Dios y de las virtudes; y otro domingo parte de la hora se les pregunta por la declaracion y doctrina que se dió el domingo pasado, repitiéndola otra vez; y despues de esto se de-

---

[1] P. Michaël de Bairros, recens, Alphonsi Barreto loco, ut Rector Collegio praepositus.

clara otra cláusula de la misma manera, de la cual les toma cuenta el domingo siguiente; y esto se hace en la 2.ª y 3.ª classe. Tienen comunmente reverencia á sus Maestros y á todos los de casa; y esta Pascha passada, ántes de se partir para sus patrias, vinieron aquí algunos de ellos á confessarse y á preguntar cómo se habrian allá en la patria estos 15 dias; y otros vinieron á preguntar á sus Maestros si irían allá, poniéndose en sus manos para no ir allá, si él no quisiese.

Empiezan tambien algunos dellos ya á frecuentar en nostra Capilla la santíssima comunion, y la recibieron hoy en ella 30 ó más de ellos. Speramos en Dios nuestro Señor se aumentará el número de ellos y la devocion para su servicio; y esto es cuanto á los estudiantes de grammática y humanidad.

Los sacerdotes tambien con la leccion de casos de conciencia se tienen aprovechado bien en estos 4 meses; y para esto les ayuda mucho la manera que se tiene en ellos; porque, ultra de una hora de lection, que hay ordinariamente, se toma una media hora, ó quasi, ántes, en la cual ellos repiten y dan cuenta de la leccion del dia passado, segun que por el Maestro le es preguntado, porque ninguno sabe cuándo le han de mandar decir y el maestro manda repetir á cual de ellos quiere, unas veces toda la lection y otras parte, procurando *tamen* que todos repitan, ahora unos, ahora otros; y con esto proveen ellos sus lecciones. Al sábado, ultra desto, se toma todo el tiempo para que unos á otros propongan por órden todas las dudas que tuvieren en todo lo leido por la semana, y le respondan; y así lo hacen, enderezándolos el Maestro y respondiendo, cuando es necesario, de manera que esta conferencia entre ellos es su modo de conclusiones, y en ella se torna á repetir mucha parte de lo leido y enseñado, y con eso se imprime mejor en la memoria.

Los hermanos theólogos se ejercitan bien en los estudios; porque allende de las conclusiones, que se tienen ordinariamente á los domingos á la tarde, se tienen á las más veces otras entre semana; y por la semana Santa, como no tenían lection, se ejercitaron algunos de ellos y otros hermanos en ser mozos del comprador; y ir á la plaza sin manteo y traher carne y otras cosas necesarias.

Los sacerdotes en este Colegio (como dixe), no son más de 4, con el P. Miguel de Bairros; el uno de ellos estudia theolo-

gía ultra de otras occupationes en casa [1]. Los otros dos [2] se ocupan en confesar á los estudiantes y algunas veces otras personas, mayormente en la quaresma; quando se aquí publicó el Santo jubileo, trabajaron por algunos dias bien en oir, no solamente á los estudiantes, los quales todos, ó los más, se confessaron para ganarlo, mas tambien á otra gente de fuera; y si muchos sacerdotes hubiese en esta casa, bien tendrían en qué ocuparse.

El Cardenal Infante [3] ántes de la cuaresma pidió al P. Maestro Miron le diese al P. Manuel Hernandez, que aquí hacia la doctrina al pueblo, para ir á Elvas, ciudad de este su obispado, á predicar y confesar la cuaresma; y el P. se lo concedió á él y á otro P., que llaman Pedro de Santa Cruz, los cuales fueron allá bien recibidos. Bendito sea el Señor; y del fruto, que allí hizo por ellos, porné aquí un capítulo sacado de una, que de allí nos escribió el P. Pedro de Santa Cruz á 25 de Febrero, que es el siguiente:

"Viniendo á esta ciudad, fué no pequeña consolacion nostra en ver los buenos deseos que hallamos de se querer aprovechar de la doctrina de nuestro P. Manuel Hernandez, los cuales por la bondad del Señor se han aumentado de tal manera que hace de ellos lo que quiere. Por la cuaresma ahora predica las 4.as y 6.as ferias y los domingos á la mañana el Evangelio y á la tarde los mandamientos; dales terribles reprensiones, y todo se sufre por el grande respeto que le tienen, y hácese mucho fruto así en predicationes como en santas conversationes. Predicó en la primera dominica de cuaresma el Evangelio de las tentaciones, y en él reprendió fortísimamente los amancebados, de donde se movieron algunos de ellos; y vinieron á casa, saliendo del sermon, una mujer, que andaba llevando recados ciertos años había, diciendo que se quería convertir y apartarse del pecado, y juntamente con ella un hombre, que estaba amancebado ciertos años había, diciendo tambien que quería tambien comer el pan en servicio de Dios y frequentar el Santíssimo sacramento de

---

1 Is erat P. Alphonsus Barreto, ideo ab onere Rectoris, quod optime gerebat, liberatus, ut Theologiae, cui nondum studuerat, operam daret.

2 Unus certo erat P. Emmanuel Fernandez; alter fuisse videtur P. Petrus de Santa Cruz, Ulyssipone evocatus.

3 Henricus, Eborensis Archiepiscopus.

la confesion; y así enviaron este y otro semejante allá á Evora por dispensacion para se casar con sus propias mancebas. Viniendo aquel dia del sermon, entró en la cárcel é hizo una plática breve, mas muy conveniente para ellos. Entre otras personas estaba allí un caballero, que blasfemaba gravíssimamente del nombre de Dios sin ninguna reverencia, el cual ya el P. había reprendido otras veces y todavía se le excusaba haciéndose sin culpa. Empero el P., no pudiendo sufrir tanto escándalo, como allí daba, empezó á pedir justicia á Dios, teniéndole delante de sí, adonde estaba tambien un hijo del Rey de Fez, que dicen se hizo cristiano, al cual le pidió por las llagas de Christo que no tomase ejemplo de los malos christianos como aquellos, sino que fuese bueno y virtuoso, pues que Dios le había hecho tan grande merced. Como nos salimos, dijo aquel caballero que se había de enmendar de allí adelante.

"El P. tambien, viendo el poco acatamiento y poca reverencia de Dios y el grande estrago que el demonio públicamente hacía en las almas en esta tierra, ha ordenado una confradía de juramientos á honra del dulcíssimo nombre de Jesus, para que, pues hasta ahora ha sido tan desacatado por ellos, de aquí adelante por ellos mismos sea venerado y glorificado; y ha hecho que todos se asienten en un libro, marido y mujer é hijos, cada uno en su parrochia, y hanse hecho tambien siendas caxas, para cada parrochia la suya, para en ella echar las penas de los juramentos; y halláronse en una de ellas, que se abrió, setecientos y cincuenta maravedís dentro de ocho dias más ó menos. Anse de acusar todos unos á los otros, de cualquier cualidad que sean, con mucha cortesía dentro de su casa; y fuera de ella tienen en cada parrochia puestos en una tabla todos los juramentos que le prohibieron y la pena que han de pagar por cada uno dellos; haa redundado grandíssimo fruto de esta obra en esta ciudad y fuera della, porque adonde los niños juraban juramentos horribles, ahora los hombres y niños, afirmando alguna cosa, dicen: *por cierto,* etc. Tienen que el que oyere jurar alguno, le haa de avisar luego diciéndole con cortesía que se acuerde de que ha jurado, porque de otra manera es obligado el tal á pagar la misma pena que el otro debe: y así, apenas el otro ha empezado á hablar, cuando ya tiene quien le acuse. Haase de hacer una procesion todos los años el dia del Nombre de Jesús, y

haase de decir todos los domingos una Misa de las penas [1], y lo demás se ha de dar á la Misericordia [2]. Enseña tambien el Padre á los niños los mandamientos algunas tardes cantados y unas cantigas devotas, con el gusto de las cuales han perdido ya el mal viejo que tenían.

„Tambien á gloria de Dios y en penitencia de nuestros pecados y del pueblo por la iglesia ordena el P. una disciplina todos los viérnes á la noche, en anocheciendo, en una iglesia, y allí vienen embozados, ó como quieren, sin que nadie los pueda conocer. El primer viérnes de cuaresma empezamos con unos cuantos que juntamos, y crecieron tanto, que, por la iglesia ser pequeña, nos fué forzado pasarnos á la iglesia mayor por los muchos que lo quisieron hacer, así hidalgos como de otra cualidad. Hizo el P. una plática breve, en la cual tomó la primera palabra de las siete que nuestro Señor y Redentor habló en la cruz: y con ello movió mucho los corazones de los penitentes y hubo muchas lágrimas, y entretanto nos aparejamos para la disciplina. Acabado el P., empezamos otro P. y yo el salmo *Miserere mei* y *De profundis*, pausado, como haciamos en Coimbra, y entretanto nos disciplinamos todos con muchas lágrimas suyas; lo cual pareció bien á todos; y así lo hacemos cada viérnes con mucha devocion del pueblo y edificacion. La ciudad está espantada de todas estas cosas nuevas, y ansí dicen que los han de hacer cristianos por fuerza; y ansí creio que haraa dellos lo que quisiere por el grandísimo respeto que le tienen y mucha devocion. Anda muy ocupado el P. en hacer pazes y en oir confesiones, ultra de sus predicaciones, y muy trabajado; porque de dia y de noche comunica de su caridad con todos, porque querria, si pudiese, dejar á Elvas pacífica.

„Tenemos ya unos cuantos hombres que se confiesan cada mes para hacer un escuadron contra el demonio y para derrocar las murmuraciones, que ha habido contra los que se confiesan entre año, y juntamente para animar algunos flacos, que no lo osaban hacer de miedo, y ahora unos y otros con la ayuda del Señor se esforzarán á hacerlo muchas veces. De mujeres ya no

---

1 *hase de decir todos los domingos una misa de las penas,* singulis dominicis celebrandum est sacrum et ejus stipendium solvendum ex mulctis, quae a jurantibus in delicti poenam exiguntur.

2 *á la Misericordia,* confraternitati *de la Misericordia* dictae.

hacemos cuenta, porque son tantas las que lo hacen y harán de aquí adelante con ayuda de Dios, que no le see número. Nosotros estamos en el hospital, de lo cual algunos se espantan, porque no tomamos una casa ó posamos en casa de algun sacerdote. Vivimos de limosna, y como no tomamos sino lo que hemos menester cada dia, cuando tenemos, comemos; cuando no, no; y pasamos como podemos: algunas veces vamos á pedir á ciertas personas, porque si lo pedimos por la ciudad, tómanlo por deshonra los hermanos de la Misericordia, porque nos tienen rogado que por amor de Dios que no lo hagamos, que ellos nos darán el necesario para comer: empero nosotros no lo queremos recibir por ser hacienda de pobres. Plega al Señor tenernos de su mano y darnos gracias, con que cumplamos perfectamente su santa voluntad. Amen.„

Esto es, R. P. en C.to, lo que de estas partes hay en estos cuatro meses para escribir á V. P. Resta ahora pedirle por todos nos haya por muy encomendados en su bendicion.

De este Colegio de Evora hoy 29 de Abril 1554 años.

Despues de ser hecha esta y no ser aún enviada á V. P., vino otra carta del mismo P. Pedro de Santa Cruz, en la cual escribe del grande fruto y aumento, que por ellos nuestro Señor allí ha obrado despues; y quiso el P. que se copiase aquí, para V. P. ser informado de todo el fruto que Nuestro Sr. obró por los padres en aquellas partes, porque ellos ya son venidos de allá. La copia, pues, de la carta es la siguiente:

"La gracia y paz de nuestro Señor sea siempre en nuestras almas. Amen. Lo que nostro Señor por su bondad ha obrado, charísimos hermanos, en esta su tierra, despues que escribimos la otra, en la cual les dimos relacion de todo lo pasado, ahora al presente diremos con la ayuda de Dios lo que Dios nuestro Señor de entonces acá ha obrado y obra cada dia, mayormente en los corazones de aquellos que con mayor fervor á él se han llegado y llegan cada dia: principalmente en esta tierra habia en los hospitales mujeres de la mancebía, adonde se hacían gravíssimas ofensas de Dios, por ser ocasion de tantos pecados, hasta ahora que el P. con ayuda de Dios ha puesto remedio en ello con harto trabajo, hasta andar del Alcaide [1] al juez para las

[1] Sic; rectius fortassis *Alcalde*. Est enim *Alcalde* quasi civitatis praetor, cui, inter

echar de las posadas y poner espías en los hospitales sobre ellas para que nos avisasen de ello. Tambien por la bondad de Dios se han casado algunos, que estaban en pecado mortal amancebados, de ellos ha 6 años, de ellos á 10 y 12 años, con andar con ellos, á las veces rogándoles, otras veces amenazándoles con el infierno y la muerte, y otras muchas [2]; y muchos que se han apartado del pecado y dejado las mancebas; y ahora, gloria á Dios, tampoco no hay odios y ruidos, como solía; porque hemos trabajado lo posible en poner paz con todos; y ansí, cuando sienten que no se hablan algunos, luego nos mandan á llamar para les unir en paz, y así nos ponemos nuestro instrumento, Dios por su bondad suple lo demás, pues que por nos ser tan necesaria, la primera cosa que trajo á la tierra fué paz á los hombres de buena voluntad; y así por la bondad de Dios están espantados de ver tanta paz y union en esta tierra, siendo antes tan vingativos y tan terribles que *non solum reddebant malum pro malo et pro bono malum,* ahora á gloria de Dios, *Nec malum pro malo sed potius pro malo bonum.* Porque vemos que primero nos vienen á pedir consejo, cuando se ofrece algun caso semejante, lo que harán en ello; y les decimos que lo pidan antes por justicia buenamente que no por armas, para les quitar el odio y quietar sus conscientias y tener paz con sus prójimos; y cierto no sería de maravillar porque aquí los huviesse más que en otra parte, teniendo tanta ocasion para ello; pues tienen aquí á un paso la raya de Castilla, que es guarida del cuerpo, lo que ellos entonces pretenden olvidando la salvacion de sus almas. Gloria á Dios, ahora *omnis res est in tuto;* no hay ya sino mucho amor á Dios y buenos propósitos y deseos de despojarse del hombre viejo y vestirse del nuevo.

„El P. ha predicado hasta ahora los domingos y fiestas en la iglesia mayor con muy grande auditorio y deseos santos de oir su doctrina, aunque tenían algunos para sí que no se había de haber tan bien en el carnaval, diciendo que los sermones de la cuaresma que los tenía hechos; empero él se dió tanta buena diligencia con el favor divino, que hizo mucha ventaja á los pasados, lo uno por ser la materia muy gustosa, lo otro por el

---

alia, cura incumbit publicos civium mores invigilare eorumque publica crimina impedire; *Alcaide* vero est vel arcis vel carceris custos seu praefectus.

[1] Sic, et deesse videtur aliquod vocabulum.

augmento de la su devocion; especialmente en el de la Admirable Ascension se confirmaron del todo y quedaron muy satisfechos del Padre, porque no se hablaba sino de aquel sermon por toda la ciudad, diciendo: *Nunquam sic locutus est homo;* y ansí lo hizo por cierto, porque Dios le dió mucho fervor en él y mucha consolacion á él y á todos nosotros. Predica á las veces dos horas, otras hora y media ó más; y esto es á las mañanas, porque á las tardes no podía predicar por ser la gente mucha y el calor grande; por tanto suplía á la mañana la falta de la tarde, y ellos que lo tenían por bien y aun con todo les parecía breve. Ha predicado tambien en los viernes á la tarde *de humilitate* en la iglesia á donde confesamos; y por la gente ser tanta, predica en la puerta; porque era más la gente que estaba fuera que dentro: tienen tanta devocion, que no hacia mengua ser dia de trabajo.

„En los juramentos ya por la bondad de Dios hay tanta enmienda, qne ya no hay quien jure, sino es *por cierto* y *por verdad* y otros que les dimos; porque niños de 4 años dicen á sus madres cuando juran: "Señora May, vezay lo chão [1], porque jurastes; porque ansí nos enseñó nuestro maestro.„ Ya todos se tienen por corridos y conocen su poco acatamiento á Dios antes que le vayan á la mano; que, si alguna vez lo juran, es inocentemente; de lo cual despues se confunden y quedan avergonzados. Están ya en tan buena costumbre, que los que ántes no se tenian por hombres, si no juraban por Dios, y por los Santos, y por todo lo demás, ahora los tales son tenidos por apocados y malaventurados salir tal juramento de su boca y aun *por mi alma,* ni cualquiera otra criatura.

„Tambien les escribí cómo teniamos cuarenta y tantos hombres que se confesaban cada mes; ahora, gloria á Dios, tenemos pasados de ciento, y de ellos hidalgos de los honrados de la ciudad, y escuderos, y oficiales, gente muy buena y zelosa de Dios, que no tienen cuenta con pasatiempos del mundo, sino con irse á unas hermitas de fuera la ciudad, adonde llevan algunos libros devotos consigo, y así pasan el dia alabando á Dios y dándole gracias por las mercedes que Dios les ha hecho en los haber dado conocimiento de las miserias del mundo y

---

[1] *Senhora may, vezay lo chão,* Domina mater, osculare humum.

voluntad para lo menospreciar como apocado y miserable que es, porque á la verdad no es amado sino de quien no es conocido. De estos muchos se confiesan cada ocho dias, y á todos estos les hace el P., miércoles y viernes á las noches, unas pláticas breves de la vida de Cristo, adonde vienen tambien los hombres honrados de los principales de la ciudad; y por ser tantos entre todos que no cabemos en la casa, de ellos se sientan en el suelo, de ellos están en pié; y tienen por bien llegar á tiempo, aunque no tengan á do sentarse.

„Tenemos tambien mujeres, que se confiesan cada mes, pasadas de 150, ultra de las que se confiesan cada ocho dias y entre semana, que serán pocas ménos ó por ventura más. Todas estas reciben el Santísimo Sacramento juntas en la iglesia mayor con grandísimo fervor; y para ser avisados la semana de la comunion, dan un repique á las campanas lunes y martes á la noche, dándoles á entender que se han de aparejar para confesar aquella semana; y ansí cada una busca su confesor, y están aparejadas para la comunion del domingo siguiente. Así mesmo dió á los clérigos las meditaciones de la 1.ª semana, y por ser ocupados en sus negocios, no hubo lugar para más: empero de allí quedaron movidos para de aquí adelante ayudar al prójimo con ayuda de Dios en confesar, lo cual hemos visto y vemos cada dia por esperiencia, porque adonde quiera que vayan hallarán quien huelga de confesar; lo cual ántes era muy odioso y grave quererse subjetar á confesar á nadie, ahora por la bondad del Señor, con les animar el P. y declarar cuánto merecimiento ternán delante de Dios por ello, si lo hicieren con mucha caridad, se han dispuestos á lo hacer; y así por la semana de Pascua de Spíritu Santo, á cualquier parrochia que fuera hombre, hallava tres, cuatro y cinco confesores continuos, que era para dar gloria á Dios de todo; y tambien para más honestidad y edificacion de la gente ha negociado el P. que hagan en cada parrochia confesonarios, como los tenemos, y ansí los hacen [1].

„Los Hermanos de la Santa Misericordia, que se habian de confesar cuatro veces en el año, empezaron ahora por la Pascua del Espíritu Santo con mucho fervor, los hidalgos con

---

[1] Vide Polanco, *Chronicon*, t. iii, pag. 189, n. 400.

todos los demás, aunque estaban algunos de los más principales en sus montes ó quintas, á los cuales escribió el P. dándoles aviso de las fiestas y de las buenas Pascuas; los cuales, como buenos hijos de obediencia y nobles que son, vinieron y se confesaron y recibieron el Santísimo Sacramento con mucha humildad entre los pobres y negros, con mucha edificacion de todos.

„Las confesiones van adelante con mucho fervor y devocion; y esto cuotidianamente, porque despues que de essa ciudad venimos, no me acuerdo haber tenido un dia de reposo (si no fueron tres ó cuatro dias que estuvimos en San Francisco; y aun allá no nos dejaron tampoco, porque les parecia que nos olvidábamos de ellos), sino que estoy desde la mañana á la noche preso en el confesonario, como quien está en el cepo; y así, cuando hay algunos enfermos, no hago sino comer y irme á consolar con ellos; porque despues que voy á la iglesia, no hay remedio ninguno. Es para dar gloria á Dios la grande devocion que en este pueblo hay, ansí de hombres como de mujeres, para se confessar y comulgar.

„Dios por su bondad, para mayor gloria suya y confusion nuestra y estímulo de perezosos, quiso esta Pascua del Spiritu Santo enviarnos el Espíritu Santo sobre los corazones de los devotos, ansí como lo envió sobre los Apóstoles en Hierusalen semejante dia, donde me parece que no era menos necesario en esta ciudad, porque gente que antes no queria venir la cuaresma sino con penas y excomuniones, ahora Dios, por su bondad, ha amollescido sus corazones de tal manera, que ellos ruegan ahora á los confessores que los quieran oir tres ó cuatro veces entre año, y dellos cada mes; y ansí ahora, los domingos á la comunion y entre semana á las confesiones, no parece en las parrochias sino que estamos en cuaresma; ultra esto, entre semana muchas personas reciben el Santísimo Sacramento tambien.

„Predicó el P.ᵉ el primer dia del Espíritu Santo por la mañana, por causa de la comunion, poco, bueno y devoto, dándoles tambien á entender con cuánta reverencia y acatamiento se habian de llegar á tan altísimo Sacramento; á donde ellos se llegaron por cierto con mucha devocion y conocimiento de Dios, ansí fidalgos como pequeños, todos mezclados con mucho

orden. El cura daba el Santísimo Sacramento y el P.[e] daba el lavatoio [1], y yo y otros estábamos reconciliando; y por ser la gente tanta, faltó el Santísimo Sacramento, y fué necesario dexar de reconciliar, y decir misa para coger Sacramento [2], y lo dí á todos los que quedaban; y fué grandísimo el fervor y devocion que nuestro Señor por su bondad dió este día á esta ciudad; y esto no digo en la Iglesia mayor, mas empero á todas las parrochias, que se hizo lo mismo; y para saber las personas que recibian el Santísimo Sacramento, enviamos de estos hermanos devotos á cada parrochia, para que los tomasen por cuenta; y ansí era para dar gloria á Dios el fervor y alegría que consigo traían; ahora venía uno con 180, y otros con menos; de manera que llegó el número de todos el primero dia cerca de setecientas ochenta almas, antes más que menos; y con los que recibieron el Santísimo Sacramento entre semana, pasaron de mil almas, allende de muchas que quedaron por confesar para las octavas, por no haber lugar para todos. Es tanta la devocion que hay en esta ciudad, que ellos mismos están espantados de ver á Elvas ahora tan diferente de lo que era, y quasi tenian para sí por imposible poder venir á lo que están; y es verdad que, si Dios no pusiera su mano y la mucha devocion y respeto grande que tienen al P., no acabara nadie con ellos; y es así que me parece que no los inclinara á ninguna cosa, que ellos no lo hagan con mucha obediencia todos *a minimo usque ad maximum*.

„Este mismo dia salimos despues de comer á regocijar la fiesta con nuestros devotos para Nuestra Señora de Gracia, que estará un cuarto de legua fuera de la ciudad, adonde les hizo el P.[e] una plática, y nos consolamos todos con él; y veníamos considerando las florecitas y grandezas que Dios cria en la tierra, sacando de ellas gloria para Dios, pues es suyo, y confusion para nos, pues no somos para nada. De ahí venimos junto de la ciudad para otra hermita, á donde habia perdones, á hacer oracion; y se ponia la gente en los montes á mirarnos, por ser tantos, hasta que pasamos. Despues, á la entrada de la

---

[1] Hinc colliges eumdem praevaluisse tunc temporis in Lusitania morem, qui in Belgio, de quo vide supra, pag. 303, et tom. I, pag. 686.

[2] *para coger Sacramento*, ad conficiendum Sacramentum, seu, ut habet latina versio infra, n. CCLXXXIX, ut Sacramentum conficerem.

ciudad, veníamos cada tres ó cuatro un escuadron muy grande hasta el hospital; y así se ponían á las ventanas, alabando á Dios ver los hombres de Elvas tan recogidos y fuera de conversaciones mundanas. Gloria á Dios de todo esto, pues todo es suyo.„

Por comision del P. Miguel de Bairros,

MARCUS GEORGIUS.

CCLXXXV

Aegidius Gonzalez Davila
Patri Ignatio de Loyola.
Compluto, 30 Aprilis 1554 [1].

†
Jesus

R.do in Christo Patri Mtro. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, salutem in Domino.

Gratia et pax Christi Jesu sit semper in cordibus nostris. Amen.

Eorum, quae apud nos hoc proximo quadrimestri gesta sunt, rationem tibi integram redditurus, Pater in Christo Jesu observandissime, eo uberior dilatandi sermonem se offerebat materia, quo abundantius divina misericordia nobiscum se effundente, in dies majora augmenta suscipere haec Societas cumulatioresque fructus suo Jesu reddere videtur; hoc praesertim tempore, quo jam nunc bonus odor Societatis in Hispaniam

---

[1] Autographae in quadruplici folio, nn. 336, 337 et 338. Quarti folii, non numerati, prior pagina nitida est; in posteriore autem est superscriptio.

latissime se diffundere nomenque illius, antea plerisque incognitum, ubique celebre coepit haberi. Quod cum hic P. Natalis et P. Provincialis [1] simul adessent, periculo comperimus. Confluebant enim ad illos plurimi undique, multorum ac insignium civitatum, Episcoporum, Magnatum mandata adferentes, Societatem secum summis animorum votis habere exoptantium. Haec Collegium, ille domum, alius redditus amplissimos promittebat; plerique se foelices ac beatos fore existimabant si vel unum Patrem, qui Societatis fuerit, secum aliquo tempore morari contigerit.

Tam uberrimam messem Christus ubique ostendit ut, quantum existimo, vix tota Societas, quamtumvis per orbem sparsa et diffusa, unius Hispaniae votis satisfacere possit. Sed quoniam pleraque horum ex epistolis P. Hieronymi Natalis aliorumque, quibus id muneris a te injunctum est, nosse potes, nos ea scribemus, quae hujus sunt peculiaria Collegii (si quicquam, quod peculiare dici possit, charitas habet), brevissime, quantum res ipsa permiserit, tuaeque plenissimae occupationes suadent, significasse tibi potius ea aut innuisse quam ornasse contenti.

Et ut ab iis auspicemur, quae circa exteros Domini Jesu bonitas nostrorum ministerio operatur, eorum, qui documentis spiritualibus exercentur, semper magnus est apud nos numerus, ut nec domus amplitudo, quae angusta non est, tantorum votis queat satisfacere, etiam si ob id fratribus nonnunquam angustius agendum sit. Non enim minore diligentia quando apud nos locus sit plurimi observant; unoque decedente, tres aut quatuor succedunt summis inter se desideriis certantes qui illorum recipi ad exercitia prius debeat quam alii solent in collegiorum praebendis [2] inhiare; atque ita plures cogimur admittere quam otium fortasse et quies fratrum patiantur. Fuerunt semper his diebus domi octo plus minusve in exercitiis, et praeterea plusquam viginti, qui multis jam diebus magno affectu ea a nobis efflagitant. Horum numerus semper accrescit, partim ex his, qui in studiis literariis cum fratribus familiarius

---

[1] P. Antonius de Araoz.

[2] Collegia, Universitatibus olim adjuncta, quosdam habebant *officiales*, qui, praeter habitationem et sustentationem, pluribus haud exiguis reditibus et emolumentis fruebantur. Unde eorum *officia* ejusdem fere pretii et dignitatis habebantur ac ecclesiarum *praebendae*.

conversantur, partim etiam ex his, qui cum nostris frequentius confiteri solent.

Multumque adjuvarunt publicae P. Manuelis [1] de doctrina christiana lectiones, quas antea habebat magno cum scholasticorum et coetu et utilitate; sed finire coactus est, deesse enim domesticis negotiis non potest, quibus solis totus vix potest sufficere. Adeo, Christo gratia, crescente numero fratrum, in dies augentur.

Hic autem illud omittendum non arbitror, quod inter eos, quos domi exerceri accepisti, fuere viri aliquot nobiles, opibus, ditione et generis claritate florentes; raro enim solet id genus hominum ad christianae pietatis studia affici. Ex horum profectu magnos speramus Christo fructus proventuros. Multum enim interest quales rectores Christiana respublica habeat, quorum vita et mores facile a caeteris in exemplum trahuntur. Referam tibi de uno (et ab uno disce omnes) speramusque, quae Christi est bonitas et misericordia, similem in reliquis vitae mutationem. Erat in nobili quodam Carpetaniae oppido Doctor Jurisperitus magnae apud populum authoritatis, quam sibi conciliaverat aetas grandis, munera publica, quibus saepe fungi solet, tum divitiae, quae illi affatim suppetunt. Sed quod plerumque solet his contigere, quos in altiori gradu fortuna collocavit, nec tamen, ut par erat, moribus dignitatem exornant, quod eorum vita, tamquam in sublimi posita, ab omnibus attente perspiciatur, non bene apud populares audiebat, adeo ut illius mores ingeniumque difficile in proverbio circumferrentur.

Hunc ergo Dominus Jesus, qui quacumque hora non renuentes paratus est ad se adducere, vocavit, inclinata jam die; septuagesimum enim annum ingreditur; ardentissimoque animi affectu exercitia spiritualia a Patre petiit (quod magis mirum est quod haec aetas et dura et inepta ad haec solet esse, in his potissimum, qui reliquo vitae tempore in aliis insenuerunt) tantumque profecit, ut verum experiamur illud Evangelium: *Hi novissimi plus omnibus una hora fecerunt*. Nunc ergo omnium in se unum oculos vocesque convertit; admirantur in illo novam humilitatem repentinamque metamorphosim; diligunt insolitam benignitatem, subolfacientes in eo novum spiritum christianae

---

[1] P. Emmanuel Lopez. Vide supra, pag. 504.

pietatis renascentem; et cujus vita antea populo scandalo fuit, nunc in exemplum suscipitur et amatur, frequentioraque nunc habet suae integritatis testimonia pluresque suae pietatis ac religionis praecones, quam antea habuerat antiquae vitae obtrectatores. Fuere etiam plerique, qui illum exercitia fecisse ignorabant (fit enim id aliquando occultissime, ut plurimi nos etiam ipsos lateant, habita ratione eorum qui exercentur; quod sedulo praestat P. Villanova, quae illius est in gerendo Christi negotio foelix dexteritas ac miranda prudentia). Hi tamen cum hominem colloquerentur novosque in illo affectus, novum vivendi genus considerarent, id, quod esset, statim suspicabantur. Tam bonus odor ex hac Societate Christo diffunditur ac spirat. Illi honor ac benedictio, a quo quidquid boni est emanat. Ipsius vero de se publicas voces nunc ipsum renasci, nunc tandem nosse quid sit Christianum esse, et his similia, quoniam communissima sunt omnibus, qui domi exercentur, ad te scribendas non censeo.

Non minor fructus ex privatis Patrum colloquiis colligitur, qui semper in operibus pietatis versantur uberrimosque inde fructus Christo semper reportant. Adsunt enim morientibus, visunt domos pauperum, animos mutuo se odientium reconciliant, exhortantur ad sacramentorum frequentiam, errantes in viam reducunt, et id genus multa, quae mihi nunc non est animus nec consilium singula persequi, prolixum opus, verererque ne mea haec diligentia tibi molesta foret. Unum tamen aut alterum seligam, ne, dum nimium brevis esse laboro, inobediens videar.

Fuit prope nos quidam, qui uxorem de adulterio suspectam dimiserat, accusaverat, convicerat, mortique adjudicatam prope erat ut occideret, integrique tres anni transierunt in hac miserabili tragoedia, quibus intestinis inter se odiis hinc inde vir et uxor flagrabant, nec ulla ratione viro suaderi poterat ut ab incepto desisteret; nulla enim est ad remittendum hac una difficilior injuria, partimque laesus honor, partim amici, cognati, qui non aliter sibi suoque honori provisum existimant, animum hominis odio, amore vindictae aestuante, sic incenderant, ut nec lachrymae uxoris nec multorum nobilium preces, quibus animum hominis per tres integros annos tutuderant, hujus injuriae remissionem exorare possent. Sed postea quam cum quodam

Patre nostro coepit colloqui, coepit item paulatim tepescere fervens illa ira, cessit rigor ille saxeus, deponit vir odium, injuriam remittit, uxoremque, sopita abolitione lite, in domum reducit, multoque nunc majori quam unquam amoris vinculo conjunguntur. Tanta est vis spiritus divini tamque ignitum est verbum Dei, ut a facie illius, quamtumvis durissima corda, sicut cera, liquescant. Ambo nunc communibus votis correctioni vitae insistunt et sacramentorum frequentiam exoptant, ut facile hinc cuivis appareat opus illius fuisse, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.

Sed accipe nunc alterum huic non dissimile. Quidam colapho caesus est, non infimae conditionis homo, et id quidem in templo, quod inter Hispaniae celeberrima non est ultimum, atque in frequenti hominum conventu; quae injuria omnium gravissima apud nostrates censetur nec nisi morte aut sanguine expiari solet. Quam vindictam homo ille jam parabat, instructus amicorum consiliis, accinctus affinium copiis. Habebat enim in ea urbe non paucos, nec ignobiles, qui eo urgentius animum hominis ad id instigabant, quo magis sibi persuaserant non aliter honorem laesum sibi posse restitui. Induruerat ergo animus hominis ad illorum voces, qui illum ad reconciliationem exhortabantur, et, quo magis orabatur, eo inexorabilior fiebat. Hoc unum tandem ab illo impetravit vir quidam summae authoritatis et nominis, cujus vita et doctrina apud nostros nunc in pretio habentur, ut secum vellet ad nos venire. Annuit homo et quod impudens videbatur viri gravissimi tam justae petitioni non acquiescere et quod tantum sibi de duritie sui animi promiserat, ut nullis precibus nullo denique modo posse flecti existimaret. Nondum enim expertus fuerat quod postea, divina sic volente misericordia, quae etiam fugientes ad se attrahit, in se periculo comprobavit, quanta sit verbi divini dulcedo, qua nil, quantumvis asperum, non mollescit, quanta sit virtus et potentia ut duritiem, quantumvis saxeam, possit effringere. Duobus enim aut tribus non plus cum Patre quodam colloquiis effectum est ut illam, quam paraverat, tragoediam omitteret, totumque judicium componendae litis viro illo gravissimo, qui cum eo huc simul venerat, relinqueret.

His autem duobus non minus rarum minusve dignum quod ad te scribatur, quod sequitur, existimo. Venisse quemdam ad

nos, qui integros decem et sex annos nunquam confessus fuerit, adeoque morbus consenuerat, ut difficillimus appareret hominis reditus in viam salutis, in quam tamen, Christo gratia, cui nihil difficile est, nostrorum ministerio reductus est, non sine magna et sui ipsius de se et caeterorum, qui hominem agnoverant, admiratione, divinam bonitatem in eo opere summopere laudantium. Et de his haec, multorum loco, dicta sufficiant.

Perseverantium nobiscum in participatione mensae dominicae frequens est semper scholasticorum numerus, inter quos non pauci sunt et ingenio et indole praeclara ac morum integritate aliis exemplo; tamque opima messis est confitentium, ut nunquam nostris operariis fuerit feriandum, quamquam multo plures essent, in quadragesima praesertim, in qua, omissis domesticis negotiis et studiis, id solum Patribus erat agendum ut confessiones totos dies audirent; tantaque erat confluentium multitudo ut nec sic quidem sufficere possent. De quibus omnibus unum illud addidisse sufficiet: in eis, qui cum nostris confitentur, magnam apparere vitae correctionem; tamque est hoc in hac academia manifestum ut plerique, id animadvertentes, cum nostris confiteri et familiarius colloqui exoptent. Quod eo scripserim ut scias delitescentem hactenus Societatem illucescere, magnamque de illa expectationem omnium animos concipere. Faxit Christus Jesus ut vita nomini, fructus expectationi respondeant. Hanc illorum opinionem mirum in modum auxit, quod hac proxima quadragesima venit ad nos P. ille Franciscus Borgia, eminentissimum virtutum omnium exemplar. De cujus adventu nonnulla scribere res ipsa exposcit, tum etiam quod nunc primo pauper et Franciscus Complutum ingressus est [1]. Venit ergo postridie calendas Martii; sed quanto cum gaudio a P. Natali et Araoz, qui eo tempore nobiscum aderant, exceptus sit, quantaque cum omnium fratrum laetitia in hoc Collegio commoratus, facile perciperes, si exprimere possem quam de illo omnes expecta-

---

[1] Suspicamur bonum Aegidium mente, dum haec scribebat, volvisse illud Breviari Romani: *Franciscus pauper et humilis coelum dives ingreditur....* Ni forte putabat nunc primo Patrem Franciscum Borgia, et pauperem et non alio quam *Patris Francisci* nomine notum, Complutum ingredi, qui illuc olim ingressus est, Gandiae Ducis primogenitus filius, dives et honoratus et caterva stipatus famulorum. Vide Cienfuegos, *Vida de San Francisco de Borja,* lib. i, cap. vii, § 2.

tionem habebamus quantumque res ipsa opinionem nostram vicerit. Sed tamen ex admiratione, laetitia, qua illum Complutensis haec Academia excepit, quale gaudium fratrum fuerit existimare potes. Postero enim die, postea quam Patrem venisse nunciatum est, venit domum nostram Rector hujus scholae cum frequente nobilium comitatu (quod nisi in adventu magnorum principum nunquam solet facere), P. Franciscum visurus. Tanta deinde subsequuta est Doctorum, nobilium, Patrem visentium multitudo ut pauculos illos dies (septem enim fuere), quos nobiscum morari datum est, nunquam licuerit fratribus, quod tantopere exoptabant, P. Francisco frui, illi colloqui, illum videre, illum audire de Deo divinisque agentem, quod, sicut frequenter, sic etiam magno cum audientium fructu facere solet. Erat haec nostra domus plena illorum numero, qui Patrem visuri veniebant; nec deerant qui foelices se existimarent si illius vultum diutius contemplari daretur. Apparet enim in ipso simplex quaedam ac genuina humilitas, quae omnium animos ad se occulta quadam vi allicere et trahere videtur.

His diebus cum Patre actum est ut dominica proxima, quae erat in Passione, quod festum antiqua religione ac cultu a Collegis D. Illephonsi celebratur, concionem haberet et quamquam in his laborem aut adversam valetudinem excusare nunquam Pater soleat, sed, quod hic tamdiu morari negotia non permitterent, hoc ab illo exoratum non est. Lectionibus tamen interesse publice voluit. Quare mane illius diei, quo dicessurus erat, Pater ingressus est gymnasia deditque operam ut, quam posset, fieret occultissime; sed multo aliter res evenit. Ut enim nunciatum est P. Franciscum adesse, venit Rector in gymnasium sequutaque est illum insolita scholasticorum turba ingenti cum gaudio et laetitia. Subinde erat in omnium ore crebra illa vox: *Hic est ille.* Quae vero transacta sunt inter Patrem et Rectorem, dum de honorifico loco certant illinc civilitas, hinc humilitas, Rector ut ante se sedeat invitat, orat, obtestatur, cogit, ut tamen nec vinci potuerit humilitas, quamquam insolita sunt apud nos, quae neque cum magnatibus neque cum Episcopis fieri soleant [1], omittenda tamen censeo. Coep-

---

[1] Neque magnatibus neque Episcopis sedem suam Rector Universitatis offerre soleat.

ta est tandem lectio a quodam fratre Dominicano, qui hic S. Thomam foelicissime magna ingenii dexteritate aequalique gloria interpretatur [1]. Statimque post exordium lectionis, convertit orationem ad P. Franciscum, multaque de illo, multa de illius virtutibus integram horam eleganter ac ornate dixit magna cum audientium attentione, quae huic dicenti semper praestari solet, tum praesertim quando ea diceret quae illum dixisse omnes et vellent et expectarent. Erat enim argumentum totius orationis ut de illis ageret, quae illius tam stupendae mutationis, quam in P. Francisco dexteram Excelsi operatam omnes intuebantur, initia esse crederet. Quare, sumpta hinc occasione, latissime de oratione, meditatione exercitiisque spiritualibus, quibus interna devotio excitatur, egit, quantumque proficiant, qui ad haec pietatis studia solent affici; quibus omnibus magno testimonio erat Patris exemplum illiusque humilitas ipso etiam audientis gestu relucens, quae una omnium oculos in se converterat. Nec dubito si illum de his diutius agere contigisset, uberrimos Christo fructus ex hac Academia collecturum. Nulla est messis aptior, si tales operarii contingant. Idque nunc fore nos speramus [2]. Dedit enim [3] fidem P. Rectori caeterisque, qui hoc ab illo exigebant, se hic verno tempore aliquot dies futurum et nunc illum jam affuturum et credimus et exoptamus. Sed jam satis diu de his. Ad domestica veniam.

Quamquam multi sunt ingenio, aetate, indole praeclari, qui Societatem nostram eligant, exoptent, perseveranterque unam hanc a Domino petant, tamen, quae P. Villanova est in eligendo prudentia, hunc in fratrum numerum recipit, illum diutius desiderare permittit. Novem ergo hoc proximo quadrimestri ex tanta optantium multitudine accrevere tibi filii, nobis fratres. Inter hos quidam est Antonius Sanchez, Doctor Theologus ex illo Collegio Seguntino, quod nobis tot ac tales fratres proxime peperit dabitque Christi gratia plurimos. Hic per tres annos adeo desideraverat noster esse ut nunquam id futurum prae desiderio crederet. Deus tamen perseverantes exaudit, et

---

[1] Fr. Paschalis Mancio, O. S. D.

[2] Quae hic de P. Francisco Borgia et Academia Complutensi narrantur, congruunt apprime cum iis, quae habet Cienfuegos, op. c., lib. iv, cap. xi, § 3; qui tamen ea contigisse ait sub finem Novembris, *á los fines de Noviembre,* hujus anni 1554.

[3] P. Franciscus Borgia.

nunc illo, quod tantopere cupiebat, cum ingenti animi tranquillitate et gaudio perfruitur, multumque nobis praebet et obedientiae et humilitatis exemplum [1]. Inter alios quidam secundum annum, quidam tertium in artium liberalium cursu consumaverant. Unus est grammaticus, sed indole proba et nativa quadam bonitate insignis [2]. Quo fit ut, quamvis alio hinc amandentur fratres, minui tamen numerus nostrum non videtur.

His proximis diebus duo Gandiam, ambo theologi ingenio et litteris multa de se pollicentes, unus Cordubam, et his theologus, alius Pinciam, missi sunt. Magistrum etiam Emmanuelem [3] P. Natalis socium sibi itineris elegit. Sumus tamen nihilominus Christo gratia 6 et 30 domi futurique propediem multo plures. Hi qui modo tyrocinium Christi exercent, veteranis etiam ipsis humilitatis et obedientiae exemplo esse possunt; sed haec vetera sunt: illud novum et inauditum aliquot ex his accepisse epistolas a parentibus benevole scriptas praeterque antiquam parentum consuetudinem, in quibus saepenumero plus affectus quam ratio dominare solent. Multum in illis exhortari patres filios ut perseverent, ut coepta prosequantur; se quidem primo de discessu filiorum doluisse; signum illud tenerrimi amoris parentum erga liberos esse; at postquam affectum illum exuissent, tunc foelicitatem suam nosse; gratias Christo agere pro tanto beneficio; sibi ipsis gratulari quod tam benignam divinam bonitatem in filios imo in se experti fuerint; illuc usque odorem hujus religionis pertigisse; reliquum esse ut in posterum tales se exhibeant, ut filiorum meritis multum foelicitatis parentibus accrescat; plurimaque id genus, quae insolita parentibus esse solent, qui nihil minus quam filios, quos unice diligunt, a se alienari in religiones volunt.

Verum non defuere antiqua veteris inimici certamina, qui nullum non movet lapidem ut accedentes ad Deum avertat; tanto odio in genus humanum flagrat; sed benignus Deus est, qui pro suo nomine certantibus praesto adest, cujus patrocinio quid est nisi imbecille ac infirmum quidquid adversarius machi-

---

1 Hunc *Petrum* appellat P. CHRISTOBAL DE CASTRO, *Historia* ms. *del Colegio de Alcalá,* lib. v, cap. IX. Est tamen *Antonius.*

2 Eorum nomina, qui hoc anno in Collegio Complutensi Societatem ingressi sunt vide in POLANCI *Chronico,* t. IV.

3 M. Emmanuel de Saa. POLANCUS, *Chronicon,* t. IV.

nari possit? Versabatur inter nos jam duos menses frater quidam, qui proxime secundum annum artium liberalium inchoaverat. Hujus candor et humilitas id de se promittebant, quod post adimpletum nos ipsi cum magno omnium gaudio vidimus. Nec enim passus est Christus sui militis tyrocinium parma alba, sine gloria, sine aliquo trophaeo transigi. Venere ergo huc duo illius avunculi, quorum alter sacerdos erat et quoddam sacerdotium juveni conferre erat ei in animo. Quibus Pater [1], multis hinc inde transactis, juvenem solum commisit; quod magno cum judicio facit Pater, ut aliquorum insolentiam et temeritatem confundat, qui allectos hinc juvenes pollicitationibus aut persuasos existimant. Hi primo juvenem adoriuntur precibus, lachrimis, quae potissimum telum adversarii in hoc bello solent esse. Ad id ut juvenem movere possent, commenti fuerant inter se Iliadem quamdam de illius matre: adeo doluisse de discessu filii ut in rabiem et furorem versam existimarent, propeque esse ut animum desponderet; persancteque jurabat sacerdos reliquisse se illam consanguineis summa cura observandam, ne quippiam simile tentaret. Subornarant et Doctorem theologum et nobilem quemdam virum, qui eadem, quae illi narrabant, scripta sibi affirmabant. Addebat sacerdos, is enim praecipuas partes in hac re agebat, nolle se juvenem a proposito avocare, laudare potius vitae institutum et religionem; se solum ejus rei gratia illhuc venisse, ne matris illius animae salus detrimentum pateretur.

Miserere, inquit, sororis meae matrisque tuae; per Christi sanguinem te obtestor, qui tam abunde pro salute hujus animae effusus est, ne illam perire permittas. Illius salus in tua manu sita est: si illam visis, si cum illa pauculos dies fueris, mox ad tuum institutum rediturus. Dona unam hanc rem tuae parentis lachrimis. Dona meis meoque labori. Dona utrisque, si bene de te unquam meruimus. Haec omnia et lachrymae ubertim effluentes et singultibus interrupta oratio non parvo testimonio confirmabant. Et Doctor ille theologus, qui teneri ad id juvenem sancta et inviolabili lege naturae, qua parentibus subveniendum esse nullus ambigit, constanter asseverabat. Ad haec omnia juvenis tranquillo atque imperterrito animo paucis

---

[1] Collegii Complutensis Rector, P. Franciscus a Villanova.

respondit sibi jam non suo arbitrio vivendum esse; relaturum se omnia ea, quae dicerent, ad Praelatum, cujus judicio res suae geri deberent; et quo res divinis auspiciis gereretur, duarum horarum inducias ab illis exigere, quibus negotium hoc Christo Jesu commendaret, seque illos ut identidem facerent obnixe rogare. Nullam aliam praeter hanc unam vocem lachrimae, preces, commenta, minae denique, quibus jam coepta est res agi, extorquere a juvene potuerunt. Vicit denique hujus simplex obedientia illorum astutiam, hujus constans perseverantia illorum impietatem et iniquitatem; victique manus dederunt, ac die altera dolos et commenta illa detegunt, facta esse omnia ut illum a proposito avocarent. Veniam a juvene petunt confusique discessere. Pulchrum profecto triumphum dignumque veterano etiam Christi milite.

Studia nunc inter fratres majori qua possunt cum quiete praecipuoque ardore tractantur. Persuadereque sibi incipiunt nonnulli studere nos. Qui enim logicae student, primas tenent, ipsorum etiam commilitonum testimonio, inter quos nostri multo cum studiorum nomine et integritatis versantur.

Sed quod potissimum ad te scribendum videbatur, consulto in hanc ultimam epistolae partem rejeci: ut de adventu P. Natalis ad te referrem. Multa enim mihi de illo, de his, quae felicissime mense integro, quo nobiscum commoratus est, gesta sunt, scribenda suppetunt, multa de tuis sanctissimis statutis et legibus, qua fratrum expectatione, quo animarum gaudio exceptae fuerint, quanta cura ac diligentia uno omnes consensu inviolabiliter eas servare studeant et se ad illarum normam effingere, quae etiam ex illarum observatione animi tranquillitas, pax, ordo, vinculum charitatis, quantus denique profectus spiritualis sequatur; quae omnia nunc supprimam, quoniam ea a P. Natali copiosius nosse potes. Unum illud, ne meo muneri deesse videar, non praetermittam: foelicissime hic a P. Natale rem Christi gestam multamque lucem et nostris et exteris illius adventum in rebus Societatis attulisse. Videas nunc omnium animos in magnam expectationem erectos et optimam futuri temporis spem ex tam hilari messis initio concepisse. Nescio enim quid magnum Christi Jesu bonitas ex tuis legibus pollicetur et tanquam ex ungue leonem quid in posterum futura sit Societas subolfaciendum ostendit. Tuum est nunc, Pater, ad

Dominum Jesum pro his tuis filiis orare ut tales esse curemus quales hic tua resp. [1] imo Christi Jesu Societas exigit, quales esse tuae istae sanctissimae leges et docent et volunt. Vale, Pater in Chro. Jesu observandissime, teque diu Dei clementia nobis incolumem servet, ut in dies majora, quae propediem speramus, majori cum Christi gloria, sub tuo fortunatissimo auspicio, geri adhuc longaevus videas.

Compluti, pridie Kalend. Maii anno Domini Jesu, 1554.

R. P. T.

Servus in Chisto inutilis,

Ægidius.

Superscriptio in octava pagina: † Jesus. Rdo. in Chro. Patri M. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu. Romae.

Alia manu: 1554. Quad. Compluto, P.[i] *(sic)* Maji.

---

[1] Sic, respublica?

CCLXXXVI

P. Joannes de Valderrabano
Patri Ignatio de Loyola.
Vallisoleto, 1 Maji 1554 [1].

Jhs.

Admodum Reverende Pater in Christo.

Gratia et pax Domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

Ut satisfaciam praecepto tuae R. P. in conscribendis his, quae per nos (licet inutilia instrumenta) Dominus noster hoc quadrimestri praeterito operari dignatus est (licet multa agat Dominus in servis suis, quae ad ipsarum rerum ministri non perveniant notitiam), tamen eorum, quae ad nos pervenere, pauca hic recensebo.

Cum hic principale exercitium nostrum sit circa administrationem sacramentorum poenitentiae et Eucharistiae, in sancto jubilaeo, quod hoc quadrimestri praeterito promulgatum est, fuit tantus concursus venientium ad hanc nostram domum ad confitendum peccata sua, ut facile sit videre in dies nos magis acceptos esse in hoc oppido, crescente semper ipsorum devotione erga nos, praecipue in frequentatione sacramentorum. Ex his enim, qui in dicto jubilaeo et in quadragesima apud nos confessi sunt, multi statuerunt ipsa sacramenta frequentius iterare; et in eò perseverantes ad nos accedunt, ita ut qui huic rei intendimus, vix sufficere possimus ad audiendum omnes,

[1] Autographum in folio duplici nullis numeris distincto, in quo solum nomen subscriptum est manu ipsius Joannis Valderrabano.

qui hujus rei causa ad nos accedunt, lubenterque cooperatores aliquos ad hoc opus acciperemus, prout jam diu est quod a nostro P. Provinciali [1] ipsos petimus, nisi necessitas succurrendi aliis domibus, quae in diversis partibus fundantur, impediret quominus ad nos possint mitti tam desiderati coadjutores. Verum confidimus quod Dominus qui fideles suos tangit et messem parat, non tardabit mittere operarios in vineam suam.

Unde qualia et quam notatu digna Dominus operatus sit in multorum animabus, ex ipsorum operibus satis fit manifestum; quandoquidem concubinarii non pauci, ipsam damnationis viam fugientes, concubinas suas reliquerunt; ac omnem occasionem ad hoc peccandi genus redeundi detestarunt, falsisque amoribus in veros commutatis, in frequente sacramentorum usu perseverant. Eratque tanta ignorantia veri in aliquibus ut invenerimus quosdam pactis quibusdam et conditionibus, falsam pietatem praetendentibus, peccandi usum sibi confirmasse. Voverant enim sibi invicem juramento medio, videlicet, ipsa, cum alioquin haberet maritum, castitatem nisi cum ipso concubinario; ipse autem ut eam institueret haeredem bonorum suorum; cum aliis conditionibus illicitis, inimico generis humani instigante, sese invicem illaqueantes. Hos Dominus ad nos adduxit, qui, cognitis erroribus suis, poenitentiam egerunt, omnibusque in pristinum statum reductis, octavo quoque die confitentur et communicant cum magno et fervente proposito perseverandi. Alii etiam non pauci alia peccandi genera, longo usu jam inveterata et enormia, reliquerunt, quae, quia longum esset recensere, taceo.

Quidam mercator hujus oppidi, jam provectae aetatis, his diebus elapsis accessit ad nos ut confiteretur peccata sua, qui, inter alia peccata sua, multorum bona apud se injuste detinebat, ita ut restitutiones, quibus obnoxius erat, excederent summam mille ducatorum, a longo tempore, hoc est, abhinc viginti annis, debitorum. Huic in ipsa confessione ita illuxit Dominus et ita ejus praecordia percussit, ut in largas prorumpens lachrimas et gemitus, seipsum graviter increpans quod hactenus non tanquam christianus sed sicut paganus vixerit, ut vix consolationem ab ipso confessario accipere vellet, cui bona sua obtulit ut

[1] P. Antonius de Araoz.

inde restitutiones omnes, ad quas tenebatur, faceret. Confessione peracta et instructione recepta faciendorum, statim ad ipsas restitutiones faciendas se convertit, jamque bonam partem bonorum suorum in eis consumpsit ac in eleemosynis pauperibus erogandis. Hic tanta affectione et benevolentia prosequitur nos et Societatem Jesu ut, si liber esset ab uxore et liberis, facile crediderim eum ipsam ingressurum. Est certe mirabilis mutatio ejus, ut plane videatur mutatio dexteri Excelsi; jam enim non pergit ad nundinas, ut solebat, sed ab omnibus hujusmodi occupationibus se subtrahit.

Confessiones generales etiam audivimus non paucas, quia vix accedit ad nos quisquam, quin (si jam alias non confessus sit generaliter) secunda aut tertia vice quam ad nos accedit, rationem reddat totius exactae vitae; qua de re magnus sequitur fructus in animabus eorum ac laus et honor Domino. Et denique usus sacramentorum et frequentia, largiente Domino, semper augentur, ita ut etiam ex vicinis oppidis, duobus aut tribus leucis distantibus, ad nos acccedant hujus rei causa, etiam aliqui ipsorum decimo quinto quoque die.

Caetera exercitia et occupationes solitae Societatis, tam intra domum quam extra, ut reconciliare eos, qui odio prosequuntur, visitare infirmos et in carceribus detentos, et alia, largiente Domino, non intermittuntur, prout tempus suppetit et nobis licet per alias justiores occupationes. Laudent Dominum angeli ejus pro his omnibus (si quae sunt) et nobis ab ipso impetrent ut ea cognoscamus, quae nostra culpa fieri omissa sunt. Tu interim, R.de P., horum indignorum filiorum tuorum ne obliviscaris, qui in tuis precibus et sacrificiis et aliorum patrum et fratrum charissimorum commendatos haberi humiliter petunt.

Ex oppido Vallisoleti, primo Maii, anno Nativitatis Domini 1554.

T. R. P.

Indignus filius,

† VALDERRAPHANUS. †

Superscriptio in quarta pagina: ihs. admodum R.do in Christo Patri Mtro. Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis Jesu, apud Sanctum Marcum.

Romae.

Alia manu: 1554. Vallisoleti, Q. P.i Maji.

CCLXXXVII

Erardus Dawant, Leodiensis,
Patri Ignatio de Loyola.
Vienna, 1 Maji 1554 [1].

Gratia, pax etc.

Imprimis gratiae divinae beneficium non exiguum agnoscere debemus, quod fratres spiritum robustiorem constantioremque retineant, quantumvis multos hic obtrectatores et aemulos habeant, qui tum nostrum institutum tum doctrinam cachinantur orthodoxam, et, velut contra adversarios, vires colligant. Hinc fit ut qui concionandi munus iamdudum exercent, in dies magis ac magis pio zelo accendantur quodam. Quibus vero nondum haec gratia concessa est, aemulatione quoque sancta excitati, diligentius linguis et aliis ad hoc munus necessariis incumbant. R.ndus P. Canisius, ut nonnulla de concionibus adferam, solito cum fervore et doctrina diligenter in hoc praedicandi munere persistit. Is proxima quadragesima aliis quoque sacris diebus aut apud R. Maiestatem [2] aut in summo templo conciones suas continuavit et habet semper frequentissimum auditorium. Libenter enim docti pariter ac indocti ipsum audiunt. Dominus vero Godanus [3], una cum reliquis Patribus ad hoc concionandi mu-

[1] Autographae in folio unico, n. 212.
[2] Ferdinandus, Romanorum Rex.
[3] P. Nicolaus Goudanus.

nus delectis, hac quadragesima diversis in templis sacro verbi divini pabulo famelicas oves refocillarunt. Quibus etiam adfuit frequens satis et maior quam sperabamus auditorum numerus. Hinc fit ut nostrae Societatis rumor existimatioque quotidie increbrescat.

Quid vero fructus ex hisce collectus sit, summatim attingam. Nam primum serenissimus Rex Romanorum, concionibus Patris nostri Canisii mirum in modum excitatus, vehementiorem se habere affectum ad conservandam in suis regionibus relligionem orthodoxam declarat. Nam, praeter alia multa testimonia, nobis huius rei fidem facit pium illius et sanctum desiderium, quo D. Canisium serio commonefecit ut brevi doctrinae christianae epitomen concinnaret, quae pueris, non solum in hac civitate, verum etiam in aliis suae Maiestati subiectis, praelegeretur. Idem edicto publico eos exterminat, qui passim in suae ditionis regionibus praesumunt sub utraque specie altaris sacramentum suscipere.

Confitentium et communicantium numerus longe maior fuit hac quadragesima quam antea, praesertim germanorum cum flandris, quibus RR. PP. Canisius et Godanus se confessarios praebuerunt, non sine illorum magna tum instructione tum aedificatione. Haec res non parum nos sperare facit ut isthaec saluberrima consuetudo confitendi, quae fere, proh dolor!, hic in desuetudinem venit, tandem renovetur. Nam etiamsi multi satis annuum confessionis usum non abiecerint, eo tamen omnes fere laborant vitio, ut tum se pio huic officio satisfecisse putent, si generatim et non speciatim sua peccata sacerdoti detegant seu potius contegant, quorum tam gravem errrorem utinam et ipsi pastores non dissimularent; sed cum coeci coecos ducunt, fit ut ambo in foveam cadant. Italis vero et hispanis ac gallis, qui plurimi ad nos confitendi gratia accesserunt, satisfecit R. P. Lanoy [1], quorum etiam multis sacram distribuit synaxim magna cum omnium aedificatione.

Hactenus de concionibus et earum fructibus. Nunc pauca dicenda veniunt de aliis pietatis officiis. Non raro enim solent nostri incarceratos invisere, eosque salutiferis admonitionibus consolari, et ab erroribus, quibus fere vulgus obnoxium

---

[1] P. Nicolaus Lanoy, Viennensis Collegii Rector.

est, puta haeresi, revocare. Nec omnino operam perdiderunt. Ut enim e multis unum aut alterum proferam testimonium, quidam implacabili odio quemdam, ob amicum interfectum, prosequens, cum nulla ratione se exorabilem praeberet, tandem nostrorum Patrum interventu et diligentia effectum est ut homicidae illi, iam in vinculis coniecto, noxam omnem remitteret. Quaedam etiam mulier, cuidam hispano nupta, cum multis annis sub utraque communicasset specie, a P. Canisio diligenter admonita et de fide nostra plenius edocta tandem resipuit et post festum paschatis de more Ecclesiae communicavit. Alius vero cum simili laboraret morbo, eo reductus est opera R. P. Godani ut sacram communionem sub altera tantum specie more catholico sumpserit, haeresim lutheranam, cui etiam a puero addictissimus fuerat, plane abiuraverit prorsusque reiecerit. Nonnulli etiam studiosi libros haereticorum, quibus legendis fere omnes, proh dolor!, nimium his in partibus dediti sunt, ad nos attulerunt; quorum unus miro studio, non modo seipsum sed et alios hac peste liberare volens, cum observaret si quos lutheranorum libros legentes deprehenderet, tandem librum pestilentissimum a nonnullis oblatum, nostris patribus sua sponte exhibuit. Hac quidem de causa eo magis gavisi sumus quod eiusmodi exemplorum in tanta studiosorum corruptela tanta sit hic raritas. Militiarum praefecti, alienigenae, quique Regis curiam sequuntur, dum in aegritudines incidunt, fere ad nostros recursum habent; quorum plurimis, tum peste tum aliis contagiosis morbis correptis, diu noctuque est inservitum et in salutiferis sacramentis, tam confessionis et communionis quam sacrae unctionis administrandae, est satisfactum. Contracta sunt etiam matrimonia advenarum, qui multis annis foedum mechae crimen occultaverant.

In scholis nostris studiosorum numerus in dies augetur et tantam in ipsis morum mutationem fieri videmus, ut prorsus non iidem esse videantur qui prius. Omnes hac quadragesima, non solum praeter morem sed alio etiam prorsus modo quam antea, domi nostrae sunt confessi sacramque communionem magna ex parte sumpserunt. Pergunt etiam pueri nobis haereticos libros, si quos habent, exhibere nobisque comburendos committere. Id fecere autem non filii solum sed et plurimorum parentes, qui per pueros nobis significari iubent se velle quos-

cumque haereticos habeant codices, in manus nostras libenter tradere.

Viennae Austriae, ipsis calendis Maii 1554.

De mandato Superioris nostri.

Indignissimus tuus servus,

Erharuus Avantianus, Leodiensis.

Alia manu: Q. Vienna, 54. cal. Maii.

CCLXXXVIII

Dionysius Vazquez,
Patri Ignatio de Loyola.
Gandia, 1 Maji 1554 [1].

IHS.

Colendissime in Chro. Pater:

Gratia et pax Sancti Spiritus mentes nostras inhabitet, ut, divinis locupletati donis, ipsum donorum datorem digne amemus. Amen.

Breviorem quam pro rerum exigentia in his me esse hortatur fratrum, qui hinc ad te transire apparant, profectio [2]: quos propediem navigaturos, et incolumes Romam perventuros a bonitate Dei opt. speramus. Interea quae erga gandiense Colle-

---

[1] Autographae in folio duplici, nn. 381 et 382 et B.

[2] Plures ex Hispania tum Romam tum in Siciliam, ex Patris Ignatii praescripto, a Patre Natali missi hoc tempore fuere, de quibus videndus Polancus, *Chron.*, t. iv.

gium divina misericordia ostenderit beneficia, ab anni 1554 exordio ad hasce kal. Maias, de more praelibabimus.

Paulo ante anni ingressum ad nos pervenere pontificii iubilaei indulgentiae, quas universi gregis spiritualis benignus pastor Julius cunctis catholicis concessit, ut illustriori mentium ornatu ad sponsum Ecclesiae Christum accederent, efflagitarentque ut lapidea inobedientium corda emolliat rebellesque animos in sponsae suae flectat obsequium [1]. Dictu mirum quanta spiritus alacritate gandienses oves sacrum Pontificis summi edictum exceperint; argumento sit ingens eorum numerus, qui peccatorum suorum veniam consecuturi, vulnera spiritus spiritualibus medicis nudantes, immaculatum agnum gustaverunt. Nostri sane Patres, audiendis noxis oppidanorum et gentis oppido vicinae, diebus quindecim, usque adeo sine intermissione laborarunt, ut necessariam aegris corporibus quietem fraudare integris pene noctibus sustinuerint. Octingentorum et eo amplius hominum conscientias purgavere Collegii huius Patres. In iis constat extitisse plerosque, quos mutum daemonium prohibuerat supra vigesimum annum peccata sua confiteri. Reperti sunt alii, qui sacrilega verecundia non totum virus ad pedes sacerdotum evomuerant, sed idola Laban sibi reservantes [2], ea, in quibus manifestandis nulla erat confusio, reseraverant. Hac ratione effectum est, quod ex eo videbatur consequi necessario, ut et multi totum anteactae vitae curriculum in confessione fuerint emensi, et veri domini multis bonis iam dudum per vim ablatis fuerint restituti.

In Virgineae Purificationis festo, 2.ª post mediam noctem hora, convenere in ecclesia Collegii fratres omnes, ad quos e suggestu spiritalem habuit orationem Pater Doctor Baptista [3], ad perfectam vocationis nostrae observantiam sponte properantes adhortans: deinde, animis ad Deum oratione conversis, ante sacrosanctum Christi corpus, vota, quibus Societati sese addixerant, innovarunt, ut unusquisque ab aliis audiretur, Patre Baptista praeeunte, caeteris autem, quo ordine ab eo accersebantur, succedentibus. Immolata hac voluntatis tamquam vera laudis hostia, hilarissimis lachrimis suffusi, Missae sacro

---

1 Vide Polanci, *Chron.*, t. iii, passim, praesertim pag. 43.
2 Gen., xxxi.
3 Joannes Baptista de Barma.

interfuerunt et Dominum coeli, cui se dicaverant, quasi futurae gloriae pro sua oblatione pignus, acceperunt, mensae dominicae participantes.

Quadragesima adventante, Pater D. Baptista Fontenente [1], oppidum frequentia ac civium nobilitate conspicuum, se contulit, ubi non minor divini eloquii necessitas quam desiderium Patris audiendi oppidanorum animis ingruerat. Factiones multae, inimicitiae publicae, 'caeteraque multa huius generis vitia doctorem, vitae exemplo ac doctrina insignem, postulare videbantur: incolas autem ad Patrem, qui tantum ex nomine eis innotuerat [2], et ad Illustriss.m Ducem Gandiae [3] legatos miserant, illum flecti se sinerent orantes, hunc ut eos precibus apud Patrem iuvaret. Expedire se non potuit Pater ab ea cura; abiit igitur illuc duobus comitatus operariis, qui meterent spirituale frumentum, cuius dedisset Dominus semen incrementumque. Ad xenodochium, pauperum hospitium, diverterunt, nec ut inde alio migrarent compelli potuerunt; aiebant quippe illud pauperum Societatis nostrae esse hospitium, siquidem erat aliorum pauperum.

Dies quadragesimae vicini, quos carnisprivium vocant, tranquilli, praeter inveteratam consuetudinem, habiti sunt; nam cum intellexisset Pater Baptista ludos parum honestos ab omni aetate sexuque in publicum prodire iam, fratres, quos secum habebat, misit eis obviam, ut vehementi oratione coepta interturbarent consilia. Quod successu non caruit; nam eis populum ad divinum verbum inclamantibus, omnes, relictis ludicris, ad seria audienda convenere: nec cessatum antea est quam omnes ludorum apparatus disparuere. Nec multo post funambuli spectacula in foro parata cum essent, populusque ac magistratus spectatum accessissent, misit fratres, qui cum eo erant, Pater Baptista, qui pro se orarent magistratus, ut funambulum abire juberent, nec paterentur id genus ludorum populo obtrudi, ubi

---

1 Sic; hispanice *Onteniente*.

2 Mirum certe legenti hoc videbitur nec explicatu facile; saepius enim jam anteactis annis Pater Joannes Baptista de Barma in oppido Onteniente fuerat, ut videre est in POLANCI *Chron.*, t. II et III, et in pluribus supra jam editis quadrimestribus litteris.

3 Carolus de Borja, Patris Francisci de Borja filius, qui "aberat toto hoc anno Gandia propter quamdam dissensionem et injuriam illatam nobili viro valentino, auctoritate Regis egredi jussus ex tribus illis regnis Aragoniae, et in civitate, nomine *Baza,* in Baetica exulabat„. POLANCUS, *Chronicon,* t. IV, ubi de Gandiense Collegio agit.

non obscurum videbatur instare tum corporis tum etiam animae periculum. Obtemperarunt continuo magistratus, et, cunctum ludicrum apparatum dissolventes, populum dimisere et funambulum oppido discedere iusserunt. Coepit Pater conciones habere ad populum, ad quas non cives solum sed multi ex vicinis oppidis commeabant: nec multa audientium turba attentionem, quod fieri solet, minuebat: quod hac ratione compertum est, cum assidue a prandio, nam id temporis destinarat Pater ad familiaria colloquia, particulariaque animarum negotia cum civibus domi pertractanda, multos ex notis interrogaret quosnam ex eius diei concione decerpsissent sibi suisque cibos, quibus animas reficerent, ordine quid cuique convenire sibi visum fuerit edisserebant, nec ex concione quidquam ferme periisse inveniebatur.

Longum esset persequi singula, quae in suam gloriam Dominus peregit concionum ministerio. Quaedam tamen ex multis perstringemus. Habita de dilectione inimicorum concio persuasit quamplurimis in gratiam cum inimicis redire: verum illud fuit populo gratissimum et, ut par est credere, Deo longe acceptius, quod ostendit quanta sit vis verbi divini. Profectus fuerat a patria sua quidam Valentiam versus, ut apud valentinos iudices inimicum, quem oderat pessime, in calumniam vocaret: Domino gressus eius dirigente, Fontenentem pervenit, nam ea recta itur Valentiam ab eius patria profectis; hic forte in ecclesiam ingressus audivit Patrem de diligendis inimicis disserentem. Tactus motu cordis intrinsecus, non dissimulavit veritatem; fassus est quo animo patria exisset et tunc intellexisse quid sibi esset agendum. Sententia in melius mutata, ad suos rediit et cum inimico, quem fuerat accusaturus, amicitiam iniit et benevolentiam. Adolescens alius impia temeritate sacerdotem quemdam sibi infensum ad certamen singulare provocaverat, ut mutuis se confoderent vulneribus; quem conveniens Pater Baptista non ad reconciliationem solum perduxit sed ut humilitatis et poenitentiae fidem faceret effecit. Ad sacerdotis itaque genua provolutus veniam erroris petiit.

Ut publica magistratuum edicta promulgarentur sanctis quadragesimae diebus impetravit, quibus omnium generum ludos, eorum etiam, qui alio tempore haberentur honestissimi, interdicerent. Bona etiam publica, ab antiquis quotannis occupata

magistratibus, quorum desperata recuperatio magno communitati erat incommodo, Patre plurimum elaborante, reddita sunt. Nec mirum quod in Dei digito cuncta is posset, cuius talem universus populus imbiberat opinionem, ut si quid ad pietatis divinique cultus religionem, si quid ad hominum instaurandam benevolentiam, si quid ad confitentium salutem, si quid ad infirmorum valetudinem curandam attineret, sic ad eum quasi sacram anchoram recurrendum existimarent.

Pauperum causam suam esse ducens, eleemosinas indigentibus largiebatur, quas populus postea lubens persolvebat. Inter alia, xenodochium pauperibus hospitio recipiendis aegrisque curandis construendum curavit magnificum: nam quo antea recipiebantur pauperes, exiguum erat minimeque respondens loci necessitati. Ut annuos etiam redditus clerus decerneret effecit, ut quidam pueri bona indole instituerentur educarenturque, qui canonicis horis inservirent, quod haud dubie ad reverentiorem ecclesiae cultum pertinere cunctis visum est. Publica oppidanorum vitia nosse impense laborabat, ut infamia notatos ex tenebris peccatorum ad veritatis lumen reduceret: obdurato autem quemdam animo, qui ab inhonesta mulieris consuetudine recedere rogatus noluit, iudices in exilium egere, Patris suasi auctoritate, ne alios in labis contagionem traheret. Ea concione, quam de Christi Jesu passione habuit, antelucanam in parasceve, incredibilem pene lachrimarum ac gemituum affectum cunctis concessit Dominus, qualem nunquam alias vidisse, qui aderant, attestabantur. Eoque crevit Patris Baptistae dicendo dolor, ut licet animi sui sensum aut reprimere aut dissimulare conaretur, cunctis adstantibus affectus compassionis in metum fuerit conversus; timebant quippe ne Patrem eo loco spiritus pariter ac vita destituerent. Voces sane multorum audiebantur inter lachrimas a Domino petentium ne talem virum sineret tam subito emori; eodemque charitatis zelo suggestum conscenderunt primates Patrem revocaturi; diligunt enim mire eum, quem post Pascha discendentem lachrimis prosequebantur, multa, quae amorem testabantur, dona offerentes, et frumentum fratribus nostris Gandiam se missuros pollicentes. Recusavit Pater cuncta, longe enim id esse ab instituto Societatis ostendebat, gratis se dare dicens quod a liberalitate Domini gratis acceperat.

Quaedam ex vicinis oppidis optarunt ut Pater diverteret ad ea sacras habiturus conciones, et vitae rationes erga divina dispositurus. Ex nobili praesertim oppido nuntii venientes, Patri Baptistae litteras sigillo publico consignatas tradiderunt, quibus impense efflagitabant ut paucos saltem dies sibi daret Pater, quibus ex ubertate doctrinae vel guttulas degustarent exiguas. Sed plurimis Valentiae et Gandiae [1] curis impedito vix necessariis licebat attendere: placidis tamen verbis cunctis respondit, curaturum se ut, quod tunc non poterat, brevi eis morem gereret.

Gandiam reversus cupiens Pater ut christianam doctrinam gandienses omnes et memoria tenerent et animo, fratrem theologiae studiis provectum, concionibus praefecit, ut diebus dominicis populum instrueret, decalogi praecepta, fidei articulos aliaque necessaria, quantum auditorum capient ingenia, exponeret. Qui postquam uno anno pensum datum absolvit, sufficitur alius iterum incoepturus, quod primus ad metam perduxerat. Praeter hos, fratres alii Gandiae conciones habuerunt in quadragesima, dum abesset Pater, non sine frequenti hominum consessu, ita ut nonnunquam ecclesia nostra nimis angusta esset cunctis capiendis.

Sed quod superioribus mensibus Pater Gandiae fieri praecepit de puerorum institutione, longe omnium tum gratissimum tum utilissimum gandiensibus civibus visum est. Frater ex nostris unus statis horis quotidie cum tintinnabulo aliqua oppidi loca circuit, pueros ad doctrinam sacram invitans. Duo hunc comitantur tenera pueri aetate, qui suavi cantu caeteris doctrinam tradunt imbibendam. Hosce domum revertentes, quotquot tintinnabulum vocemve audiunt pueri insequuntur nec pauci matura jam aetate. Tanta itaque redeunt stipati turba ut sit necesse, quoniam ecclesia commode tantam multitudinem non capit, theatrum publicae scholae eis aperire. Eo Pater quidam statim docendi gratia tendit, qui mirum a Deo existimatur recepisse donum ad puerilis hujus institutionis munus optime obeundum: tam est is magister cunctis gratus, tantaque attentione a pueris auditur, ut habeat supra ducentos,

---

[1] Collegiis Valentino et Gandiensi simul hoc tempore P. Joannes Baptista de Barma praeerat.

jam duorum mensium spatio, qui possint alibi docere quae hoc tempore didicerunt; et his fit quotidiana accessio aliorum; habet enim plus quingentos auditores. Gandiae si nihil aliud profuisset, hoc sane maximum fuisset beneficium Domini, quod toto oppido noctu et interdiu nihil omnino a parvis magnisve canitur, nihil in publicis auditur cantilenis, nisi doctrinae sacrae cantus dulcissimus, quemadmodum domi nostrae docetur. Agricolae in agris hoc cantu laborem suum solantur, hunc et mechanici operarii artibus suis miscent, matres domi a pueris suis sine rubore, quae ignorant, addiscunt. Mores praeterea componunt iuventutis Patres ei muneri praefecti; jurandi praecipue usus penitus sublatus.

Fratres omnes hujus Collegii valent proficiuntque in dies in exercitatione virtutum omnium, sed humilitatis et obedientiae sectatores sunt insignes. Me excipio, dum haec loquor, vel hac ratione, quod, nuper huc missus, vix collegii hujus dici possum incola [1]. Studia coluntur optime, nunquam quiescentibus litterariis exercitationibus; duas quotidie Divi Thomae lectiones legit P. Doctor Rodriguez [2], quem non ita pridem huc mecum misit Compluto Pater Villanueva [3], nam Pater Baptista a lectionibus supersedere jussus est; fecerit enim negotii plurimum, si reliquis par fuerit occupationibus, quibus corpus nonnunquam cogitur prae infirmitate succumbere.

Sunt plurimi, qui octavo quoque die mensae dominicae participant Gandiae, ut eorum noxis audiendis vix sufficiant Patres quo die communicaturi sunt. Exercitiis spiritualibus multi se dederunt, hodieque in iisdem nonnulli sunt magno cum animarum commodo; sed inter caeteros, mercatoris cujusdam insignis fuit utilitas, quem meditationum sanctarum usus in suam Deique Opt. Max. adduxit cognitionem.

Expectant hic et Valentiae multi efflagitantque a Patre Baptista huic inseri Societati, Domino perpetuo obsequi in ea desiderantes: ex his quosdam bonae spei admisit, alios moratur adhuc volens facere periculum idonei sint an inepti vocationi Societatis et an satis respondeant vocationi votoque Tuae Paternitatis. A multis etiam Pater se expedivit libere, benigne eis

---

1 Vide POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 324, n. 726.
2 P. Christophorus Rodriguez.
3 P. Franciscus de Villanueva, Complutensi domui praepositus.

insinuans hoc vitae genus in ipsis non videri divino beneplacito responsurum.

Nobis, qui ad hujus vineae cultum vocare benignissimus Jesus dignatus est, notam faciat viam voluntatis suae, et ad eam explendam gratiam immittat abundantem desuper, tibique, Pater colendissime, munera ubertatis suae affluenter concedat, ut unguentum a capite in membra descendat et in oram vestimenti, Dionysium. Amen.

Gandiae, cal. Maii 1554.

T. P. indignissimus filius in Chro. Jesu,

Dionysius.

Superscriptio in quarta pagina: IHS Al Muy R.do en Chro. Padre el P.e M.o Ignatio de Loyola, Prepósito general de la Compañía de Jesus.

Roma.

En Santa Maria de la Estrada.

Alia manu: 1554. Gandia, del p. di maggio.

CCLXXXIX

P. Marcus Jorge,
Ex commissione Patris Michaëlis de Bairros,
Patri Ignatio de Loyola.
Ebora, 1 Maji 1554 [1].

Jhs.

R.^{de} in Christo Pr.

Gratia et amor dni. nri. Jesu Christi animis nostris semper insit. Amen.

Cum scribenda sint mihi ad P. tuam ea, quae apud nos gesta sunt et Dei beneficio perfecta hoc quadrimestri, propter obedientiae praeceptum complendum, dicam imprimis de numero fratrum patrumque, qui in praesentiarum apud nos manent. Hi sunt n.° 20 fere. Ex quibus praeceptores latinitatis, divino munere, abunde satis elaborarunt, et discipulorum suorum utilitati operam dederunt hos 4.^{or} menses. Nam ad festum usque paschae tres tantum classes, tribus praeceptoribus, in scholis erant (praeter illam, in qua sacerdotes casus ad conscientiam spectantes edocentur); itaque necesse erat singulos plures discipulos et plus laboris habere; post festum paschae una quaedam alia est addita, ita ut iam n.° 4.^{or} sint, seu quinque potius, si illam connumeremus, quae est sacerdotum, ubi de consciae. casibus agitur. Discipulorum autem nrus. Dei bonitate valde excrevit. Nam et hoc mense Aprilis, post festum paschae, 30 aut ferme 40 admissi sunt: illorum plurimi pa-

---

[1] Autographae in folio triplici, nn. 489, 490 et 491.— Aliud vere non sunt nisi latina versio earum, quas hispanice supra, n. CCLXXXIV, pag. 610, dedimus. Hic tamen eas suo et numero et loco distinctas ponimus, quia alio ab illis die datae sunt.

gani sunt et a vicis oppidisque huius Dioecesis huc addiscendi gra. commigrarunt. Plures siquidem a parentibus, suavem sentientibus odorem literarum probitatisque morum, quibus adolescentium animi imbuuntur, huc mittuntur et in studiis aluntur. Solent in festo nativitatis Dni. et resurrectionis universi ferme scholastici ad patrias proficisci per 10 aut 15 dies, quorum modestia et honesta conversatione moti, ni fallor, aliquorum parentes liberos suos huc mittunt, literis moribusque instituendos; spem summo deo habemus, fore ut numerus in dies augeatur. Ipsorum studia bene habent; sentitur profectus in singulis; cura enim ac diligentia non parua est praeceptoribus exercitia varia modosque omnes pervestigandi, quibus fiat ut ipsi pulchre in literarum curriculo procedant; ex quibus hoc unum est, quo excitantur maxime et stimulantur: in sua quisque classe alios aliis adversarios constituit, ita ut singulis quibusque suus sit certus ac designatus in eadem classe conflictator; horum autem omnium ac singulorum officium est magna cum diligentia ad errores adversariorum attendere, quoties interrogantur, ut eos publice corrigant; unde qui interrogantur, id emolumenti capiunt, ut studeant non errare; sui vero adversarii emendare; atque ita utrique proficiunt et utrique ad studium literarum incenduntur. Singulis diebus Saturni axiomata suae facultatis defendunt, privatim in sua quisque classe, ac diebus item Saturni primis cuiusque mensis publice omnes pariter, in summo atrio confluentes; haec, quae publice modo post festum paschae acta sunt, celebriora fuere solito; nam, praeterquam quod orationes et disputationes de more habitae sunt, aliquot etiam Aeglogas recitarunt de Resurrectione. His illi studiis ad laborem provocantur, et ut ulterius diligenter pergant facile perducuntur. Horum nonnulli variarum religionum instituta susceperunt, alii Scti. Dominici, alii Scti. Bernardi, nrae. vero Societatis, his mensibus 4.or, duo aut 3.es, aliis exceptis, qui idipsum a Patre postularunt. Illos in doctrina christiana praeceptores instituunt, vespere diei dominici privatim in sua quisque classe, ipsorum captui se accommodantes. In 1.a classe hoc modo instituuntur: alio die Dominico una quaedam particula ex dnica. oratione, Aplorum. symbolo aut alio quovis simili declaratur; ad haec prolixius admonentur de his, quae conducere videntur ad mo-

rum institutionem ac divini amoris ardorem. Sequenti vero die Dnico. breviter prius de his ratio ab eisdem exigitur; dein ad aliam particulam eo modo exponendam pergitur. Hoc idem fit in 2.ª et 3.ª classe. Summa cernitur in discipulis reverentia erga praeceptores, necnon erga alios domesticos omnes. Hoc festo paschae, antequam in patriam proficiscerentur, ad nos accesserunt nonnulli ut peccata sua faterentur, sciscitarenturque quo pacto in patria se gererent hisce iis diebus. Quidam alii Praeceptorem convenere, illius sententiam postulantes de sua in patriam profectione, eius se iudicio permittentes, parati non ire, si ita melius ipsi videretur. Porro eorum non pauci sacrosanctam coiem. frequentare incipiunt in nro. sacello, eamque hodierno die 30 ex illis aut eo plus receperunt. Speramus, Deo dante, istorum numerum, ardorem animi pietatemque in dies adauctum iri. Haec de iis, qui humanioribus literis dant operam. Sacerdotes etiam ex lectione, quam quotidie audiunt de casibus consciae. uberem fructum perceperunt his 4.ºʳ mensibus. Ad haec multum confert modus is, qui in docendis ipsis observari solet; nam praeter horam, quam lectioni constitutam habent, aliam praeterea dimidiatam horae partem repetitionibus impendunt, lectionis praeteritae rationem reddendo, ita ut a praeceptore exigitur; nullus siquidem certo scit quando sit repetiturus, sed omnes ambigui relinquuntur, ut oes. parati inveniantur. Iubet ille, quem vult, repetere, modo integram lectionem, modo partem; verumtamen illud diligenter curans, ut nunc unus, nunc alius, et tandem omnes repetant. Porro die Saturni toto fere definito tempore nihil aliud fit quam dubia proferri, quae alii aliis proponunt ordine, quaecumque in lectionibus totius hebdomadae dubitarunt, atque alii aliis respondent; quod dum illi exequuntur, a praeceptore diriguntur, ipsomet interdum respondente, cum res ita postulat. Est itaque haec inter eos communicatio, suus certus quidam disputationum modus, in qua maxima pars eorum, quae per hebdomadam exposita sunt, repetitur; quo fit ut omnia tenacius memoriae adhaereant.

Fratres theologi se diligenter in studiis exercent, nam praeter ea theologica axiomata, quae de more Dnicis. diebus vesperi defenduntur, nihilominus alia ut plurimum in medio hebdomadae agitantur. Sacerdotes, in hoc Collegio (ut dixi) 4.ºʳ

tantum sunt, connumerato P. Michaële De Bairros. Unus ex illis, exceptis aliis domesticis occupationibus, theologiae dat operam; duo reliqui confessionibus scholasticorum audiendis toto fere tempore occupantur; aliorum nihilominus quandoque confessiones audiunt, praesertim in quadragesima. Cum in hac urbe sanctum jubilaeum est promulgatum, per aliquot dies satis insudarunt audiendis, non modo scholasticorum (qui tunc ferme oes. confessi sunt, ut illud consequerentur) sed etiam plurium aliorum ex civitate huc confluentium. Quod si plures sacerdotes hic adessent, satis (ut arbitror) negotii haberent.

Princeps Cardinalis ante septuagesimam a P. Mirone petiit ut ei concederetur P. Emmanuel Ferdinandus, qui populum hunc doctrinam christianam edocebat, ut iret in civitatem suae Dioecesis, vulgo *Elvas* appellatam, ibidem in quadragesima concionaturus et confessiones auditurus; quo impetrato, missus est ille cum socio, etiam Patre, cui nomen est Petro Sanctae Crucis, in hanc civitatem, ubi peramanter excepti sunt. Atque adeo ut spualis. fructus perspiciatur, quem ibidem per illos praepotens Deus operari dignatus est, hic exemplum partis cuiusdam epistolae ponere volui, quam 1.° calendas Martii alter Patrum, videlicet, Petrus Sctae. Crucis, ad nos scripsit.

"Cum ad hanc urbem venissemus, non paruae laetitiae et gaudio in dno. nobis fuit ita bene affectos huius populi aios., ita promptos ad exhortationes Patris Emmanuelis capessendas invenisse; qua in re sic iidem profecerunt, ut illius voluntati penitus subiaceant, eosque, quo velit, traducat. In hac quadragesima, 4.tis ac sextis feriis concionabatur; diebus quoque dominicis, mane de Evangelio, vespere de mandatis: illos acerrime reprehendit, et illum oes. aequo animo ferunt ob magnam (credo), quam de eo concepere opinionem. Itaque non minus ex concionibus quam ex sanctis conversationibus uberes fructus nascuntur. P.° die dominico quadragesimae, cum Evangelium de X.i tentationibus concionaretur, ita vehementius in concubinarios invectus est, ut nonnullos ipsorum ad vitam in melius instituendam commoverit. Venit itaque ad nos statim post finitam concionem mulier quaedam, amatorum internuncia, affirmans velle se, Deo dante, emendare et a peccato illo recedere; accessit et alius, iam aliquot annos in con-

cubinatu perseverans, asserens quoque velle deinde panem in Dei servitio comedere, et ad sanctissimum confessionis sacramentum frequenter accedere; qui ipse cum simili alio Eboram missi sunt ad facultatem consequendam ducendi uxores illas easdem, quibuscum ad id temporis consuetudinem habuerant. Porro cum eo die a concione venissemus, ingressus est idem Pr. in carcerem, ubi pauca quidem, sed ea ipsa auditoribus valde congrua, verba fecit; inter quos unus quidam aderat vir nobilis, qui Dei nomen, horrendum in modum, blasphemare ac sine ullo honore et reverentia tractare solitus erat, cuius morem iam aliquoties als: Pr. damnaverat, verumtamen ille se excusaverat, et se a culpa vacuum esse credi voluerat. Quamobrem iam tunc ferre nequiens perniciosam illius conversationem et pessimum exemplum, coram illo praepotentem Deum in justitia orare coepit, et ad filium Regis de Fees (quem ibidem esse et Christianum recenter factum intellexerat) conversus, illum vehementer obsecravit et per X.[i] vulnera rogavit ne a tam pessimis christianis vitae exemplum caperet, sed potius, cum a Deo opt. Max. tam egregium munus et singulare beneficium esset adeptus, morum probitati et vitae sanctimoniae studeret. Postquam illinc egressi sumus, nobilis hic, quem ita acriter Pr. increpavit, de caetero (Dei gloria) emendationem proposuit. Ad haec animadvertens Pr. timorem reverentiamque perexiguam huius populi erga Deum, cladem insuper ac magnam animarum stragem a daemone publice in hac urbe factam, Societatem instituit inter quosdam, ad pessimam iurandi consuetudinem abolendam, in honorem dulcissimi nois. Jesu, ut a quibus hactenus tam indigne est tractatus, ab eisdem illi laus, gloria et dignus honor tribuantur. Effecit ut omnium noia., mariti, uxoris, liberorumque in sua cuiusque paroecia scriberentur, utque in singulis paroeciis capsulae conficerentur, in quas mulctae, iurantibus constitutae, reconderentur. In una harum, cum aperiretur, duorum ducatorum summa, parua pecunia minus, reperta est, octo dierum spatio plus minus congesta. Convenit inter eos ut mutuo sese accusent, sive intra, sive extra domum, tam nobiles quam ignobiles, nemine excepto, idque cum omni urbanitate et debita quibusque reverentia. Juramenta prohibita simul ac mulcta cuique iuramento constituta, in singulis paroeciis tabella quadam

inscripta continentur. Fuit hoc opus summae utilitatis et spualis. commodi tam incolis civitatis quam paganis. Nam hic, ubi pueruli iuramentis utebantur horrendis, modo non solum parvuli sed etiam grandiores in quavis re asserenda *certe* et hmoi. alias dumtaxat affirmationes addere consuescunt. Decretumque est, ut qui iurantem aliquem offenderit, eumdem continuo admoneat et iusiurandum a se factum modeste commemoret; alioquin eamdem mulctam, quae iuranti fuerat proposita, ipse, qui accusare negligeret, pendere cogatur; quo fit ut vix unus loqui incipiat, cum praesto habeat accusatorem. Institutae sunt supplicationes singulis annis in festo dulcissimi nois. Jesu propositumque est ut singulis Dominicis diebus dignissimum Missae sacrificium celebraretur de congestis pecuniis ex mulctis, et reliquum ad Societatem misericordiae deferretur. Docet praeterea Pr. aliquoties parvulos mandata vespertinis horis in modum suavis cantilenae ad devotionem animum commoventis, cuius delectatione et suavitate antiquam turpitudinem dedidicerunt. Insuper ad dei gloriam et nostrorum peccatorum supplicium et Eccliae. universae utilitatem instituta est singulis sextis feriis, in noctis crepusculo, verberatio in templo, quo confluunt oes., quibus id cordi est, obnupto capite aut ut quisque mavult, ne ab aliquo dignoscatur. 1.º die veneris huius quadragesimae cum certis quibusdam, quos congregavimus, rem aggressi sumus; sed usque adeo deinceps numerus excrevit, tam nobilium quam aliorum inferioris conditionis, ut propter templi angustiam compulsi fuerimus ad summum templum nos transire. Sermonem habuit Pr. brevem super uno ex septem verbis a X.º, assertore nostro, in cruce factis, quo ita corda poenitentium commovit ut ipsi abunde satis lachrymas effuderint. Ego et alius eiusdem urbis Pr. coepimus psalmum *miserere* et psal. *de profundis* paulatim recitare, ita ut Conimbricae in collegio mos erat. Oes. interea verberare, et lachrymas effundere. Optimum id omnibus visum est; quapropter idem facimus singulis sextis feriis magno cum ardore et spuali. commotione populi. Obstupet civitas universa, et haec omnia ut nova et insolita miratur. Dicunt fore ut ipsi per Patrem veri christiani efficiantur, velint, nolint; nec mihi quidem dubium ullum est, quin facile eos possit oes. ad hanc vel illam partem inclinare et quo velit perducere;

tanta est apud eos existimatione. Ille, praeter laborem concionandi, alios plures assumit, valde in reconciliandis iis, inter quos iurgia et contentiones reperit, valde in audiendis confessionibus elaborat, nocte dieque charitatem suam impertitur; quippe qui vehementer exoptat, si Dei beneficio id fieri possit, civitatem hanc tranquillam ac pace divina fruentem relinquere. Habemus iam aliquot, quibus in animo sedet peccata fateri singulis mensibus, ut contra daemonem aciem instruamus, et detractiones labefactemus, quas idem in alios, qui hoc ipsum intra annum aliquoties facere consueuerant, machinatus est. Item ut aliis timidis animos suggeramus, quo iam divina ope id libere audeant. Mulieres iam non curamus; nam tot sunt in hoc exercitio assiduae et erunt, Deo dante, ut earum numerus ignoretur. Nos hospitalem domum habitamus; id quod aliqui mirantur et sciscitantur quare non aliam domum habitamus aut alicuius Sacerdotis hospites efficimur. Eleemosynis sustentamur, et qui nihil nisi quod singulis diebus sufficiat accipimus, cum id habemus, bene est; cum caremus, vitam ut possumus toleramus. Eleemosynam aliquando a certis quibusdam petimus, non per urbem ostiatim, quoniam in ea re Misericordiae Societas sibi iniuriam fieri putat, siquidem id ne faceremus multis precibus et Dei nomine a nobis contendit, volens necessaria oia. suppeditare; quae ideo recusavimus, ne pauperum bona consumeremus. Reliquum est ut omnipotentem Deum assidue deprecemur et gram. oremus, qua perfecte illius mandata exequi, et suae ipsius voluntati plene morem gerere valeamus.„

Postquam hanc quadrimestrem scripseramus, aliam ad nos misit idem Pater Petrus sanctae crucis, cuius item exemplum voluit Pr. Magister Miron ut et huic adiungeremus, et ad tuam Paternitatem mitteremus, ut certior fieres de omnibus, quae divina bonitas per hosce Patres in ea urbe perfecit, quandoquidem illi iam inde ad nos commigrarunt.

"Gratia et pax dni. nostri Jesu X.[i] animis nostris semper insit. Amen.

„Nunc ea, fratres charissimi, vobis his literis enarrabimus, quae divina bonitas post illa, quae superioribus diebus ad vos

scripsi, in hac sua urbe operata est, et in dies operatur in eorum potissimum cordibus, qui illi ardentius inhaerent. Imprimis scitote ad hunc usque diem in huius civitatis diversoriis meretrices ac prostitutas mulieres solitas fuisse manere, qua de causa in hmoi. locis magnae Deo summo iniuriae fiebant ob scelera et peccata turpissima ibidem in eum commissa; donec divina ope et Patris diligentia huic malo remedium inventum est, non sine magno ipsius labore, quippe qui a ministro ad Iudicem et ab hoc ad illum saepe cursitare, speculatores etiam certis locis constituere, ut exploratis omnibus, quae de illis comperissent, nobis referrent, et demum totis viribus contendere ut quaestuarias illas foeminas a diversoriis expelleret. Factum est etiam divina misericordia ut quidam matrimonium contraherent, ex quibus partim sex, partim 10, aut etiam 12, annos in mortifero concubinatu perseveraverant, utque alii quamplures, turpissimum illud peccatum detestantes, concubinas dimitterent; id quod ab illis nunc precibus instando, nunc poenis inferni et mortis memoria terrorem incutiendo, consecuti sumus. Odium porro ac malevolentia, iurgia et contentiones non ita vigent nunc ut antea; siquidem, quod potuimus, laboravimus, ut concordes et unanimes oes. redderemus. Quare iam hic inter eos mos est ut, ubi primum aliqui a gra. desiliisse sentiuntur, continuo vocemur ut per nos illi ipsi in gratiam redeant et in pace constituantur. Ad quod nos quidem instrumenti officium exequimur; virtutem divina bonitas praestat et defectus nostros perficit ipsa, quae per carnis mirabilem assumptionem ad nos descendens, primum hominibus pacem, ut rem summopere necessariam, bonae voluntatis donavit; atque isthuc sane oes. mirantur tantam scilicet pacem et concordiam inter eos esse, qui ita nuper vindictae amici, ita superbi ac insolentes fuerant, ut non solum malum pro malo sed etiam pro bono malum redderent, nunc, laus deo, nec malum pro malo sed potius pro malo bonum: ut saepe ipsi experimur, dum iidem, quibus accidit aliquando iniuriis ac contumeliis affici, quid in huiusmodi rebus sibi sit faciendum a nobis petunt; quibus consilium damus ut iudicio potius quam armis contendant; idque, ut eorum animos odio purgemus, quietem conscientiis et pacem in proximos facilius comparemus. Nec mirum certe, si regnent hic odia, seditiones, etc., cum ad id tam idonea sit

occasio, siquidem vicinam valde Castellae regionem habent, corporibus refugium et salutis remedium, quam tunc temporis solum quaerunt, et, ea una contenti, aiae. salutem prorsus negligunt. Nunc (omnipotenti Deo gloria) omnis res est in tuto; non est aliud quam Dei amor, proposita, desyderiaque sancta veterem hominem exuendi et novum divina gratia induendi. Pr. ad hunc usque diem dominicis ac festis diebus in templo summo concionatus est cum magno auditorum numero et aviditate ad illius doctrinam capessendam, quamquam non deerant, qui opinarentur ipsum non ita bene post quadragesimam se habiturum, quoniam illum aiebant conciones quadragesimae iampridem confectas in chartaceis observare; verumtamen ille sua diligentia et divino auxilio effecit ut sequentes conciones longo intervallo superiores excellerent, ad quod non parum contulit maior rei, de qua in his agebatur, suavitas et ardoris divini in concionante incrementum, praesertim in festo admirabilis Ascensionis, ubi omnibus est plenissime satisfactum; siquidem non de alio per totam urbem sermo erat, et quidam ita dicebant: *nunquam sic loquutus est homo*. Nec iniuria (ut arbitror) oes. ita mirabantur; quoniam magnus revera sibi a Deo tunc ardor amoris et spualis. commotio est concessa, et nobis per ipsum. Concionatur aliquando per horas duas, aliquando per horam cum dimidio, idque mane; nam vespere fieri non poterat propter auditorum multitudinem et aestus ardorem: quapropter mane compensabat quod vespere diminutum erat; id quod nequaquam auditoribus molestum erat, nec moram longam imo brevem eum facere existimabant. Concionabatur etiam diebus veneris de humilitate in templo, ubi solemus audire confessiones, ante ostium ob ingentem multitudinem auditorum, quorum plures foris aderant ad ostium quam intus manebant, nec tempus labori destinatum impedimento erat. In iuramentis vitandis (laus Deo) magis ac magis in dies corriguntur, adeo ut pueruli, 4.or annos nati, matribus dicant, cum iurantes eas audiunt: mater et domina, osculare humum, quia iusiurandum fecisti; nam sic a praeceptore nostro didicimus. Iam quisque seipsum reprehendit, et, antequam moneatur, suam magnam, erga Dei cultum et reverentiam, incuriam agnoscunt; cumque fit ut in aliquod iusiurandum quis dilabatur, hoc profecto facit imprudens. Quam-

obrem eum facti continuo poenitet et rubore suffunditur. Demum ita prava et antiqua ipsorum consuetudo est mutata, ut qui antea nec sibi nec aliis homines viderentur, nisi per Deum, Sanctos, etc., audacter iurarent, nunc illi viles ac perditi homines iudicentur, a quibus iusiurandum ex his aliquod, aut etiam per animum proprium sive aliam quamvis creaturam, auditur. Scripsi etiam ad vos, fratres charissimi, de viris 40, qui singulis mensibus fatebantur peccata; nunc (laus Deo) 100 aut eo plus habemus. Ex quibus nonnulli sunt nobiles et urbis primates, alii mediocris conditionis, alii munifices optimis moribus ornati et Dei zelo incensi, qui, mundi solatia et delectationes abhorrentes, solitudinem et loca deserta quaerunt, libellos adferentes, quibus dei amore inflammentur; atque ita in sacellis solitariis diem traducunt, Deum laudantes et de beneficiis gras. agentes, cuius beneficio mundi vanitatem agnoscunt et ut inutilem et miseriis plenam contemnere possunt. Multi ex his octavo quoque die confitentur, ad quos omnes singulis 4.tis et sextis feriis sermonem brevem de vita Christi Pr. habet, cui audiendo intersunt etiam nobiles et urbis magnates; et quoniam tantam multitudinem domus non capit, quidam humi sedent, quidam stant, lubenter quidem, dummodo in tempore accedant. Ex mulieribus etiam plusquam 140 habemus, quae singulis mensibus confitentur, exceptis quibusdam aliis, quae octavo quoque die et aliquoties intra hebdomadam idem faciunt, quae illarum numerum aequabunt aut etiam excedent. Oes. hi Sacrosanctam Eucharistiam simul capiunt in summo templo, magno ardore charitatis; utque omnes moneantur, in hebdomada, qua communicare debent, feria 1.a et 2.a noctu pulsu tintinabuli signum datur. Ex quo intelligunt, unumquemque se parare debere ad confessionem ea hebdomada faciendam, quo fit ut et confessarium quaerant et se parare simul curent ad Sanctissimam Eucharistiam Dominico die venturo capiendam. Praeterea excercuit Pr. sacerdotes huius urbis in meditationibus spiritualibus 1.ae hebdomadae, nec ad plura propter alia cuiusque negotia tempus fuit. Caeterum hinc ita affecti recessere, ut in animum inducerent, proximorum utilitati et spuali. commodo, audiendis confessionibus, deinceps operam dare, id quod iam experimento quotidie discimus. Nam, quocumque eas, invenies procul dubio, qui luben-

ter confessiones audiant; et cum odiosum valde et grave antea fuisset ad confessionem alicuius audiendam accedere, nunc (laus Deo) postquam summa merita et divinae bonitatis praemia ipsis apud Deum proposita Pr. exposuit, si in ea re aio. Deo charo gratoque elaborassent, continuo se huic labori dediderunt; et si quidem hoc proximo festo Spiritus Sancti ad quodvis cuiuscumque paroeciae templum ires, 3.es, 4.or, aut etiam 5 assiduos confessarios comperisses; quod magnam profecto ad Deum laudandum praebebat occasionem; utque id honestius fieret, Pr. suis precibus exoravit ut confessionaria in singulis paroeciis conderentur, et ita fit. Misericordiae Societas, quae quater intra annum confiteri proposuerat, iam nunc in festo Spiritus Scti. id magno charitatis ardore coepit exequi, et, quamquam primatum nonnulli in villis tunc temporis manerent, Patris tamen literis de festo et celebritate admoniti, ut filii obedientissimi et vere nobiles, ad urbem venerunt et peccata confessi divinissimum Eucharistiae Sacramentum cum magna spuali. populi commotione inter pauperes, servos, et omnis generis alios humillime exceperunt. Confessiones frequentantur cum magno ardore ac pietatis incremento, idque quotidie. Nam postquam ad hanc urbem venimus, ne unum quidem labore vacuum recordor habuisse diem, exceptis tribus aut 4.or diebus, quibus in coenobio divi Francisci fuimus; nec tum quidem nos huius populi negotia sinebant. Etenim se oblivioni tradi existimabant. Tota die confessionario, veluti ligno ligatus, adhaereo. Si sunt infirmi, statim post prandium eos inviso et solatium mihi et ipsis quod possum adfero; nam, postquam in templo adsum, nulla datur quies, nec exeundi locus; res est profecto, quae mirum in modum humana corda ad divinas laudes possit commovere, tantam huius populi pietatem et in confessionibus communioneque frequentandis divinum ardorem consyderare. Divina bonitas ad maiorem suam gloriam, nostram confusionem, et pigris ac desidiosis incitamentum, Spiritum Sanctum in hoc ipsius celeberrimo festo, ut olim in Aplorum., ita nunc in horum suorum amicorum corda immisit, a quo ita sunt mutati et in tantam perfectionem sublimati, ut qui antea mulctis et excommunicationibus ad quadragesimales confessiones vix poterant compelli, nunc ita sunt ad obediendum parati, ita divino amore incensi, ut a confessariis

ter et quater intra annum audiri precibus contendant, et quidam etiam singulis mensibus (ut dixi) idem faciunt, et demum ad communicandum dominicis diebus, et intra hebdomadam aliis diebus ad confitendum, tanta confluit multitudo in singulis paroeciis, ut tempus quadragesimae nondum praeteriisse videatur. Sunt etiam non pauci, qui intra hebdomadam Sanctissimum Corpus X.i accipiant. Concionatus est Pr. 1.º die festi Spiritus Sancti summo mane ob communionem futuram, breviter, sed bene et pie, ubi declaravit quanta reverentia et veneratione opus esset ad divinissimum hoc sacramentum accedentibus, ad quod illi quidem accesserunt, magna cum pietate ac immensae Deitatis cognitione, nobiles cum inferioribus absque ulla differentia, optimo tamen ordine; Parochus Sacerdos, sacram Eucharistiam praebere, Pater Emmanuel lavatorium, ego cum quibusdam aliis reconciliationes audire. Sed quoniam propter communicantium multitudinem defuit Sacramentum, necesse fuit mihi a reconciliationibus cessare, et rem sacram peragere, ut Sacramentum conficerem, quo perfecto, ego ipse reliquis communicaturis omnibus Sacramentum tradidi; magno certe pietatis et divini amoris ardore hoc die divina bonitas horum suorum servulorum corda incendit. Haec autem non in summo templo dumtaxat, sed in omnibus civitatis paroeciis eadem facta sunt. Porro ut de numero communicantium certiores fieremus, misimus ex his piis ac probis hominibus singulos in singulas paroecias ut omnes enumerarent. Hic profecto ingentes Deo gras. agere erat, cum ecce unus centum sexaginta, alius centum quinquaginta, alius ducentos octoginta, alii plura, alii pauciora ostendunt nomina, oes. alacritatem magnam et sctam. laetitiam prae se ferentes. Fuit itaque numerus communicantium eo die circiter septingenti octoginta et eo amplius; quin si illos etiam enumeremus, qui intra hebdomadam Sacram Eucharistiam sumpserunt, millesimum numerum excedent, idque, exceptis quibusdam aliis, quorum confessiones coacti temporis angustiis in alias octavas huius festi reliquimus. Etenim tanta pietatis ac divinae charitatis accessio in hac urbe est Dei bonitate facta, ut ipsamet suam mutationem mirandum in modum obstupeat, quae nunquam crediderat ad eum, in quo nunc est, statum posse pervenire. Nec id sane quidem mirum videri debet, nam

ita arbitror, nisi divinum desuper auxilium adfuisset et tantus amor et reverentia erga Patrem in ipsorum animis insedisset, nullus apud eos aliqua ex parte adhaerere posset, nec ipsis quicquam prodesse. nunc ita erga patrem sunt affecti (Deo gratias) ut facillime ab eo ad utramvis partem flectantur; nec quicquam ita grave praecipiet, cui non peramanter obediant, a minimo usque ad maximum. Hoc eodem die exivimus post prandium cum nostris hisce amicis ad celebrandum digne festum, in divae Mariae grae., quod per mille passus ab urbe distat, ubi sermonem fecit Pater, quo magno solatio et laetitia spuali. oes. affecit. Rediimus inde in laetis arborum floribus et herbis a terra productis Dei magnalia contemplantes, inde Deo gloriam, a quo haec omnia, referentes, nobis inutilibus confusionem capientes. Dein cum iam propius civitatem accessissemus et sacellum quoddam solitarium orandi gra. peteremus, populus, moenia civitatis ascendens, nos spectabat transeuntes, donec civitatem ingredimur terni et quaterni propter multitudinem et ita oes. usque ad domum hospitalem pervenimus. Hic iterum cernere erat populum ex fenestris Deum laudantem et gratias agentem dum Elventium hominum modestiam et rerum mundanarum contemptum cernit. Dei laus et gloria, a quo haec et bona omnia emanant.

Haec sunt, R.[de] Pater, quae ex his locis hoc quadrimestri ad P. T. scribenda censui. Reliquum est, ut a te supplr. omnium noie. petam benedictioni tuae nos habeas commendatos.

Eborae, Calend. Maii 1554.

Ex commissione Patris Michaëlis de Bairros,

MARCUS GEORGIUS.

Superscriptio in sexta pagina: Ihs. Al muy R.[do] en Chro. padre el padre Maestro Ignatio, praeposito general de la Comp.[a] de Jesus.

En Roma.

2. *(2.[a] via.)*

Alia manu: 54, Q. Ebor. 4.° *(sic)* cal. maij.

Et alia : Quadrime. Ebora.
Et tertia : 4. cal. maij 1554.

Nullibi in autographis litteris reperire est hoc 4.°, quod bis superscriptum videmus. Ideo autem superscriptum censemus, quia, ut supra monuimus, aliud nihil hae litterae sunt, quam latine redditae litterae supra, n. ccLxxxiv, pag. 610, transcriptae; quae quidem 4.° Calendas Maii datae sunt.

CCXC

Robertus Clayssonius,
Ex commissione Patris Paschasii Broët,
Patri Ignatio de Loyola.
Parisiis, 3 Maji 1554 [1].

Pax summi Regis, coelestem thronum conscendentis [2], Domini nostri Jesu Christi, perfecta nos donet libertate ac foelicitate perpetua. Amen.

Quae quatuor mensibus exactis divinae bonitatis providentia nos tum ad agendum impulerit tum pati permiserit, summario compendio complectemur, Reverentiam Tuam primo precati, Pater observandissime, ut, adversitatis conatus nostros acerrimo impetu retundentis commiseratione, adeo exiguam messem collectam esse paterno affectu boni consulat.

R. Pater noster Praepositus [3] mense Januario, quo adhuc apud Reverendissimum Pontificem Claramontanum agebat in Auvernia [4], ejusdem Reverendissimi Domini arbitrio et impulsu persuasus, trium hebdomadarum labores, quadraginta quatuor quinqueve paroeciarum xenodochiorum, et Collegiorum Canonicorum visitationi impendit, non absque fructu haudquaquam poenitendo. Interea dum in Episcopatu Clara-

---

[1] Autographae in folio duplici nn. 248 et 249.
[2] Hanc ideo adhibet salutandi novam formulam Clayssonius, quia litteras dabat ipso Ascensionis festo die.
[3] Pater Paschasius Broët.
[4] Vide supra, pag. 517.

montensi ageret, duobus nobilissimus viris exercitia Societatis praebuit, quorum alter beneficiarius, unico beneficio, reliquis resignatis, contentus esse didicit sub Patris magisterio. Quam fragrantem Societatis odorem utriusque Patris nostri [1] fama in dioecesi Claramontana sparserit, id facile testantur literae ad nos delatae et Auverniensium incolarum flagrantissimum desiderium et erga Societatis coloniam affectus.

Proinde mirum nos tam acerbam Lutetiae pati repulsam et pervicacem hominum mente corruptorum proterviam, quam Dominus Jesus potentia virtutis suae semel supplantabit conculcabitque. Post Patris reditum ex Auvernia mense Februario, Praefectus Montis Argini [2], viginti quinque milliaribus gallicis Lutetia dissiti, conatus est Patri persuadere ut duos [ex] confratribus juventutem edocturos suae urbi destinaret, quibus domicilium et vitae necessaria impendia subministrarentur. At Pater, fratrum exiguo numero objecto, se eo temporis articulo votis ipsius satisfacere posse negavit; non tamen omnem ei spem futuri successus ademit. Certe rogandus coelestis ille agricola, Autor et Dominus messis, ut emittat quam ocissime operarios in vineam suam. Plerique enim nos destituunt diligentes hoc saeculum [3].

Pater noster, semper coelestis vocationis memor, spiritalibus occupationibus sedulo intentus, in carcere confessiones vinctorum audit, in aede sacra Sancto Cosmae diebus profestis, sacris vero in Abbatia Sancti Germani; pro more consuetoque infirmorum aedes frequentat.

Duo, hisce proximis duobus mensibus, Patris praesidio, Societatis exercitiis instituti sunt, quorum alter, prosapia nobilis, vocationis suae instinctum, quem Deo auctori attribuit, pie

---

1 Scilicet, Patris Paschasii Broët ejusque in Claramontana dioecesi socii, Patris Hieronymi Le Bas.

2 *Montis Argini* perspicue admodum est in autographo. Vix tamen dubium esse potest sermonem fieri de urbe *Montargis*, quam sic describit FERRARI: "*Montargium,* Montargis, *urbs Galliae lepida, in provincia Insulae Franciae, et in Vastinio tractu ad Lupiam fluvium, 25 leucis a Lutetia, in austrum. Castrum habet antiquum. 18 leucis distat ab Aureliis in ortum.*„ *Lexicon geographicum.*—Ita quidem intellexit POLANCUS in *Chronico,* t. IV, ubi, licet scribat *Montis Arginii,* addit tamen: "quae viginti quatuor exiguis leucis Lutetia distat„.

3 His verbis, quae linea subterducta in autographo distincta a caeteris sunt, indicari videtur quosdam fuisse hoc tempore Parisiis, qui a proposito Societatis ingrediendae et juxta ejus institutum in Domini vinea laborandi descivere. Unius saltem ita deficientis meminit infra idem Clayssonius.

casteque prosequitur. Alter, professione Sacerdos, patria Bituricensis, ante annum Episcopi Myrapicensis [1], oratoris Regis Galliarum apud Pontificem, domesticus famulus, triginta quinque annorum aetatem superans, exercitationibus sacris eruditus, se totum Societati tradere statuit; quem parum literatum Praepositus noster pro sua prudentia in numerum suorum non adoptabit nisi probe exacteque probatum. Neque enim literarum praesidio destitutus ille mox rejiciendus nobis visus est, potissimum quod humilis obedientiae veraeque religionis spiritum concepisse merito credatur, nec ad aeconomiam aliaque obeunda munera ineptus censeatur, quamquam impensissimum studii literarii affectum comitem adducat.

Adde quod Rmum. Cardinalem Polum Legatum adduxerit suis precibus ut se Patri Praeposito benigne commendaret, quo in Societatem nostram reciperetur. Nec parum ipsum iuvit quod P. noster Paschasius Bononiae ipsi [2] a confessione fuerit quodque Romano Collegio familiarissimus extiterit, ut ipse bona legitimaque fide testatur. Faxit Dominus Jesum Crucifixum, quem sibi praefixit ob oculos, semper imitetur.

Tres fuere adolescentes pie erga Societatis sequelam affecti, quorum unus nobis servit, parum ad literas aptus, annos natus septemdecim, corpore pro aetate procero ac robusto, pius, integer verusque Israëlita, in quo dolus non est. Secundus, parentum dissuasu, a pristino affectu revocatus est, qui alioquin aptus utilisque Societati satis fuisset, annos natus viginti duos. Tertius flander, annos natus vigintiquinque, pium erga Societatem animum servat; sed quamquam ad Magisterii titulum promotus sit, parum aptus videtur ad heroica hierarchicae dignitatis munia administranda. Haud dubito quin plures ad

[1] Claudii de la Guiche, qui, quo tempore hae litterae exarabantur, jam vitae functus erat (19 Martii 1553) et Henrici II, Galliae Regis, orator apud Pontificem et in Concilio Tridentino fuerat.

[2] Scilicet huic Mirapicensis Episcopi domestico sacerdoti. Episcopus autem Mirapicensis Bononiae fuit, postquam in eam urbem Concilium translatum Tridento est, quo tempore Bononiam etiam, rogatu Patrum Laynez et Salmeron, missus est P. Paschasius Broët.—Verum quidem quod ait Prat: "Claude de la Guiche, récemment nommé à l'évêché de Mirepoix, alla, avec les ambassadeurs français, attendre, à Ferrare, de nouveaux ordres de la cour de France." *Mémoires pour servir à l'histoire du Père Broet et des origines de la Compagnie de Jésus en France*, part. II, lib. II. At non minus certum est eumdem Claudium Bononiae tempus aliquod fuisse; Bononiae enim 30 Augusti 1547 (in paginae ora per errorem scriptum est 1545) ad Condestabilem litteras dedit, quas affert Ribier, *Lettres et Mémoires d'Estat*, tom. II, pag. 55.

nos confluerent, si, Collegii fundamentis jactis, templum nobis erectum esset.

Mense Aprili elapso proxime Pater gravissima subiit certamina tum cum Episcopo Parisiensi et theologis, tum cum Senatu Parisiensi, partim quod me rogatum ab Aedilibus sacrae Aedis S. Bartholomaei, e regione Palatii sitae, concionaturum delegare decreverit, ac postmodum in Academia Parisiensi, passim in paroeciis quibusque pro efflagitantium votis in suggestum prodire voluerat, non tamen absque legitimo ac maturo consilio bonaque omnium bonorum pace; partim occasione donationis Rmi. Episcopi Claramontani, qui redditum annuum, valorem ducentorum quinquaginta librarum Turonensium singulis annis persolventem, Societati dedicaverat ante Patris reditum, partim Collegio Parisiensi, partim Collegio Billomensi extruendo imponendum. Itaque priore occasione impulsus Pater, mecum Rdum. Episcopum Parisiensem adiit facultatem petiturus libertatemque concionandi. At Episcopus, satis benigne nos suscipiens, mox respondit se non repugnare piis suffragiis Aedilium, modo a Domino Poenitentiario, Doctore theologo, penes quem authoritas erat mei periculum facere, idoneus probatus essem.

Ex aedibus Episcopi recta nos transferimus in aedem Sacram Divae Virgini, ubi Dominum Poenitentiarium cum Domino Cantore offendimus. Ibi Pater rationem reddit adventus sui. Uterque causatur vultum adhuc juvenilem (qualem ego quidem ingenue agnosco). Pater suum ibi strenue peragit negotium. Mox subjicit Dominus Cantor: “Si hic in suggestum jam prodeat, universum theologorum Sorbonicorum Collegium et quatuor mendicantium ordines adversum vos concitabitis.„ Tandem, altero nos relinquente, Dominus Poenitentiarius familiariter ac benigne nos affatur: “De doctrina vitaeque integritate non ambigo; at vereor ne auditores adolescentiae tuae occasione verbum Dei contemnant. Ego (inquit) Aediles conveniam, ac deinde responsum sum vobis daturus.„ Quid multa? Nobis redeuntibus ad se semel atque iterum respondit se impeditum nondum convenisse eos, et ut animi sui timorem humanum proderet, addit: “mihi obsecro, credite; non arbitror consultum ut hic jam suggestum conscendat ob rationes, quas non est fas nec opportunum modo communicare vobis. Proinde

aliam occasionem praestolamur.„ His rationibus, theologo parum dignis, nobis satisfacere studuit.

Posteaquam consensus theologorum extorqueri non potuit, supersedimus laboribus hisce. At quidam Societatis amicus per fratrem suum, Aedilem S. Sulpitii (qui locus, a jurisdictione Episcopi alienus, Cardinali Turnensi subditus est), libertatem Evangelii praedicandi mihi conciliare studuit. At quum Pastor illius ecclesiae, doctor theologus, nobis parum spei donaret, frivola ratione petitores repulsam passi sunt.

Tandem consiliarius quidam, impensissime erga Societatem affectus, Dominus Du Mont [1], his cavillis et multorum calumniis offensus, strenue rem nostram aggreditur; adit Episcopum Parisiensem, facultatem mihi petiturus, ut apud sanctam Trinitatem postridie concionari mihi fas sit, Episcopus, alioquin Consiliario familiarissimus, respondit theologos sibi retulisse Societatem nostram rem esse illicitam seque nunquam nec concionandi nec confessiones audiendi facultatem nobis permissurum, nisi, communi more reliquorum Sacerdotum, et potestati et jurisdictioni suae subdamur. Iam tertio repulsam passi Domino negotia nostra commendamus. Fiat optima Dei voluntas, quam nemo irritare potest mortalium.

Hoc mense Patris impulsu ad Abbatiam quamdam, cui nondum Societas innotuerat, missus, concionem bis habui jubilaei a Pontifice Summo indulti tempore cum bona religiosarum et astantium auditorum fruge. Mirum est quam benigne ibidem non modo exceptus ipse fuerim, sed Societas universa mirifice evecta fuerit, circumcingente me undique Virginum corona. Laus sit Deo nostro.

De Patris laboribus apud Senatum, quos non suscepisset nisi coactus tum Episcopi [2], tum amicorum hortatu ac negotiorum occasione, proximis literis latius, ne prolixitate venerandam Paternitatem tuam offendam.

Patres fratresque universi prospere valent, ac suo funguntur officio, seque totos Reverentiae tuae officiosissime offerunt, tradunt, dedicant, quorum pios affectus sanctaque desideria sacrificiis et orationibus tuis juvare, promovere, ac perficere

---

[1] Vide Prat, l. c., part. III, lib. I, pag. 203.

[2] Intellige Claramontanum, non Parisiensem.

dignaberis, a quorum consortio me indignum ac ingratum Christi famulum, ob quem forte orta est omnis tempestas, me, inquam, caeteris infirmiorem excludi minime patieris, quin potius orationibus tuis consolidabis atque perficies. Filios tuos, in signum, cui contradicitur, positos, Patribus fratribusque istic agentibus studiose commendare placebit.

Lutetiae Parisiorum, e domo Claramontana, ipsa Dominicae Ascensionis solemnitate 1554.

Ex commissione R. P. Paschasii Broët.

Reverendae Paternitatis tuae minimus in Christo filius ac servus indignissimus,

ROBERTUS CLAYSSONIUS, BRUGENSIS.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Christo Patri, Domino Ignatio de Loyola, Praeposito Generali Societatis nominis Jesu, in aedibus Stae. Maria de la Strada.

Romae.

Alia manu: 1554, Parigi, Q. del Maggio.

Vestigium cerae et sigilli.

CCXCI

Theodorus Peltanus
Patri Ignatio de Loyola.
Neapoli, 6 Maji 1554 [1].

✝
IHS

Gratia et pax, etc.

R.de in X.o P.r : Evoluti proxime quadrimestris gesta brevissimo tractatu perstringimus.

Res litteraria nihil, quod equidem sciam, mutationis sortita est, nisi forsitan fatendum sit eos, qui audiunt, quam pridem a feriis paschalibus frequentiores venisse.

Fratres valent et pro se quisque Spartam, quam sortitus est, sedulo adornat [2].

Hac quadragesima tum domi tum foris conciones habitae sunt quamplurimae et etiam nunc habentur. Enarratur et doctrina christiana ut prius. Confitentes et communicantes crebriores quam antehac unquam fuere. Plures utriusque sexus in spirituali palaestra exerciti sunt, quorum tres Societati nomen dederunt; quartus alteri religioni se adiunxit [3].

Studio Patrum nostrorum duae se societates in hac urbe

---

[1] Autographae in folio duplici, n. 146.—Plura in iis ignota quaedam manus emendavit, quorum nos praecipua ad paginae calcem supponemus.

[2] Vide supra, pag. 495.

[3] Plures in Societatem hoc anno Neapoli admissos memorat Polancus in *Chronico*, t. iv; sed eorum alios Februario mense Romam missos ait (quos noverat jam S. Ignatius, dum hae litterae exarabantur), alios Septembri partim Romam, partim in Siciliam: quare ne conjectando quidem dicere valemus quinam hi sint, quorum hic meminit Peltanus.

conglobarunt, altera virorum, altera mulierum. Virorum, sicuti ego accepi, consilium sic habet: quinto decimo quoque die, praemissa confessione, sacratissimo X.i corpore, quo in omnibus fortiores sint, se praemunire; fidei nostrae dogmata, ubi ipsi didicerint, rudiores et maxime pueros, aut eius institutore destitutos [1], perdocere; odia et inimicitias, quibus civitas haec gravissime, ut quotidianae caedes satis declarant, flagrat, componere, ad confessionis ac juxta communionis sacramentorum frequentationem quoscumque poterunt quocumque modo [2] incitare; alios verbo, prout quisque opportunum se comperiat [3], adjuvare; demum, ne singula perscribam, nusquam non exemplo et sermone rempublicam x.nam promovere: quoque commodius id assequantur, decreverunt nullum, nisi exploratae vitae, contubernalem admittere. Foeminarum paulo diversus [4] habet: hae ad singulas calendas dominicam accedunt mensam; ad haec doctrinam christianam domesticis tantum hae, cum alii illi quibusvis opportunis, tradunt; fuci, gipsi et id genus emplasmatis [5] usum, quibus sexus ille hic vultus turpissime inficere solet, ipsaemet sibi interdixerunt, nec fucatam ullam, quantumvis acriter instatem, in sociam adsumunt. Spiritu viros aequant, numero superant. Ut viri, ita foeminae quamdam praefecerunt, cui caeterae omnes morem gerunt. Tam hae quam illi nullam adsciscunt, nisi de totius vitae statu confessam. His nullum hucusque nomen inditum est [6]; illi *fratres venerationis sacrosanctae communionis* [7]

---

1 Emendatum sic: aut *doctoribus* destitutos.

2 *quocumque modo* deletum ab emendante.

3 prout *cuique commodum erit.*

4 paulo *aliter.*

5 et id genus *formae medicaminum.*

6 "Nullum nomen inditum initio Congregationi foeminarum, sed postea *Congregatio devotarum Jesu dicta* est.„ Polancus, *Chron.*, t. IV.

7 Congregatio Venerationis SSmi. Sacramenti. *Polancus,* in *Chronico,* t. IV.—*Congregazione della Veneratione del Santissimo Sagramento.* SCHINOSI, *Storia della Compagnia di Giesù appartenente al Regno di Napoli,* part. I, lib. I, cap. X.—*Quae ab augustissimae Eucharistiae cultu de consilio B. Ignatii nomen hausit.* ORLANDINUS, *Historia Societatis Jesu*, part. I, lib. XIV, n. 36.—Aliud praeterea nomen his sodalibus inditum ait, l. c., SCHINOSI his verbis: "Fra le quali (opere di carità cristiana) fu delle più importanti per quell' ora il segretamente osservare se opinione meno cattolica quì durasse tuttavia in alcuno, o se da persona che qua capitava di fuori, si disseminasse. E perche nell' investigare simiglianti materie usavano la conveniente segretezza e, riferendo poi al P. Salmerone, cooperavano al segreto riparo, i Comunicanti con nuovo sopranome si chiamavano i Zitti, sopranome che pure nel presente si ode....„

appellantur. Fautorem inter alios habent Episcopum [1], qui et benedictione sua utrumque institutum congregationis sanxit, placuitque tam sibi [2] quam illis uti omnes, composito [3] ad hoc die, domi nostrae Eucharistiae sacra sumant, quod et hactenus non sine magno eorum emolumento et praesentium aedificatione factitatum est.

De R.di Patris Salmeronis concionibus habe. Auditorium habuit quale nunquam ullus in hac urbe, et id quidem continuum; et a primo parsimoniarum [4] die, primariarum foeminaruum tantum concursum, ut hae solae centum quinquaginta et eo amplius iustae capacitatis scamnis capacissimum alioqui et in civitatis umbilico situm templum onerarint; jam optimates non paucioribus, nam in hac potissimum republica in omni concione et lectione numerus virorum mulierum in triplum aliquoties et in decuplum excedit; imo, ut dolendum est, rara hic conspicitur quae lectiones frequentet foemina. Haec sic de melioribus dicta sunto. Porro vulgus audientium certo numero velle complecti supervacaneum puto; hoc tantum dico, tantam ejus generis confluxisse multitudinem ut aliquoties stare commode, sessionis enim ibi parva mentio, non potuerit; nec id mirum; undique enim eo convolabant, adeo ut dicere pudeat quam pauculos alii audientes [5] retinuerint.

Jam quid tanto auditorio dignum Pater praestiterit, quantoque cum fructu ipsum Patrem frequentaverit, paucis, mi Pater, accipe. Pleraque nobilitas [6] quadragesimam, cui eousque [7] infestissima fuerat, extentiorem optabat, haud sane alio animo quam quo diutius tantum praeconem audire liceret; eademque tum demum quid hae sibi dies vellent agnoscere coepit. Siquidem ante ea tempora non paucos reperire erat, qui sive carnis fovendae gratia, sive quod alicubi, per imprudentiam, haereseos succum degustassent, in quadragesima promiscue, haud secus atque aliis temporibus, carnibus vesci consueverant; de

---

[1] Is erat Scipio Rebiba, qui Cardinalis, Theatini dicti, Joannis Petri Carrafa, Neapolitani Archiepiscopi, vice dioecesim administrabat.

[2] tam *ipsi*.

[3] *statuto*.

[4] a primo *quadragesimae*.

[5] alii *concionatores*.

[6] *nobilium bona pars*.

[7] *ad illa usque tempora*.

ieiuniis taceo, cum et alios, Ecclesiae praeceptis obtemperantes, per insolentiam incesserent. Verum hac illi quadragesima, ut diversi et Patri et nobis retulerunt, non solum ab esu carnium sed et a lacticiniis abstinuerunt. Variae haereses, quae in plerosque civium animos irrepserant, publice ac privatim linguam exerere inceperant; verum hoc nunc malum, Dei gratia adventuque Patris, utcumque repressum est eque multorum animis funditus etiam eradicatum. Haec tanta cum divino subsidio adjutus praestiterit, invidorum dens, qui tamen in tali re vires suas maxime effundere solet, nusquam se prodidit, imo ii ipsi, qui hoc nomine nonnihil suspecti erant, suppliciter se demittentes, e concionibus notatu digniora excipere frustra postularunt.

Jam quid, pro tam insigni beneficio, beneficii auditor retulerit [1], ut caetera, patienter suscipe. Imprimis singuli, quorum auctoritas in hac republica plurimum valet, sese Patri obtulerunt ad omnia petitione digna paratissimos. Quoque animum suum in Patrem et Collegium totum melius declararent, quidam eorum, ad hoc munus a R.mo Car.le [2], Interrege, designati, magnam summam pecuniariam eleemosinarum pro exstruenda Collegii domo collegerunt. Huic, quo commodius aedificemus, quater mille supra quingentos ducatorum liberalitas Imperatoris [3], a quo et alios sexcentos annui redditus obtinuimus, accesserunt. Benedictus Deus, qui, quo minus speratur, eo liberalius omnia servis suis suppeditat. Dici non potest quam paterno affectu universa civitas et praecipue vicini nostri erga nos affecti sint; sed quia haec alias attigimus, jam praetereantur.

Reliquum est submisissime obtestemur ut quicquid factum aut intermissum est, boni consulas. Fratres omnes et ego praecipue, ut qui caeteris plus egeo, sese in primis R.dae P.tis V.ae ac deinde aliorum omnium, qui audituri aut lecturi sunt, orationibus quam possunt maxime commendant.

Ex Neapoli, pridie nonas Maii M. D. LIIII.

Minimus omnium tuorum,

TH. PELTANUS.

---

1 Magis perspicue: *Jam quid beneficii, pro tanto beneficio, auditores rependerint.*
2 Petrus Pacheco, Neapolitanus Pro-rex.
3 Carolus V.

Superscriptio in quarta pagina: Al molto R.do nro. P.e in Jesu X.o il P.e M. Ignatio de Loyola, Prep.to gnale. della Compagnia di Jesu.

Alia manu: 1554. Napoli. insin' a 6 di Maggio.

CCXCII

N. N.
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 8 Maji 1554 [1].

†
Jesus

Gratia Domini nostri Jesu Christi adsit semper animis nostris. Amen.

Scripturus, R.de Pater, quae Dei Opt. Max. beneficio proximis quatuor mensibus acta sunt, illud in primis dicam, Patres fratresque, eiusdem Domini munere, in concionibus, confessionibus, lectionibus studiisque literarum hactenus perseverasse, maiores in dies singulos fructus ferentes. Benedictus Deus, a quo omnia bona proficiscuntur.

R.dum P.m Natalem de Lusitania discedentem R.dus P.r Miron usque eboram prosequutus est, ubi, cognitis compositisque rebus, calendis Ianuarii rediit. Intellexerat siquidem ex literis hinc perlatis negotia indica, brasilica, atque aethiopica sibi conficienda; accidit enim ut simul in has provincias navigaretur.

Ad Indiam missus est legatus Regis Dominus Petrus Masca-

[1] Apographum in quadruplici folio, nn. 420, 421, 422 et 423. Nullum habet subscriptum auctoris nomen. Certum autem videtur scriptas non esse ab eo, qui priores hujus anni quadrimestres Ulyssipone scripsit, supra n. CCLXIV, pag. 492, scilicet a Cypriano Suarez, quem l. c. per errorem Alphonsum Cyprianum appellavimus. Non enim de se ipse Cyprianus scripsisset quae hic leguntur.

renhas [1], qui nos singulari benevolentia complectitur ac fraterne diligit. R.dus P.r Miron, simul ac venit, negotia transegit ut potuit diligentissime, quibus expediendis supra modum laboravit: ea namque noctu aliaque cum certis sacerdotibus [2] communicabat: dies vero totos consumebat Rege fratribusque eius ac nonnullis aliis conveniendis. Tanta est horum principum erga Societatem benevolentia ac studium ut merito et Deo gratias maximas agere et illis semper habere debeamus. Nam cum regia, mortuo Principe [3], in luctu et squalore iaceret, totaque urbe acerbissimus luctus versaretur, ac propterea optimus Rex, ut par erat, postulationibus minime vacaret, non oblitus tamen pietatis amorisque singularis erga divina, fratribus, qui apud indos brasilosque Christo Domino militant, multa largitus est. Id, quod intelliget tua paternitas fusius ex literis R.di Patris Mironis.

Qui hoc etiam tempore non minore studio evigilabat ut collegium inductis regulis recte atque ordine administraretur. Congregabat saepe noctu magistros, recitatisque legibus scholasticis, singulas persequebatur, qua vigilantia servarentur exquirebat, ut res in dies magis in Dei Opt. Max. gloriam floreret.

His peractis, nactus locum, in Divi Rocchi se contulit, nam R.dus P.r Torres [4], qui ibi erat, Cordubam est profectus: ad haec ut Collegium, gravioribus negotiis vacuum, sua commodius curaret.

Per hos dies fuerunt nostri sacerdotes vehementer occupati confessionibus externis: nam praeter plurimas quotidianas, duobus diebus dominicis, concesso jubilaeo a Summo Pontifice [5], exceperunt in nostro templo sacrosanctum Eucharistiae sacramentum octingenti plus minus, cum tamen alias non minimus concursus fiat. Benedictus Deus, qui talem pietatem ipsis largitur, nobis vero laborandi occasionem. Sunt fere olissiponenses pii virtutisque amatores.

Princeps, cum e vita discessit, reliquit uxorem gravidam et

---

1 Vide supra, pag. 444.
2 Intellige quosdam Societatis Patres in Ulyssiponensi Collegio degentes.
3 Vide supra, pag. 538.
4 P. Michaël de Torres.
5 Jubilaei indulgentia, cujus jam saepius mentio facta est, a Julio III concessa pro anglorum et germanorum ad fidem catholicam reductione.

iam ad pariendum vicinam [1], pro qua de die nocteque maxima frequentia, summa religione, publice supplicatum est ab omnibus cuiusque ordinis atque aetatis. In cuius gratiam Dominus Cardinalis Legatus [2] indulgentiam concessit, quae duorum dumtaxat altarium adorationem requirebat: verum multi, quo tutius certiusque ea potirentur, ieiuniis, confessionibus, atque sacramento sacrosanctae eucharistiae se praepararunt. Ex quibus ducenti apud nos sanctissimo Christi corpore refecti sunt. A regia mandatum est ut et viri mortui et uxoris periclitantis essemus memores, quos, ut aequissimum est, ieiuniis, precibus ac sacrificiis multis pro nostra tenui parte adiuvimus. Qui nobis operam dant, angelicam precationem quinquagies identidem repetebant, aliasque preces Domino offerebant postulantes quod ipsi esset gratissimum.

Ad conciones atque lectiones multi confluunt, atque quotidie magis crescit numerus. Concionatur Pater Iacobus de Sancta ✠; dogmata christiana exponit Pater Franciscus Rodericus. Uterque nobis et auditoribus satisfacit.

Praeceptores funguntur suo munere sane strenue: duo in morbum inciderunt; alter bis magnam sanguinis copiam eiecit; in quorum locum successerunt alii. Studia magis quotidie florescunt, quorum administratio admirabilem consolationem aedificationemque omnibus affert, unde ingentes Dei laudes nascuntur. Iuvenes maximos progressus in virtutibus et literis faciunt, adeo ut singula persequi longum esset. Quemdam insectabatur alter externus, cumque pater vellet iniuriam ulcisci, ne, inquit, obsecro, pater, facias contra ea, quae doceor. Multi confitentur ac communicant singulis diebus dominicis; praeparant se die Saturni pomeridianis horis, nam tum citius dimittuntur [3]; reliquum tempus in precibus consumentes. Non praetermittam sacrum, cui summa attentione intersunt, interim de libris sacris aliquid recitantes. In vicis usque eo quiete

---

[1] Joanna, Caroli V filia et Joannis, Portugalliae Principis, uxor, filium in lucem edidit Sebastianum, 20.ª Januarii hujus anni 1554, die scilicet post Joannis obitum decima, octava.

[2] Is hoc tempore erat ipse Henricus, Cardinalis et Eborensis Archiepiscopus, cui, tanquam Pontificis legato, munus hoc promulgandi in Portugallia jubilaei commissum est. Ait enim Polancus, *Chronicon*, t. iv, dum haec transcribit: *Cardinalis ut Legatus*.

[3] Dimitti citius alumnos die Sabbati tempore vespertino in consuetudinem, temporis decursu, abiit et lege statutum in Societatis Collegiis.

et modeste se gerunt ut magnam admirabilitatem faciant incredibilemque aedificationem omnibus ingenerent, maxime iis, qui huius civitatis integritatem ac sanctimoniam ardentius desiderant sitiuntque. Antea namque adeo turbulenti erant, ut iam proverbii locum obtineret in Lusitania *filius olissiponensis*. Proximis diebus cum alloqueretur regem nobilis quidam, cui nomen est Franciscus Correa [1], ordinis senatorii princeps, dixit se nunc sperare nomen *filii olissiponensis* prorsus esse extinguendum. Alter, qui interim ad nos venit, solitus erat dicere domi nostrae recuperatum esse filium, quem antea perditum credebat. Sunt alii non pauci, qui liberos perditos se invenisse gratulantur; quorum tanta est admiratio insperati fructus et aedificatio, ut nobis non mediocrem pudorem incutiant.

Calendis Ianuarii inchoata est materia de restitutione [2]: in prima classe quartus ad Heren.; in secunda grammatica graeca; quod ante significatum est affixis chartis in variis locis urbis. Concurrunt quotidie ita multi auditores, ut prope decretum fuerit ne plures admitterentur, quod inferiores classes refertae essent, superiores vero nunc primum accedentibus minime appositae. Quod cum perlatum esset ad D.um Cardinalem [3], respondit R.do P.i Mironi nullo pacto esse faciendum: in qua sententia etiam permanet ipse Franciscus Correa, qui nos mirifice diligit et quae ad nos pertinere arbitratur, studiose diligenterque curat. Hoc interim spatio incidit in morbum quidam unus ex magistris. Caeterum Domini concessu beneficioque oblata est occasio plures excipiendi, etsi ei minime sit successum [4]. Nam provectiores in superiorem classem abierunt, reliqui in inferiorem, quod utrisque adeo visum est convenire ut non sint postea mutati; atque ita ipsis consultum est et locus relictus atque praeceptor expeditus ingredientibus. Sunt omnes fere quingenti quadraginta, praeter eos, qui artem bene confitendi [5] casusque audiunt, amplius triginta, nati clarissimis Lusitaniae; sunt multi praeterea non ita nobiles. Est tanta haec urbs

---

[1] Vide POLANCI *Chronicon*, t. III, pag. 403 et 434.

[2] Inchoatam intellige hujus materiae expositionem in schola *casuum conscientiae* a P. Francisco Rodriguez.

[3] Henricum, Eborensem Archiepiscopum, et Portugalliae Principem.

[4] etsi ei minime sit successum, id est, etsi aegrotanti magistro successor non sit datus, sed ejus discipuli in alias scholas dispertiti.

[5] Rectius *artem bene audiendi seu excipiendi confessiones*.

ut confirment senatores non suffecturos totidem magistros venturis discipulis. Proficiunt mirum in modum; cuius fructus bona pars Patris Cypriani [1] conditioni, studio, vigilantiaeque attribuenda est. Is gymnasiarcha est primae classis moderator, ubi graece carmina componuntur et orationes breviores; in ea explicatur Homerus; habet ad quadraginta discipulos, studiosissimos, qui caeteris dimissis, iamque ex more repetitis lectionibus, in classe remanent longo spatio audita conferentes. Post festum Resurrectionis declamarunt publice. Interfuit Episcopus Portalegrensis [2], qui nos plurimum diligit in Domino; adfuerunt etiam senatores, multi praeterea nobiles virique eruditi. Declamatum est ita eleganter, ut omnibus sit satisfactum. Praeceptores affixerunt in columnis atrii nonnulla carmina graeca et latina. Mirifice delectati sunt pueri hoc spectaculo, supra modum inflammati. Patres magnopere consolatur filiorum progressus; non minus verbera laudant. Nonnulli etiam saepe rogant ut castigentur, maxime nobiliores; quare et gratias agunt et interim munera mittunt, tametsi non accipiantur. Confessionum cognitioni pauciores student, quorum multo maxima pars sacerdotum est, aliquot etiam laici. Exscribunt accuratissime quae sibi domi praeceptor excerpit; unde ante horam nonnulli accedunt ut id commodius faciant; post lectionem varias quaestiones ponunt magistro, unde magnos fructus percipiunt. Confitentur aliquot ipsi, cum quo communicant quaestiones obscuras et difficiles; vix suppetit tempus ut omnibus possit satisfacere. Adhibetur ei ut puto maxima fides. Infans Domina Elisabeth [3] nuper eum accersiri iussit ut communicaret rem quamdam, quam expedivit. Conveniunt multi diebus dominicis et festis ut ab eo audiant fidei fundamenta, quae perbene explicat. In summa, quod attinet ad virtutes et literas, credo Deum Opt. Max. Collegium nostrum fovere, ut ipsi melius serviatur et proximorum gratia et aedificatio plus plusque augeatur.

Quod vero attined ad ea, quae necessaria sunt ad vitam tolerandam et ad inchoatum opus [4] perficiendum ad maiorem

---

[1] P. Cypriani Suarez.

[2] Julianus de Alva.

[3] Elisabeth, conjux infantis Eduardi, mater Mariae, Principis Parmensis, et Catharinae, Principis Brigantinae. Franco, *Synopsis* Annalium, ann. 1554, n. 8.

[4] Inchoatum Collegii Olyssiponensis aedificium.

gloriam divinam, Dominus nobis plurimum favet. Regi, Reginae et Infantibus summae curae est Collegium; interim de numero discipulorum et progressu quaerunt. Rex praeter pecuniam, triticum, quae in integrum annum donat, item aquam, ligna, quaeque aegris sunt necessaria. Cum superioribus diebus de nostro Collegio cum senatoribus ageret, effecit ut in hunc annum ex aerario nobis daretur 250 # [1]. Spero singulis annis eamdem summam aut maiorem collaturos; tanta est voluntas, quam erga nos prae se ferunt. Missum est ad nos chirographum, sanctum regio signo atque senatorum, quod nostra opera non est effectum, numerataque est continuo pecunia. Egerunt in nostro Collegio intra septem vel octo menses impensam 600 #. Aliquot etiam privati nos adiuvant eleemosinis. Quidam donavit 2.000 #, quibus empti sunt 125 # singulis annis in perpetuum. Alter vult relinquere pecuniam qua perpetuo alatur unus e nostris scholasticis; alius dicit se velle relinquere bona sua Collegio; alius velle certam summam perpetuo; alii pecunias contulerunt ad expensas et usus domesticos. Existimo multos donaturos Collegium perpetuis redditibus, unde nostri scholastici sustententur. Fiat in omnibus quod Deo gratius est. Septus est hortus, cuius partem civitas donavit, firmissimis parietibus; quam aedificationem nonnulli antea impediverant. Est latus, fertilis omnibusque usibus domesticis maxime appositus.

Pater Joannes Nonius, qui per sex annos in Africa captivorum commodis tum animae tum corporis servivit, multosque a fide iam alienos diligentissime revocavit, alios ne se alienarent repressit, cuius opera et vigilantia multi redempti sunt, et maximae eleemosinae collatae, venit proxima quadragesima, cuius adventus haec fuit causa [2]. Rex quidam afer alterum profligavit ac regno expulit [3], ubi magnam captivorum copiam reperit christianorum; hos decrevit vendere, etsi parvo, cum multi essent nobiles, 200 #, singulos 100 # [4]. Pater, incensus misericordia ac charitate animarum, huc excurrit; rem intra quinque

[1] *Argentea scutata, ducatus;* hispanice supra, pag. 587, *ducados*, ubi de Patre Joanne Nuñez ea narrantur, quae infra in hac ipsa epistola iterantur; lusitanice *cruzados*.

[2] Vide supra litteras P. Antonii de Quadros, n. CCLXXX, pag. 583.

[3] *por haber tomado Argel, con el Rey de Velez, al Xarife.* Supra, pag. 586.

[4] Interpunctio talis est in apographo qualem nos describimus. Sensus tamen exigere videtur ut scribatur hoc modo: hos decrevit vendere, etsi parvo, cum multi essent; nobiles 200 #, singulos (reliquos?) 100 #.

vel sex dies conficit; usque eo apud omnes gratiosus est, adeo redimendi captivos cupidus, ut brevi grandem pecuniam confecerit. Verum, cum iam esset rediturus, nuntiatum est regem secum in patriam abduxisse captivos; ob quam causam non est profectus. Est nunc apud nos magnum virtutum exemplum, maxime obedientiae. Ubi venit, statim didicit regulas [1]; cumque esset negotiis distentissimus, ne in minima quidem re sui dissimilis videbatur. Quoties quid erat acturus, toties facultatem petebat; est humillimus; ad summam, ne agam de singulis, est omnibus virtutum numeris absolutus. Laborat plurimum, studet etiam nonnullis, quae olim audivit. Conveniunt eum quamplurimi; alii eum rogant an valeant captivi, alii quibus rationibus commodius redimantur, septus nonnunquam hominum corona. Hebdomada sancta venerunt huc triginta captivi, plerique pueri ac foeminae, quos ipse redemerat, id quod vehementer omnes aedificavit, atque impulit ad plurimas eleemosinas largiendas. Multi pecuniam mittunt ad redimendos captivos, cui colligendae sunt duo in hac urbe destinati; ipse vero commodiorem redimendi rationem docet. Ebora allati sunt simu amplius 300 ♯. Quidam olissiponem eum accersiri iussit, cui 2000 [♯] erant captivis redimendis; negotium dedit Patri, quod diligentissime procuravit. Alter testamento reliquit omnia bona Joanni Nonio, quibus redimerentur captivi, quae 6000 ♯ aestimata sunt. Quidam vehementissime cupidus aliquid largiendi, cum in praesenti non esset pecunia, equum donavit, quem alter eorum, qui depositam pecuniam servat, vendidit. Hispali per literas vocatus est, quod hispalienses mercatores, toletani, pintianique inierint societatem ad redimendos captivos, e qua maxima emolumenta orientur, cum faciant quaestuosissimam mercaturam [2].

Plurimum nos in Domino consolatae sunt literae isthinc allatae, maxime ea [3], quae de Collegii ordine progressuque scripta sunt. Maximam etiam laetitiam attulerunt his Principi-

---

[1] Ex Portugallia in Mauritaniam abierat P. Nuñez anno 1548 (Polanco, *Chronicon*, t. i, pag. 327, n. 289), cum Societatis Constitutiones et regulae nondum erant promulgatae.

[2] Vide supra memoratas literas P. Antonii de Quadros.

[3] Sermo esse videtur de *historicis litteris*, quas habes in *Cartas de San Ignacio*, t. iv, pag. 134 et seq. Sed si ita est, earum saltem exemplum, quod in Lusitaniam missum est, aliquot ante Cal. Maias diebus Romae datum fuisse necesse est.

bus mireque incitarunt ad conficiendum et illustrandum inchoatum opus. D.us Cardinalis [1] dixit Patri Mironi ut eas litteras Eboram mitteret, quo maiores animos et spiritus adderet.

Summopere incensi sunt omnes profectione Patriarchae [2]. Exoptant eum prosequi; nemo tamen etiamnum est declaratus. Dominus statuat quod sibi gratissimum fuerit.

Duo Fratres venerunt Conimbrica, uterque sacerdos creatus est. In Indiam abiit alter [3], alter nobiscum est. Antequam initiati essent, docebantur quotidie caeremonias per horam ab ecclesiarcha, per alteram audiebant Patrem Franciscum [4], qui quaestiones confessarias explicat, ad quem reliqui sacerdotes accedebant, de his quaestionibus tractaturi, quo in audiendis confessionibus solutiores essent. Ita factum ut, ubi primum sunt sacerdotio initiati, confestim suo munere sint functi.

Aliquot in nostrum ordinem cooptati sunt. Cum Pater Miron rediit Ebora, praemisit duos ibidem receptos, ut essent ministri; uterque exercitia primae hebdomadae accepit, in quibus valde profecit uterque. Alter Conimbricam missus est, alter nobiscum ministrat, qui antequam ingressus esset, iam diu virtute praeditus erat, mortificationum etiam amator, interim diebus festis cinctus paleis [5] et veste vilissima conveniebat amicos et necessarios, quos splendide vestitos esse cognoscebat, quod ei erat summo solatio. Venit alius Ebora ut ministraret, qui in exercitiis plurimum profecit, adest [6]. Alii praeterea sunt ingressi ad literas apti. Duo fratres Baetici consilio Patris Avilae [7] huc venerunt, uterque bonus; ubi primum facti sunt certiores de ingressu, rem commiserunt cuidam viro pio ut eam pauperibus distribueret; itaque sunt ingressi. Alter Conimbricam, alter Eboram missus est. Admissi sunt duo magna virtute ornati, quorum alter in prima classe versabatur, literas graecas doctus atque rhetoricen, natus viro admodum nobili, cui filii ingressus admodum placuit, multo magis matri, quae huc venit

---

1 Henricus, qui Collegium Societati Eborae aedificabat.

2 *patriarchae Aethiopiae*, de quo saepius facta est et fiet mentio.

3 Fuit ille Didacus de Soveral, cum P. Francisco Viera in Indiam missus.

4 P. Franciscum Rodriguez.

5 Func cinctus contextis paleis facto.

6 Sic perspicue; et sensus esse videtur *nobiscum agit* aut *perseverat*.

7 B. Joannes de Avila, saecularis sacerdos, de quo saepius hic et in Societatis historia mentio facta est fietque.

rogatum obnixe ut reciperetur, quod iam pridem cuperet. Alterius quoque mater ad nos venit [1]. Quinque aut sex ex nostris auditoribus summa contentione efflagitant ut recipiantur, data iam a patribus [2] facultate.

Bernardus iaponensis [3] Societatem ingressus est, vir plane bonus; primo cupiebat maximopere aliquid discere; verum cum ex longa navigatione esset languidus, et infirmis viribus, potius ducebatur ratio valetudinis ut commodius suo tempore optatis potiretur. Ubi coepit melius habere, exposita est ei precatio dominica, cuius explicatio adeo illi satisfecit, adeo consolata est ut diceret se nihil amplius velle addiscere, in ea precatione omnia sita esse; tantum id velle quod Superiori probaretur, cum intelligeret id Deum velle, atque dominicam precationem recitare. Eum R. P. Miron Conimbricam misit. Paulus, qui Ormuz venit [4], in Indiam profectus est, cui Rex viaticum largitus est, praeterea unde aleretur singulis annis.

A festo Resurrectionis usque ad Ascensionis fecimus sacrum pro distributione provinciarum Hispaniae [5].

Ex aliis epistolis intelliget tua Paternitas quae Domini beneficio in his partibus acta sunt. Quod reliquum obsecro, R.me P.r, ut nos Deo commendes.

Ex Collegio Olyssiponensi, 8. idus Maji 1554.

Alia manu: Quad.
Et alia: Ex Collegio Ulyssiponensi.
Et tertia: 1554, 8 id. Maii.

---

1 idem pro suo filio rogatura.
2 *Parentibus* lege.
3 Vide Polanci *Chronicon,* passim, praesertim, t. iii, pag. 409, n. 904.
4 Ibidem.
5 Divisa est hoc anno Hispania in tres provincias, Castellanam, Aragoniae et Baeticam; de qua re fuse Polancus in *Chronico,* t. iv.—Vide etiam *Cartas de San Ignacio,* t. iv, Carta ccccv.

CCXCIII

P. Leonardus Kessel,
Patri Ignatio de Loyola.
Colonia, 15 Maji 1554 [1].

IHS

Gratia et pax X.[i] Dni. sit cum omnibus nobis. Amen.

R.[de] in X.[o] P.[r] Conabimur P.[ti] V.[ae] scribere quae Dnus. Opt. Max. hoc quadrimestri Coloniae operari dignatus est per sua instrumenta, licet vilia admodum, ad laudem et gloriam nois. X.[i], ut desiderio ac charitati P.[tis] V.[ae] Fratrumque oium. charissimorum aliqua ex parte saltem satisfacere studeamus, eorumque precibus adiuti ac piis desideriis X.[o] Dno. gratiores esse possimus plusque fructus in dies in horreum X.[i] adferre valeamus.

In primis itaque dicturi sumus de coloniensium erga nos benevolentia. Secundo, de fructu et numero eorum, qui se Societati dederunt, quorum vota ad P.[tem] V.[am] mittimus. Tertio, dicturi sumus de nobis ipsis.

Ut ad primum ergo veniamus, coloniensium tanta est erga nos charitas, ita ut antehac nunquam maiorem experti fuerimus; quare etiam maior effulget nobis spes collegii Societatis. Plurimi utriusque sexus et ex superioribus sunt, qui aliud nihil desiderant, quam hic videre Societatis collegium, ut illud necessariis ornare possint. Nec hoc solum Coloniae desideratur, sed in aliis duabus civitatibus [2] huius dioecesis iam offertur locus;

---

[1] Autographae, totae manu Patris Leonardi Kessel, in folio duplici, nn. 232 et 233.

[2] Noviomagum tantum meminere POLANCUS in *Chronico*, t. IV, et REIFFENBERG, *Historia Societatis ad Rhenum inferiorem*, lib. II, cap. VIII.

sed propter alia impedimenta et quotidiana negotia nondum profectus sum ad videndum illa loca nobis oblata. Quare plurimum rogarem P.tem V.am ut etiam Patrem aliquem ad nos mitteret mihi in socium, qui curam domus, studiosorum et confitentium haberet, ut ego liberius, quando in Domino expedire videretur, saepius ad alia loca huius dioecesis et ad ista iam nobis oblata proficisci possem, ut sic multorum desiderio magis satisfacere possem ad laudem X.i et proximorum salutem.

Bonus odor Societatis hic in dies spargitur magis, ita ut non audiam ne unum quidem, qui non bona de Societate loquatur. Benedictus Dnus. de sua erga nos clementia.

Ad 2.um iam veniamus. Maximus hac quadragesima fuit confitentium numerus, qui omnes vitam in melius mutare studuerunt, Dei gratia; inter quos fuerunt qui cum daemone per annos aliquot conversati sunt, homines desperatissimi, qui iam vitam in melius corrigunt. Duo etiam, qui ante annos aliquot anabaptistae fuerunt, ad Ecclesiam X.i redierunt et singulis hebdomadibus confitentur et communicant. Plurimi nostram operam desiderant; sed oibus. satisfacere non possumus. Quibusdam etiam nostra exercitia dedimus, inter quos fuerunt duo canonici, promoti ante aliquot annos Lovanii, qui se Societati dederunt. Naturalibus sunt bene dotati; quorum unus est frater secundum carnem Re.di Patris Canisii, cui nomen est M. Theodoricus Canisius, qui, absolutis exercitiis magno cum spiritu, ad patriam proficiscitur, qui, satisfactis amicis et valedictis, ad nos revertitur ut cum nepote suo, bene docto adolescente, et alio cum socio Viennam proficiscatur ad R.dum Patrem Canisium [1]. Alter canonicus colloquio huius M. Theodorici, cum Noviomagi esset, in tantum excitatus fuit ad meliora,

---

[1] De Mag. Theodorico Canisio Polancus in *Chronico*, t. iii, pag. 277, n. 622, haec scripsit: "quo etiam anno (anno scilicet quo Theodoricus Gerardi Romam missus est, alter Theodoricus, Patris Canisii frater, Romam etiam venit.„ Quibus verbis facile quis in errorem inducetur ut existimet P. Theodoricum Canisium, in Societatem jam admissum, Romam venisse anno 1553, quo anno certe venit Theodoricus Gerardi. Sed ipse Polancus haec et alia ex Kesselii litteris excerpens, sic in *Chronico*, t. iv, qui annum complectitur 1554, de Theodorico Canisio loquitur: "Quartus accessit (admissus Coloniae in Societatem) Mgr. Theodoricus Canisius, qui canonicus erat Noviomagi; et cum venisset Coloniam ut diaconus ordinaretur, et cum exercitia spiritualia postulasset et cum fructu suscepisset, quod diu ante cogitaverat, decrevit Societati se totum ad Dei servitium dare; eodem die, quo ad diaconatum promovendus erat, voto scholasticorum Societatis propositum illud confirmavit, quod jamdiu a consanguineis et amicis impeditus exequutus non fuerat.„ Etc.

ut non potuerit omittere quin ad nos illico conflueret, licet plurima impedimenta haberet; erat enim summi templi concionator et confessarius Noviomagi [1]. Apud nos exercitia fecit, et se Societati dedit, qui modo ad patriam profectus est ut, oibus. suis dispositis, Viennam proficiscatur cum alio quodam leodiensi, confratre nostro Leonardo, qui etiam hoc tempore Societati se dedit [2]. De huius ad X.um conversione multa nimis dicenda forent; unum hoc dictum sufficiat quod tota civitas leodiensis stupefacta sit in conversione huius insperatae salutis; cum enim suis valedicturus esset eosque admoneret secundum quod Dominus dabat illi loqui, venerunt canonici quidam multis cum lachrimis promittentes ei se vitam correcturos in melius; venerunt et milites lachrimantes et dicentes: o mi Leonarde, quomodo es iam mutatus et ad X.um conversus! quid nos miseri faciemus ut salvemur? Promittebant meliora et se eius orationibus commendabant. Taceo de aliis oibus. Tantus est omnium stupor ut etiam Deum non timentes in proverbium habeant oibus. in locis nec parvo cum fructu, dicentes: diabolus heremita factus est. Quidam etiam alius lilanus, X.i spiritu accensus ad nos venit, sicut per annos duos in mente habuit, sed a parentibus, qui ex praecipuis sunt civitatis Lilae impeditus fuit; sed, amicis et parentibus postpositis ac neglectis, secundum X.i verbum, *qui diligit patrem aut matrem plus quam me, non potest meus esse discipulus,* bono suo desiderio ac tractui interno iam satisfacere studuit. Naturalibus bene dotatus est [3].

Vicini nostri in consuetudinem contraxerunt singulis hebdomadibus semel confiteri et communicare, ex quibus etiam est mater confratris nostri Joannis Redt [4], de qua multa bona spero et de aliis oibus. Tacemus de illis dicere, qui nos conveniunt consulendi, boni aliquid audiendi gratia, ut ad tertium veniamus et finem imponamus.

---

1 Erat is Henricus Dionysius, de quo ita DELPLACE, l. c.: "HENRY DENYS, né à Nimègue (Gueldre); admis à Louvain en 1552, mort à Maestricht le 8 Novembre 1571; il fut recteur à Dillingen et à Maestricht.„—Circa annum, quo is et alii admissi in Societatem dicuntur, meminisse oportet quae dicta sunt supra, t. I, pag. 146 et 542.

2 "Juvenis alius Leodiensis, viginti et unum annos natus, nomine Leonardus, cum Sti. Lamberti sacellanus esset, nondum sacerdos et saeculi vanitatibus valde deditus. „ POLANCUS, in *Chronico,* t. IV.

3 Is a POLANCO Jacobus Lilanus appellatur et in nova serie epistolarum Sancti Ignatii.

4 Vide POLANCI *Chronicon*, t. II et III et *Litterae Quadrimestres*, t. I, praesertim pag. 674, annot. 3.

Sani ac fortes in Domino manemus, numero tres, ego cum charissimo Fratre Thoma [1] et Magistro Joanne de Cathena [2]. In studiis quantum tempus et occasiones permittunt proficimus.

Haec sunt quae P.ti V.ae scribenda occurrunt, cui unice nos commendamus et R.rum Patrum, P. Polanci, P. Cornelii [3], P. Joannis Cuilon *(sic)* [4], precibus et reliquorum omnium, quos in X.o salutatos cupimus. M. etiam Gerardum dordracensem [5], M. Franciscum Custodem [6], M. Joannem Redt, M. Theodoricum amsterodamensem [7], M. Martinum [8], Joannem Tilanum [9], charissimum Fratrem Nicolaum de nova fabrica [10], et charissimum Fratrem Balduinum [11], Andream [12], Valerianum [13] et charissimum Fratrem M. Joannem de Montibus [14] et reliquos omnes in X.o Jesu saluto, eorumque precibus me etiam commendo.

Bene valeat P.as V.a in X.o

Raptim, Coloniae, 1554, 15 Maii.

R.ae V.ae servus indignus,

Leonardus Kessel.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in X.o Patri M. Ignatio de Loyola, Praeposito generali Societatis Jesu.

Romae.

Alia manu: 1554. Quad. Colonia, 15 Maii.

---

1 "Unus ex sociis, qui anno ineunte cum P. Leonardo versabatur, Thomas ille Marchiensis erat, qui P. Oliverio comes adjunctus fuit...." Polancus, t. iv.

2 "Alter erat sacerdos, Joannes a Catena dictus...." Id. ibid.—Is, dum P. Leonardus Colonia aberat, ejus in concionandi munere vices gerebat.

3 P. Cornelii Vishaven, e Sicilia Romam evocatus. Polancus, *Chronicon*, t. iii, pag. 221, n. 482.

4 Reperitur etiam scriptum *Coviglion, Cuvilhon*, latine *Covilhonius;* a Delplace *Cuvillon*.

5 Gerardus Cools (Brassica)

6 Franciscus Coster.

7 Theodoricum Geeraerts (Gerardi).

8 Stevordianum? At is, saltem sub hujus anni initium, non Romae sed Viennae erat.

9 Joannes van der Linden (de Tilia).

10 De hoc aliqua in nova serie litterarum Sancti Ignatii.

11 Balduinus ab Angelo.

12 Andreas Bokes Bruynsma (Boccatius), Frisius, e Sicilia valetudinis causa Romam evocatus.

13 De hoc nullibi adhuc quidquam, quod quidem memoria teneamus, reperimus.

14 Vide Polanci *Chronicon*, t. iii, pag. 266.

CCXCIV

P. Franciscus Enriquez
Patri Ignatio de Loyola.
Conimbrica, 16 Maji 1554 [1].

Jhs.

Muy Reverendo en Cristo Padre.

La suma gracia y amor eterno de Jesucristo nuestro Señor sea en nuestro contínuo favor y ayuda. Amen.

Ya V. P. tendrá entendido por las cartas el estado, que tan presente desea tener, de estos sus hijos, y algunas cosas, que por su ministerio el Señor se ha dignado obrar en estas partes los meses de Enero, Hebrero, Marzo y Abril. Agora, aunque algo dello repita, es por más consolacion nuestra en la sancta obediencia, que ansí lo ordena.

El número de los Padres y Hermanos, que en este Colegio y en la casa de probacion hay, con sus nombres, verá por la lista que aquí envio. Todos, bendito el Señor, proceden con mucha paz, quietud y uniformidad: los unos en sus ejercicios de humildad, oracion y probaciones; los otros en los estudios, no dejando las cosas del espíritu segun la órden de las constituciones, que en todo nos han dado nueva lumbre para ir adelante en el camino del Señor, á mayor gloria y alabanza de su divina Majestad.

El Hermano Antonio Alvarez [2], que tanto tiempo habia pa-

---

[1] Bina sunt harum litterarum exempla autographa; utrumque in folio duplici, nn. 457 et 458; 459 et 460.—Primum totum est manu Patris Francisci Enriquez; in altero solum nomen ipse suum subscripsit.

[2] Vide supra, pag. 582 et POLANCO, *Chronicon*, t. III, pag. 415.

decido grandes y contínuas enfermedades, al cabo lo llevó el Señor, consumida la carne, que no se podia habia dias mover, y exercitado el espíritu con notables dolores; y ansí pienso que está agora gozando del premio de sus muchos trabajos, dándonos y dejándonos muy viva memoria su buen ejemplo y mortificacion del tiempo de la sanidad y el bienaventurado tránsito que el Señor le dió.

Tambien otro Hermano, que se decia Antonio de Braga, se ha fallecido; estaba aún en el primer año de su probacion, mas en él le dió el Señor tantas gracias y dones espirituales, que nos ha edificado mucho; y así, haciéndole en breve tiempo apto para el reino de los cielos, le llevó pasando primero por enfermedad muy trabajosa y harto prolixa.

El Hermano Antunez ha echado muchas veces sangre con calentura, y, debilitándose cada dia más, han los médicos determinado que le pasasen de esta tierra, no con esperanza de sanidad, mas por no quedar remedio alguno que hacer. Está agora en San Fins, á do parece que el Señor porná fin á su vida temporal y lo llevará á gozar de la eterna. En este tiempo de su enfermedad ha parecido mucho el sólido provecho, que hizo en un pueblo no muy lejano de aquí, á do iba las fiestas á hacer la doctrina, perseverando la gente siempre en el órden y exercicio que con ellos tenia; y ansí han mostrado lo mucho que en el Señor le amaban, deseando y pidiendo que se lo diesen para entre sí le curar y servir; y no les concediendo esto, aquí en el Colegio le querian visitar con cosas que le traian, y en su tierra se hacian procesiones por su salud: agora piden otro que se conceda en su lugar.

Estos dias han enviado cuatro Sacerdotes y cuatro Hermanos de aquí del Colegio, uno para la India [1] con el P. Francisco Vieira, y otros para en Evora y Lixbona poder ayudar en las confesiones en la casa de los profesos y Colegios, y dos de ellos para leer dos clases de humanidad en Lisbona, por multiplicarse allá mucho los estudiantes; y agora ya piden otro Maestro.

Los más Padres y Hermanos quedan buenos, sin uno que algo anda flaco; trabajan mucho en sus contínuos ejercicios.

---

[1] Is fuit P. Didacus Soveral.

Aquí en el Colegio hay una lection de teología ordinaria, de muy notable provecho, ultra de la de casos de conciencia [1]. Las más se oyen en la Universidad, y se repiten en casa con el maestro, que asiste á ellas y á las conclusiones y conferencias.

Los filósofos y humanistas van á oir al Colegio Real [2], despues que se ha empezado la filosofía, por ansí lo ordenar el P. Hierónimo Nadal. El principal del Colegio [3] y los regentes se han alegrado mucho de tener allá los hermanos; y comunmente se dice que el aprovechamiento suyo de ellos y buena diligencia despiertan mucho sus condiscípulos, porque, teniendo los nuestros ménos un año en las artes que ellos, les hacen mucha ventaja; y ansí el preceptor les da las más y principales materias que se han de sustentar, y con todo salen con edificacion y provecho. Bendito sea el Señor. Dos veces en la semana tienen conclusiones públicas, una en el Colegio Real en los sábados, y otra en el nuestro en los domingos á la tarde [4], á do vienen muchos de los de fuera, que pretenden más vivamente aprovecharse ansí en las letras como en las buenas costumbres; y acabadas las conclusiones, oyen las doctrinas en nuestra iglesia.

De los nuestros artistas se han examinado 11 *publice* en la Universidad para bachilleres; otro quedó enfermo; han mostrado los examinadores mucha satisfaccion de ellos, y estando para recibir el grado, viniendo el escribano para darles el juramento que se acostumbra, no lo han querido recibir, prefiriendo la obediencia al grado y respondiendo que no lo harian

---

[1] Haec in versione latina, quam infra dabimus, sic se habent: "Domi, praeter lectionem casuum conscientiae, quae a Patre Leone (Enriquez), eius rei peritissimo habetur, aliam etiam Pater Georgius Serranus pari in re theologica profectu, cum maximo ac perspicuo fratrum in ea profectu, theologiae praelegit: cuius non solum repetitioni verum et duarum, quas in Universitate fratres audiunt, ipse praesidet; ex qua re magnum fratres colligunt fructum, praesertim cum et conclusionibus et disputationibus adsit."

[2] "O Collegio Real de S. Paulo, mandado edificar por El Rey D. Joaõ o III, supposto que se naõ aperfeiçoou a obra senaõ no reynado del Rey D. Sebastiaõ, pelos annos de 1563. Este Collegio tira a sua origem do Collegio de S. Miguel, dentro do Mosteiro de Santa Cruz, que já fora instituido para persoas da primeira qualidade." LIMA, *Geografia historica*, t. II.—Dicebatur etiam Collegium Artium. TELLEZ, etc.

[3] Vide TELLEZ, *Chronica da Companhia de Jesu em Portugal*, part. II, lib. VI, cap. XVIII.

[4] Etiam hic aliquid addit latina versio: "his autem conclusionibus quotidianisque disputationibus, frater quidam, Alfonseca nomine, qui eisdem Logicem praelegit, cum magno doctrinae incremento, praeest."

sin consultarlo con el Superior [1]. Todos se edificaron mucho de ello, y el Rector de la Universidad y examinadores y oficiales se enviaron á ofrecer para el otro dia *privatim* les dar el grado.

Uno de los humanistas [2] ha tenido una oracion pública en el Colegio Real por espacio de una hora, para la cual se dejaron las lectiones, y hubo gran número de gente y mucha satisfaccion de todos, *máxime* del principal y regentes, uno de los cuales *alta voce* allí en público ha dicho palabras de mucho loor y gloria al Señor; y así ellos, como algunos religiosos y otros estudiantes, le han pedido con instancia la oracion.

Los sermones en nuestra capilla se continúan los domingos y fiestas á la mañana, y la doctrina cristiana á los domingos á la tarde; concurre gente cuanta la capacidad de la iglesia sufre, y muchos desean que se haga otra mayor, y dicen que ayudarian de muy buena gana á edificarla. No hay duda que, si la hubiese, segun la devocion de la gente, la mayor parte del pueblo vernia las fiestas á ella; y con ser ésta tan angosta y en parte tan remota, procuran tanto recibir aquí el Santíssimo Sacramento, que en la Pascua de Resurreccion piden licencia á sus curas para ello [3].

Son agora aquí doce Padres que confiesan, y no bastan para las muchas confesiones que de contínuo ocurren, *ultra* de las de ocho dias ordinarias, que serán 200, poco más ó menos; mas nuestro Señor los trae con tanta devocion, que cuando acá no se les puede satisfacer, no dejan de buscar en otras partes quien los confiese por ansí se lo aconsejar los Padres; y bendito el Señor, está tan introducida la devocion de los Sacramentos, que en cualquiera iglesia hay ya muchas confesiones y comuniones, y los parrochianos y personas notables dan mu-

[1] Factum hoc est, ita jubente S. Ignatio, ut videre est in Polanco, *Chronicon*, t. iv, et in nova serie litterarum Sancti Ignatii.

[2] Latina versio sic: "Unus ex his, qui literis vacant humanioribus, Nicolaus nomine." Hunc autem Nicolaum Gracida fuisse a Polanco accepimus. *Chron.*, t. iv.

[3] Addit hic latina versio: "Quod ad concionatores pertinet, Pater Correa, Novitiorum magister, qui doctrinam praelegit christianam, externis omnibus vehementer probatur, maximumque movet etiam durissimis affectum devotionis. Nec minus qui hactenus fere semper diebus dominicis concionatus est P. Georgius Serranus, cuius ego ingenii subtilitatem ac in dicendo salem saepius non collaudantes solum scholasticos multos verum et admirantes vidi. Quibus tamen, omnium, ut credo, iudicio, Pater Cotta, etsi in ea re adhuc tiro, non cedit magnamque omnibus et aedificationem et admirationem movet."

chas gracias al Señor, dador de todo bien, por la gran mutacion que en la gente de esta ciudad se ve. El fruto es universal, porque de todo género de personas fnequentan la devocion, y muchos procuran muy de veras perfeccionar sus ánimas, dándose á las cosas de espíritu y de mortificacion. Dios nuestro Señor nos consuela mucho en esto, viendo personas seculares, en medio de negocios, con tan limpias conciencias como si fueran religiosos muy favorecidos de Dios y solícitos de su perfeccion.

El buen odor de este provecho se desparce por los lugares comarcanos de esta ciudad, y ansí mucha gente de ellos se vienen á confesar acá.

Algunas personas han mudado la vida y estado muy notablemente, unos para religion, y otros, que están ligados con el vínculo del matrimonio, no pudiendo hacer mutacion en el estado, la hicieron tan grande en la vida, que, si no les pusiesen freno, harian estremos. De mercedes grandes, que Dios nuestro Señor hizo á muchos por medio de las confesiones y pláticas de los Padres, no escribo, porque no son para cartas, aunque para mucho alabar al Señor. El sea bendito para siempre por todo.

En la cuaresma pasada fueron dos Padres á predicar á las dos Abadías del Colegio [1]; hízose provecho principalmente en Santo Antonio de Benespera, á do hay gente muy capaz, y habiendo muchos que con gran deseo recibieran los ejercicios, no han dado lugar las otras muchas ocupaciones pias de darse á más que á un caballero, de quien se esperava más notable fruto; y ansí se le comunicó tanto el Señor, que hace vida de grande exemplo. Un casamiento se hizo de limosnas, que para ello se hubieron, y de ello por muchos respetos se siguió mucha gloria de Dios nuestro Señor.

En este Colegio se han recibido seis hermanos, que han estudiado y de muy buenas partes; algunos de ellos están ya en la casa de probacion, otros están aun en la primera y en los ejercicios; todos han pasado por los exámenes y esperiencias de las constituciones con gran satisfaccion. Nuestro Señor los conserve con el augmento que su buen principio promete.

---

[1] Abbatiae Sancti Antonii de Bemespera et Sancti Felicis *(San Fins)*.

Otros quieren ser recibidos é instan mucho en ello: hasta agora no los admiten, aunque así de partes naturales como del provecho de estudios, y el ánimo y devocion que muestran, perseverando mucho tiempo ha en la confesion y conversacion del Colegio, se satisface el Padre. [1] Jesu Cristo nuestro Señor, si de ello fuere servido, ordene como sean consolados en esta su Compañía, á do pido nos dé gracia para perfectamente amar y servir á su divina Majestad. Amen.

De Coimbra, á 16 de Mayo 1554.

De V. P.

hijo en Chro.

Francisco Henriquez.

Superscriptionis loco in primi autographi quarta pagina: De Coimbra.

Alia manu: 1554. Quad. Coimbra, 16 di Maggio.

Praecedentium Patris Francisci Enriquez litterarum latina versio [2].

Jhs.

R.de in Christo Pater.

Pax et gratia Domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

Etsi, ex solita literarum missione, nostrarum rerum ratio tuae P. (quod maxime in votis habes) satis sit cognita, ac nonnulla ex his, quae Januario, Februario, Martio, Aprili, quatuor his proxime elapsis mensibus, fratrum filiorumque tuorum mi-

[1] P. Leo Enriquez, Conimbricensis Collegii tunc Rector.

[2] Apographum in folio duplici, nn. 461 et 462.

nisterio hic Dominus egit, cognoveris, et jam ante dicta frustra nunc videar iterum relaturus, faciam tamen in majorem ob sanctam obedientiam consolationem, ut, quam brevissime potero, omnia complectar.

Patrum Fratrumque, et eorum, qui in Collegio, et eorum, qui in domo probationis versantur, numerum ipsorumque simul nomina ex cathalogo, quod nunc mitto, cognoscere facile tua P. poterit. Qui omnes (ob quod Deo optimo maximo ingentes et agimus et habemus gratias) summa cum animi pace et tranquillitate cum summa et morum et voluntatis concordia, alii iis, quibus humilitatem parent, orationi ac probationibus vacant, alii sua literarum studia, non tamen rerum spiritalium cura intermissa, juxta constitutionum ordinem prosequuntur. Quae quidem ad spiritalem profectum, in majorem Dei omnipotentis laudem, novam quamdam nobis veluti lucem attulere.

Frater Antonius Alvarez, tot variorum morborum doloribus jam diu exagitatus, carne (cum se per aliquot dies movere omnino non posset) fere attrita, spiritu vero satis vehementium quorumdam dolorum magnitudine comprobato, e miserae tandem hujus vitae statione Omnipotentis Dei, Imperatoris Nostri, jussu discessit. Quem ego nunc tantorum laborum praemio securum ac laetum frui satis superque credo. Nec enim ejus solum, antequam aegrotaret, tam sancte anteactam vitam, verum et felicem beatumque exitum admiramur.

Alter item frater, cui Antonio Bragae nomen erat, superioribus diebus obiit. Cui, etsi adhuc primum probationis annum non impleverat, tot tamen tantaque Dominus gratiae suae contulerat dona, ut nos omnes non parum aedificaret. Hic brevi, ut videtur, tempore regno coelesti aptus, post gravem ac satis diuturnum morbum e vita discessit.

Frater Antunez, cum propter sanguinis effusionem, cum febri conjunctam, majori in dies corporis debilitate afficeretur, ut hinc alio aliquo transmitteretur decreverunt medici, non id, quod in aliquam ejus bonae valetudinis spem venirent, sed quod nullum jam superesset (quod adhiberi possit) remedium. Est nunc apud Sanctum Felicem, ubi eum, corporis exuta sarcina, ad Dominum credimus migraturum. Satis vero facile, vel hoc ejus aegritudinis tempore, quanta ipsius ministerio

usus Dominus in quodam hinc non longe sito oppido egerit, ubi ille diebus festis doctrinam praelegebat Christianam, perspici potuit. Nam, praeter quam quod vivendi rationem aliaque exercitia ab ipso constituta, non ejus absentia a vitae proposito revocati, sedulo diligenterque implent, tanto eum in Domino amore prosequuntur, ut primum sibi eum committi ad id peterent, ut ad suum oppidum delato et curationem adhibere et omnia singuli exhibere charitatis veraeque dilectionis munia possint. Quod cum esset denegatum, in Collegio eum manentem non solum saepius invisebant, verum et ex his, quae tenuis illis res suppeditare potest, ut ei tribuerent, secum deferebant Fiebantque praeterea in oppido pro eius ad Deum salute publicae supplicationes.

His proxime elapsis diebus quatuor Pàtres totidemque fra tres hinc alio missi sunt. E quibus unus P. Francisco Vieirae ad Indiam eunti comes datus. Alii Evoram Ulyssyponemque, ut et in Collegiis et in professorum domo confessionibus audiendis vacarent, profecti sunt: duo vero ex eisdem, ob in dies ad nostras scholas accedentium scholasticorum auctum maxime numerum, ut in duabus classibus litteras edocerent humaniores. Quibus adhuc non contenta civitas jam alium praeceptorem exposcit.

Reliqui nunc Patres fratresque, praeter unum, qui se non satis bene habet, prospera utuntur corporis valetudine solitisque exercitiis sedulo diligenterque vacant. Domi, praeter lectionem casuum conscientiae, quae a P. Leone, eius rei peritissimo, habetur, aliam etiam Pater Georgius Serranus pari in re theologica profectu, cum maximo ac perspicuo fratrum in ea profectu, theologiae praelegit: cuius non solum repetitioni verum et duarum, quas in Unìversitate fratres audiunt, ipse praesidet; ex qua re magnum fratres colligunt fructum, praesertim cum et conclusionibus et disputationibus adsit.

Philosophi vero et ii qui in literas incumbunt humaniores, postquam philosophia legi cepta est, Patris Hieronimi Natalis jussu in Collegio Regis versantur. Quod fuit tum gymnasiarchae, tum aliis collegii praeceptoribus pergratum. Id iam apud illos vulgo fertur, nostrorum in ediscendis literis cum diligentiam tum profectum, ad bonarum litterarum studia consectanda, condiscipulos maxime excitare. Nam cum nostri uno

minus anno illis in dialectica versati sint, tantum tamen eos doctrina superant ut praeceptor plurima ac difficilia quaeque tuenda eis committat. Quae illi cum magno in re literaria profectu et cum omnium aedificatione (ob quod Deo gratias agimus) exequuntur. Conclusiones bis singulis hebdomadis publice tuentur. Diebus primum sabbatinis in Collegio Regis, dominicis vero pomeridiano tempore in nostro: his autem conclusionibus quotidianisque praeterea disputationibus frater quidam, Alfonseca nomine, qui idem eis Logicem praelegit, cum magno doctrinae incremento, praeest. Ad quas quidem conclusiones multi ex externis scholasticis, qui et in literis et in morum sanctimonia majores optant progressus facere, accedunt; quibus absolutis, nostro in sacello christianae doctrinae lectionem audiunt.

Ex nostris dialecticis undecim (alio adhuc, quod aegrotaret, domi remanente) publice in Universitate ad Bacchalaureatus gradum suscipiendum examinati sunt. Qui cum examinatoribus non parum placuissent, iamque illis gradus esset concedendus, venissetque ad illos scriba ut solitum prius iusiurandum emitterent, gradui obedientiam praeferentes, id facile recusarunt, magnaque cum omnium aedificatione se, nisi prius Patrem ea de re consulerent, iuraturos negarunt. Postridie vero ejus diei, tum Universitatis Rector, tum examinatores, tum alii, qui ejus rei curam gerebant, gradum, si accipere vellent, privatim se concessuros per nuntium polliciti sunt.

Unus ex his, qui literis vacant humanioribus, Nicolaus nomine, in Collegio Regis publice per horae spatium, intermissis ad id lectionibus, magno auditorum numero magnaque omnium approbatione orationem habuit.

Quae ita, praesertim gymnasiarchae aliisque praeceptoribus placuit, ut eorum unus ibi publice alta voce quae in magnam ipsius laudem vergerent dixerit. Postea et gymnasiarcha et praeceptores, nonnulli etiam scholastici ac monachi, orationis sibi exemplar accommodari satis contenderunt.

Ad conciones, quae in nostro sacello diebus semper dominicis ac festivis habentur, ad christianae etiam doctrinae, diebus item dominicis, pomeridiano tempore, praelectionem audientium numerus, quantum nostrum sacellum capit, confluit. Multique sunt qui id in votis habeant ut aliud denuo hoc majus

latiusque construatur, cui rei suum libenter studium atque operam pollicentur. Nec dubitamus fore quin, si id erigeretur, bona esset populi pars (qui ejus in nos est amor) ad nostrum templum diebus festis accessura. Potest hoc vel ex eo facile colligi, quod nostrum nunc sacellum, non solum perexiguum, verum etiam ab urbe remotum cum sit, ita illi dominicum corpus recipere conantur, ut paschali etiam Resurrectionis tempore in nostro sacello communicandi copiam a suis vicariis petant.

Quod ad concionatores pertinet, P. Correa, Novitiorum Magister, qui doctrinam praelegit christianam, externis omnibus vehementer probatur maximumque movet etiam durissimis affectum devotionis. Nec minus qui hactenus fere semper diebus dominicis concionatus est, P. Georgius Serranus, cujus ingenii subtilitatem ac in dicendo salem saepius ego non collaudantes solum scholasticos multos verum et admirantes vidi. Quibus tamen (omnium, ut credo, judicio) Pater Cotta, etsi in ea re adhuc tiro, non cedit magnamque omnibus et aedificationem et admirationem movet.

Cum duodecim nunc audiendis confessionibus Patres, diebus tamen tantum dominicis, vacent, non possunt tamen tot, qui quotidie (ut ducentos circiter, qui dominicis diebus idem faciunt, praetermittam) ad nos peccata fassuri accedunt, satisfacere. Sed tam pio devotionis affectu illi sunt, ut, cum hic multitudinis aliquando causa id non liceat, ita patribus consulentibus, alium aliquem, cui fateantur, quaerant. Iamque haec in sacramentis percipiendis assiduitas in hujus urbis civium animos ita paulatim subrepsit, ut in omnibus templis multi iam, praeter quam quod peccata fatentur, Eucharistiae accipiant Sacramentum. Ob quam tantam morum in melius hac in urbe mutationem maximas omnes, et illi praesertim qui caeteris eminent, bonorum omnium datori, Deo gratias agunt. Nec enim in privatis solum hominibus, verum et in omni hominum genere ac conditione, morum haec commutatio cernitur. Multique inter eos praecipue sunt, qui animarum suarum salutem cupientes pro virili consequi, spiritalibus rebus mortificationique se totos dedant. Qui profecto nos in Domino plurimum consolantur, cum saeculares homines, in mediis tentationum fluctibus constitutos, tam Deo familiares animarumque salutis amatores et quie-

tam et tranquillam vitam degere, ac si in coenobiis versarentur, videamus; cujus rei fama, per vicina iam oppida disseminata, ut multi ex illis ad nos peccata fassuri veniant efficit.

Multi ita vitae et rationem et conditionem mutarunt, ut alii coenobia nonnulla ingressi sint; alii cum id, matrimonii colligati vinculo, facere non possent, ita tamen seipsos ommino egressi, Deum (ut ita dicam) ingredi carnemque macerare suam conantur, ut nisi patrum monitis refrenarentur, multa essent, quae mediocritatis excederent modum, acturi. Nolo nunc (nec enim id epistolae satis fortasse aptum est) multa, quae multis Deus optimus maximus confessionibus nostrorumque concionibus concessit, quamvis sint illa magna quidem, commemorare.

Superiore quadragesima duo ex nostris in duabus Collegii Abbatiis hinc missi cum animarum profectu, apud D. praesertim Antonii de Benespera, ob majorem incolarum judicii aliquam capacitatem, concionati sunt. Cumque multi spiritalia exercitia facere non parum optarent, non eis, patribus piarum aliarum rerum occupationibus impeditis, satisfacere licuit. Nobili cuidam tantum, ex quo majores in rebus spiritalibus proventus certo sperabantur, id concessum est. Cui tot tantaque Dominus elargitus est ut suae nunc vitae sanctimonia ac religione omnibus aedificationem maximam praebeat. Matrimonium praeterea quoddam eleemosinis ad id comparatis est confectum, ex quo ingens Deo multis rationibus emanavit laus.

Hic sex, qui jam literarum studiis vacaverunt, nostro instituto satis apti admissi sunt, ex quibus aliqui in secundae probationis domo, alii vero in primae exercitiisque spiritualibus versantur. Quibus omnibus et examina et aliae probationes constitutionesque magna cum satisfactione propositae sunt. Faxit Deus ut quod talia pollicentur initia, incrementum in Domino subsequatur.

Alii etiam in nostram Societatem recipi vehementer optant. Quorum etsi tam a natura concessa munera, ut in literis progressus, quam spiritalis profectus, confitentur enim jamdiu peccata saepius et apud nos frequentes sunt, Patri probentur, adhuc tamen id eis denegatum est. Christus optimus maximus, si id in suam cedat laudem, ut in suam etiam Societatem admit-

tantur efficiat. In qua nos eum, toto mentis affectu diligentes, colamus, veneremur ac pro viribus laudare conemur. Amen.

Conimbricae, 17 calend. Junii, anno 1554.

V. P.

Filius in Domino,

Franciscus Henriquez.

Superscriptionis loco in quarta pagina : Ex Conimbrica. *Alia manu :* 1554. Quad. Conimbrica, 16 Maii. Q. V.

CCXCV

P. Antonius de Quadros,
Ex commissione Patris Jacobi Miron,
Patri Ignatio de Loyola.
Ulyssipone, 16 Maji 1554 [1].

Jhs.

Muy Reverendo en Cristo Padre.

Pax Christi, etc.

Lo que de estos 4 meses se ofrece escribir es que el P. Don Gonzalo [2] continúa sus sermones á los domingos y dias santos [3] con mucho concurso, y de muchas personas nobles, que le tienen especial devocion por la gracia que nuestro Señor le ha

---

[1] Duo sunt harum litterarum exempla, utrumque in folio duplici. Primum autographum, n. 435, in quo sola subscriptio, *De V. P. hijo indigno, Antonio de quadros*, est manu ipsius Antonii. Alterum apographum in folio item duplici, n. 434.

[2] P. Gundisalvus de Sylveira, Olyssiponensis domus Praepositus.

[3] *dias santos*, festis diebus.

comunicado en predicar. Ultra de estos sermones en la cuaresma predicaba á los miércoles y viérnes; y, como por experiencia se vee, hace mucho fruto y mueve mucho á los que le oyen á se enmendar de sus vidas, como muchos hacen y se vee claramente por las confesiones.

El P. Gonzalo Vaz continuó sus doctrinas, aunque algunas veces, por caer enfermo, las dejó de hacer, á los mismos dias y domingos y con admirable concurso, como en otra parte creo se escribió [1]; y esto, aunque en la quaresma hacian tambien doctrina otros insignes predicadores; mas es tanta la gracia que en esta parte nuestro Señor le ha comunicado, que no por eso faltaba el concurso de la gente á sus doctrinas. Hace tambien cada semana pláticas en palacio, y el fruto de ellas se vee por las muchas confesiones de muchas personas nobles de allá. Tambien hacia una plática cada semana en casa de la Infanta D.ª Isabel [2] con igual fruto, á donde ella traía todos sus hijos, para que se aprovechasen de ella, y les hacia dar cuenta de lo que habian oido; aunque ahora no se hacen, por ella con otra su hija querer tomar los ejercicios; y con la gracia del Señor se aprovecha; y es tanta la devocion que tiene á la Compañía que al P. mismo, que se los iba á dar, mandaba á sus hijos le besasen la mano por los aficionar á la misma reverencia y devocion que ella tenía. Mostrose tambien mucho el aficion que la Reina y damas nos tienen, porque, habiendo un viernes, por un cierto acontecimiento, dejado de hacer la doctrina el P. Gonzalo Vaz, la mesma Reina lo mandó llamar y ella con la Infanta D.ª María [3] vino al medio de la plática.

La ocupacion en confesiones de todos los Padres de casa es tanta que no pueden entender en otros negocios pios, aunque algunas veces, cuando dan lugar las confesiones, lo hacen, pero son pocas; porque apenas podemos todos cumplir con la multitud de la gente, que viene á confesar en nuestra iglesia, señaladamente estos cuatro meses, en que hubo unas indulgencias, que concedió el Cardenal Infante [4] y un jubileo que vino por la reduccion de Inglaterra, y la cuaresma; en todo este

---

[1] Supra, n. CCLXXII, pag. 534.
[2] Vide supra, pag. 675, annot. 3.
[3] Joannis III soror.
[4] Vide supra, pag. 673, annot. 2.

tiempo era tanto el concurso de la gente, que venía á confesarse, que algunas veces estaba la iglesia tan llena para confesiones como para sermones, y ultra de los tiempos en que había gran número de los que tomaban el Santísimo Sacramento, algunos otros tomaban á las veces en domingos ó dias santos 200, 300 personas; y por ordinario comulgarán cada domingo 140 personas, ultra los que se confiesan por los otros dias, que son cada dia de 20 hasta 30 personas.

Mas muy notablemente se aprovechó y se encendió la gente la postrera octava del Espíritu Santo, en la cual el P. Don Gonzalo hizo la doctrina cristiana con grande concurso del pueblo y con tanto fervor, que muchos se movieron para ganar las indulgencias concedidas en la fiesta del Corpus Christi, confesándose y comulgándose, etc. Con estas ocupaciones, que son propias de nuestra iglesia, nos ocupamos todos con mucho fruto de las ánimas, como se vee en las confesiones, y tanto, que, como dije, apenas nos podemos ocupar en otras obras pias, aunque hay mucha voluntad para ello, y se propongan de hacer y se empiecen.

Cuanto á lo material de la casa, con la gracia del Señor se espera se hará presto. Quiso su Alteza [1] mandar hacer el deseño de la obra con mucha voluntad de ayudarla, como cada dia hace en muchos casos particulares; y ya ha concedido al Sr. D. Pedro [2], Visorey de las Indias, que va este año, algunos derechos de algunas cosas para dar para esta obra de San Roque, que valen dos mil y quinientos ducados. Ultra de esto lleva el Sr. D. Pedro gran voluntad de ayudar esta obra, y creo que, segun la voluntad que muestra de ello, ha de ser gran parte ó quasi todo para se acabar presto. Ya la traza es hecha, y ahora se piden limosnas para la obra por aquí, por Lisboa; y dánsenos en mucha abundancia, quién cinco, quién diez, quién quince, quién cincuenta ducados, en la mano. Un hombre nos trajo á la portería secretamente un saquito lleno de dinero, en que traia dos mil maravedises; otro tambien nos dió de limosna cien mil. Bendito sea el Señor, que tantos caminos nos muestra para confiarnos en él.

---

[1] Rex ipse, Joannes III.

[2] Petrus Mascarenhas, de quo saepius supra et in Societatis et Portugalliae historia.

Estando el otro dia hablando con dos hombres en todo principales, dijeron que, si nos faltasen las limosnas, ó si en otra parte no las hallásemos, que fuesemos á ellos, que no nos habia de faltar, lo cual creo cierto, segun son virtuosos, que lo cumplirán; y un dia de estos se empezará con la gracia del Señor. La ciudad muestra tambien mucha voluntad de ayudarnos y nos tiene ya dado un adro [1] muy grande, que está cerca de la iglesia de San Roque, en que se enterraban los del hospital, para en él se poder hacer el edificio; y cabe cuasi todo en él, y ha comprado á sus costas otra tanta tierra para adro lexos de nuestra iglesia; y esto todo fué tambien con orden de su Alteza.

Los que agora estamos en San Roque somos 14, como V. P. verá por la lista. Por ahora no se ofrece otro que escribir, sino estar todos buenos y encomendarnos mucho en sacrificios y y oraciones de V. P.

A 16 de Mayo de 1554.

Por comision del P. Miron,

hijo indigno de V. P.,

ANTONIO DE QUADROS.

Superscriptio in quarta pagina: JHS. Al muy R.do en Cristo Padre, nro. padre maestro Ignacio Preposito general de la Compañía de Jesús en

Roma.

Alia manu: 1554. Quad. Lisbona, 16 di Maggio.

Vestigium cerae et sigilli.

In apographo n. 434, superscriptionis loco in quarta pagina: Copia de una de 4 meses de San Roque.

Alia manu: 1554, 16 Maii.

1554, 16 Maii, Quad. P.e Ant.o de Q.adros.

---

[1] "ADRO. Parece derivado do latim *Atrium;* mas não tem no Portuguez todos os significados de *Atrium.* Da maior parte delles faço menção na dição *Atrio.*—No Martirologio em Portuguez por *Adro* se entende cemiterio, porque antigamente não se enterravão os Christãos nas Igrejas, nem ao pé dos altares, por respeito ao Corpo et Sangue de Jesu Christo, que nos dittos lugares se consagra, mas nos Adros das Igrejas, a saber, na entrada e diante da porta principal dellas, se abrião as sepulturas...." BLUTEAU, l. c.

Praecedentium Patris Antonii de Quadros litterarum latina versio [1].

Jesus

R.de in Christo Pater.

Pax et gratia Domini nostri Jesu Christi sit semper nobiscum. Amen.

Quod mihi sese quadrimestri hoc proxime elapso gestum scribendum nunc offert, R.de in Christo P., illud primum est, Patrem Gondizalum solitas diebus dominicis et festivis [habuisse] conciones magna cum auditorium frequentia multorumque praesertim nobilium virorum, quibus ille, ob gratiam sibi a Domino hac in re concessam, magnopere probatur.

Quadragesimali vero tempore, diebus etiam veneris ac mercurii concionabatur. Cujus conciones quantam multis animarum suarum utilitatem morumque in melius mutationem afferant, facile ex confessionibus colligi potest.

Pater Gondizalus Vaz diebus item dominicis ac festivis (nisi cum infirma corporis valetudine impediebatur) magna cum auditorum frequentia, etiamsi idem quadragesimae tempore praeclari alii concionatores facerent, doctrinam praelegit christianam. Tantum enim ei Dominus in dicendo salem, tantam venustatem elargitus est, ut ne hoc quidem, egregiorum scilicet concionatorum doctrinae christianae lectione, quominus ad eum multi confluerent impedirentur. Singulis vero praeterea hebdomadis in Regia aula conciones nonnullas privatas habet. Quarum fructum multi, qui jam peccata fatentur, satis indicant. In domo etiam infantis D. Elizabet, ejusmodi, pari animarum fructu, concionem habebat, cui et ipsa et suo jussu filii omnes aderant, a quibus illa rationem eorum, quae Pater

[1] Apographum in folio duplici, n. 436.

dixerat, postea exigebat. Hanc nunc ea de causa non habet, quod ipsa cum filia spiritualia exercitia facere velint, in quibus ei Dominus satis multa confert. Quae tanta est in nostram Societatem animi propensione, ut, cum ad eam idem Pater exercitia traditurus accedat, Patris manus filios osculari jubeat, ut ipsi eodem imbuantur devotionis venerationisque affectu. Satis etiam magnum et Reginae et earum, quae ei inserviunt, in nos amorem id declaravit, quod, cum quodam die veneris Pater Gondizalus Vaz doctrinae christianae lectionem casu quodam non habuisset, postea tamen a Regina rogatus, hora jam, ut credo, quinta, cum magna omnium laetitia praelegit. Ad quam ipsa Regina ac Infans D.ª Maria, cum jam in medio fere versaretur, audiendum venit.

Patres omnes ita confessionibus audiendis sunt impediti ut vix aliis piis externis operibus vacare possint. Quae tamen, si quando licet (licet autem perraro), non omittunt. Vix enim quotquot domi adsumus, omnibus, qui ad nostrum templum peccata fassuri accedunt, satisfacere possumus; quae confitentium multitudo ita praesertim quatuor his mensibus aucta est, cum praeter jubilaeum ob Angliae conversionem missum, et quadragesimam, nonnullas etiam indulgentias Infans Cardinalis concesserit; ut tanta fere nonnunquam hominum ad nos multitudo ad peccata fatenda accederet quanta ad conciones audiendas confluere solita erat; et praeter quamplurimos, qui hisce temporibus Eucharistiae Sacramentum accipiebant, ducenti, nonnunquam etiam trecenti, diebus dominicis ac festivis idem faciebant. Quibus diebus, dominicis scilicet, centum fere semper et quadraginta communicant. Ut jam aliis hebdomadae diebus peccata confitentes omittam, qui trecentesimum fere implent numerum. Ardentiori tamen quodam fervore octava festi Pentecostes postrema omnes incensi atque inflammati sunt. In qua P. Gondizalus doctrinam Christianam magno cum populi concursu ac tanto praelegit fervore, ut multi indulgentias, in festo Corporis Christi concessas, peccata fatentes et communicantes, etc. consequi statuerent. His itaque, R. in Christo Pater, occupationibus, nostri templi nostraeque Societati vel maxime propriis, tanto cum animarum fructu vacamus omnes quantum facile ex confessionibus perspicere cuilibet licet. Ita tamen his distringimur ut pia alia opera exercere, etsi id omnes

habeamus in votis, seque offerant, aliquando etiam aggrediamur, non possumus.

Quod ad domus constructionem pertinet, cito manus nos operi impositturos speramus. Rex ipsius fundamenta perscribi jussit. Nec id sine magno auxilium etiam ferendi (ut in multis aliis privatis nostrae Societatis rebus facit) desiderio. Iamque D. Petro Mascareñas, Indiarum Proregi hoc anno constituto, vectigalia, quae ex nonnullis rebus colliguntur, ad opus hoc absolvendum concessit. Ex quibus nobis duo mille quingenti aurei tribuentur. Accedit hic summa ipsius D. Petri erga domus absolutionem voluntas. Quem ego praesumo (ut suis ipse verbis indicat) hujus rei desiderio, in causa praecipua fore, aut fere solum, credo, ut domus nostra absolvatur quam citissime. Cujus, ut dixi, perscriptionem jam habemus. Ad cujus aedificationem (quam propediem inchoandam speramus) Ulyssiponae eleemosinae petuntur, quarum larga nobis suppeditatur copia. Alii enim quinque, alii decem, alii quindecim, alii etiam quadraginta, alii quinquaginta aureos ipsimet afferunt. Semel quidam, ad nostrum ostium clam accedens, sacculum duobus mille dipondiis plenum attulit. Alius etiam centum mille dipondia elargitus est. Benedictus sit Dominus qui tot nos, ut omnem in ipsum constituamus spem, rationibus confirmat. Verum inter alios qui huic maxime favent operi, duo sunt in omnibus certe praecipui, qui cum nos an satis fortasse eleemosinae suppeterent interrogassent, eaque de re forte colloqueremur, illi si aut nullae essent aut si nobis alibi non tribuerentur, ad se ut confugeremus rogarunt; nulli nostrae necessitati defuturos affirmantes. Quae ego eos impleturos (quanta illorum est virtus) pro certo habeo. Quod nos ut quam primum domum aedificemus veluti cogit; cum praesertim id se non parum optare civitas manifestis comprobaverit indiciis. Nam ciminterium *(sic)* quoddam satis amplum, non longe ab D. Rochi, ubi in xenodochio morientes sepulturae mandabuntur, ad id nobis tradidit. Quod totum fere domus aedificium capit. Ipsaque praeterea tantumdem agri, a nostro templo valde sejunctum, ut cyminterium esset, propriis sumptibus comparavit. Quae omnia Regis consensu ac decreto sunt acta. Nunc apud D. Rochi quatuordecim (ut ex cathalogo facile perspicere Tua Paternitas poterit) sumus. Neque nunc pluris quam ut tuam P. rogem nos,

bona quidem valetudine fruentes, in tuis sacrificiis atque orationibus Domino habeas commendatos.

17 calendas Junii anno 1554.

Ex commissione P. Mironis,

Filius indignus Tuae P.,

ANTONIUS A QUADROS.

In quarta pagina: Ex Ulyssipona.

Alia manu: 1554. Quad. Ulyssipona, 16 Maii.

CCXCVI

Annibal a Coudreto
Patri Ignatio de Loyola.
Messana, 21 Maji 1554 [1].

Jhs.

Molto Reverendo in Christo Padre.

La gracia et pace di Christo nostro Signore sempre sia con tutti noi. Amen.

In questi quattro mesi non s' ha fatto cosa nuova. Et pur nelli soliti essercitii di prediche, lettioni et confessioni hasi fatto tanto buono progresso, per gratia del Signore, che è cosa per dare gratia alla sua divina misericordia. Imperoche già che in particolare non sono cose da dir, in general dirò alla R. P. V. che molti di quelli, che frequentano la nostra chiesa, più hanno forma di buoni religiosi che di secolari. Et ben che

[1] Autographae, totae manu P. Annibalis in folio duplici, n. 155 et 156.

la R. P. V. se potrà maravigliar che io parli in questo modo, nondimeno mi pare che la cosa è più che scriver non posso, non senza admiratione et gaudio delli Padri confessori. Il che non solo per movimenti interiori dell' animo, quali loro soli, cioè i confessori, sanno, ma etiam per opere esteriori si vede, et massime d' alcuni, quali con grande fervore passano inanzi, non perdonando a se stessi nè a cosa sua alcuna, et sprezzando il mundo et la carne ogni volta che per il servigio del Signore è di bisogno, et non lasciando opera alcuna buona, la quale, o dal Spiritu Sancto, o dalli Padri nostri gli sia conseגliata, attendendo ad adgiutar poveri, a sepelir morti et a convertir peccatori alla via del Signor; fra i quali questi giorni hanno convertiti doi capi d' ogni sceleraggine con admiratione di tutta la città che li cognosceva. Il simile fanno alcune donne, principalmente nobili, fra le meretrici.

Nella quadragesima il R. P. maestro Otello [1] predicò ogni giorno, al principio alla madre chiesa [2] per richesta delli Signori giurati [3], non potendo venir il predicatore loro per infermità; poi, essendo esso venuto, ritornò il P. nostro nella chiesa nostra, et sempre con molto auditorio; etiamdio in questo tempo le feste tanto piena è la chiesa quasi sempre, che non pare ne possa più capire. Tanta è la affectione di questo populo alla parola d' Iddio, che principalmente le donne, non potendo venir alla predica, mandano altre in luogo suo che poi li referiscano quello haveranno sentito. Le lettione sono: il venerdì l' Ecclesiaste di Salomone; et le domeniche il libro de Job. Nelle prediche ha cominciato S. R.ª poi di Pascua coniungere uno salmo coll' Evangelio.

La frequentia delle confessioni et communioni è grande et va crescendo con no poco frutto delle anime, lasciando esse gli odii, adulterii et discordie; altri si sono maritati colle loro concubine; alcuni datisi alla religione, huomini et donne; alcuni maritati vivono in castità, et hora di nuovo hanno cominciato, oltra di quelli, delli quali già si è scritto. Uno, havendo lasciato l' habito di monacho, ha repigliato l' habito con la buona

---

1 P. Hieronymus Otellus.

2 *madre chiesa*, idem ac summum templum, cathedralis ecclesia, nonnunquam *il Duomo*.

3 *Signori giurati*, civitatis magistratus a populo statis temporibus electi.

vita insieme et restrettosi in una religione più stretta. Un altro già vecchio, che da molti anni non riceveva li Sacramenti et era dato tutto al demonio, è ritornato in se et ha confessato et communicato. Et per dir brevemente alla R. P. V., si dice publicamente che molto è mutata questa città, et poi del Signor lo tribuiscono alla Compagnia. Imperoche se ben ce sono altri, che fanno grande frutto predicando et dando li sacramenti, come noi, nondimeno per che loro si sono mossi per l' essempio del Collegio, il tutto s' attribuisce alla Compagnia.

Et per dir in particolare alcune di queste mutationi, benche brevemente, pur dirò uno o doi essempi cerca dell' odio et avaritia, per esser le virtù contrarie più aliene di tali persone. Uno gentilhuomo, essendo stato gravemente ferito de uno suo inimico, non volse mai accusarlo, anzi più presto confessarsi et reconciliarsi con Iddio et il suo adversario, perdonandoli ogni inguria liberamente. Un' altro pur robusto compagno, essendo ingiurato publicamente nella via molto ignominiosamente d' un altro di sua conditione, senza risponder niente se ne retira in casa sua; il che per la novità della cosa fu utile a quelli che lo veddero, i quale lo benedicevano et dio in esso; et anche fecce frutto all' altro, perche anchora lui vedendo tanto insolita patienza, quello medesimo vespro li venne domandar perdonanza in casa propria. Uno mercante havendo in mar havuto disgratia et presa molta robba, monstrò quanto poco conto ne faceva, dicendo solamente con animo quieto : *Dominus dedit, Dominus abstulit*, etc. Ma per lasciar il particolar, dirò quello che da persone che ben lo sanno si dice, cioè che già hora nelle preggioni poca gente si ritruova. Il che giudicano venga della grande mutatione della gente, che già cognosce meglio il male et più diligentemente lo fuge.

L' oratione delle 40 hore s' ha fatta alla Pentecoste con maggior concorso et devotione che mai qua si fece, tanto che in alcune hore la chiesa era piena. Uno delli Padri ha cura di quelle doi opere che si cominciorono l' inverno passato, cioè del monasterio riformato della Ascensione [1] et della casa di probatione per le convertite [2], nella quale hora vivono 15 me-

[1] Vide supra, pag. 528.
[2] Supra, pag. 531.

retrici, delle quale 12 sono deliberate entrar nel monasterio delle convertite. Le monache riformate della Ascensione danno molto buon odor della vita sua, in certo modo più angelica che humana, et molte sono invitate per questo di voler intrar là; ma non pare hora conveniente che altre si accettino. Molte volte sono chiamati li Padri nostri per confessare li infermi, et nelle carceri, et tanto più quanto che mal volontieri si confessano con altri.

Nell' Itala [1] molti più del solito si sono confessati et communicati in questa pascha, et è quel populo attento et frequente nelle prediche et sacre lettioni. In Sancto Philippo [2] si predicha tuttavia le domeniche. Tanto di questi luoghi quanto della città di Messina il buono odore della Compagnia si sparge nelle terre vicine, et già in Tavormina dicono di voler fundar uno Collegio, et in Saoca [3] un altro. In Catania presto si spera che se ne farà un altro; imperoche il Vicerè [4] ha domandato all' Imperator [5] una Abbatia, che hora appresso quella città vaca et vale mille cinque cento scudi, come si dice, all' anno; et vuole Sua Excell.[a] li mille dar al Collegio di Messina; delli 500, parte far un Collegio in Catania, parte alle altre opere della Compagnia, se pur l' impetrarà, il che si spera colla gratia del Signore.

Nelle scuole è quasi il medesimo numero di scholari che al principio dell' anno; fanno frutto non solo in lettere, ma anche in spirito. Et fra essi ci v' è duoi di buona sorte, che desiderano intrar nella Compagnia, già grandetti circa di 16 anni; l' uno studia rethorica et greco, l' altro grammatica. Sono etiam altri che desiderano il medesimo; ma per esser piccoli, non ci è speranza che così presto si possino pigliar. In casa gli scholari nostri si essercitano in predicar, dechiamar, et disputar le feste. L' altre cose V. P. R. già le sa. La quale molto supplicamo se degni pregar il Signore per noi, acciò con più

[1] Abbatia, quae per id temporis data *in commendam* fuerat fratri Joannis de Vega. Vide Polanco, *Chronicon*, t. III, pag. 202.

[2] Abbatia Sancti Philippi Grandis, *in commendam* data Joanni Osorio de Silva, alia ab Abbatia Sancti Philippi, seu Sanctae Mariae de la Grotta, Collegio Panormitano annexa. Vide Polanco, *Chronicon*, t. II, pag. 541, et t. III, pag. 203.

[3] Sic; Polancus tamen scribit saepius *Xacca* et *Xaca*, et videtur sermo esse de urbe *Sciacca*.

[4] Joannes de Vega.

[5] Carolus V.

fervore attendiamo al divino servigio et dignamente possiamo conversar fra i suoi servi et amici, senza mai discostarci dalla santa volontà sua. Amen.

Di Messina, alli 21 di Maggio 1554.

Di V. R. P.

Servo inutile in Christo Giesù,

ANNIBALE CODRETTO.

Superscriptio in quarta pagina: Al molto R.do in Christo P. il P. M. Ignatio de Loyola, Preposito gnale. della Compagnia di Gesu.

In Roma.

Alia manu: 1554, 21 di Maggio, Messina.

21 di Maggio.

Vestigium cerae et sigilli.

Praecedentium Patris Annibalis a Coudreto litterarum latina versio [1].

Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum spiritu nostro. Amen.

Novi quod te scire maxime referat, optime in Christo Pater, nihil his quatuor mensibus factum est; neque tamen non plurima divina benignitate facta sunt, quorum nomine Deo optimo maximo gratias maximas agere debeamus. Sed quoniam ea ne sigillatim referam prohibet lex indicta brevitatis, uno verbo mihi dicere liceat magnum incrementum divini obsequii in dies fieri. Tantum enim et confessionibus, et sacris lectionibus, et concionibus proficitur, ut bona pars hominum, qui ad templum nostrum conveniunt, non tam viventium in saeculo quam religiosorum speciem prae se ferant. Mirabitur fortasse P. T. quod

[1] Autographum in folio duplici n. (recens apposito) 5.—In eo solum subscriptionis verba sunt manu Annibalis, sc, *R. P. T. inutilis in X.o Jesu servus, Annibal a Coudreto.*

dico. Sed sane plus est quam scribi possit, nec mediocrem nobis omnibus affert una cum gaudio admirationem plebis hujus devotio et erga res divinas affectio, quam et externa opera demostrant, et, internorum motuum conscii, confessores tacere non possunt. In tanta multitudine excellunt tamen quidam et praecipua quadam pietate praefulgent viri et mulieres, qui, cum in mundo sint, de mundo tamen dici non possunt. Etenim carnis et saeculi blandimenta, opes, fortunas, se denique ipsos ac sua omnia ita prae Deo Deique honore negligunt, ut quoties opus sit, nullam sint horum habituri rationem. Quod nequaquam dicerem, nisi re ipsa nobis compertum id foret. Nullum enim opus bonum, quod sive ipsi, duce Spiritu Sancto, sua sponte animo conceperint, sive a patribus nostris commissum illis fuerit, aut etiam ostensum, praetermittere omnino volunt. Ita et pauperes adjuvant, et mortuos inopes sepeliunt, et peccatores ad viam justitiae revocant. Et paucis ante diebus viri duo, ab his conversi, in admirationem sui universam hanc civitatem converterunt. Erant enim malorum omnium insignes artifices et duces, ut, si quas caedes, si quod aliud scelus quis optaret confici, ad illos confugeret. Mulieres vero, eaeque magna ex parte nobiles, idem,. maxime inter meretrices, neque id frustra, efficere conantur.

In quadragesima singulis diebus est a R.do P. Otello concionatum, initio per aliquot dies in templo Divae Mariae, quod est hic maximum; reliquo vero tempore in nostro; factum autem illud fuerat rogatu magistratus hujus civitatis, propterea quod adesse, qui conductus fuerat, impeditus mala valetudine non potuerat. Est autem utrobique illum comitata ingens populi multitudo, quae nunc quoque diebus festis ac dominicis auge tur potius quam decrescit; ut plurimum enim ita plenum est templum, ut vix plures capere posse videatur. Tantoque affectu verbum Dei, praecipue mulieres, prosequuntur, ut, si quando morbo aliquo domi detineantur, mittant ipsae alias, quae id, quod audierint, diligenter illis referant. Diebus autem veneris, post Resurrectionis festum, Ecclesiastem Salomonis idem Pater est interpretatus. At vero diebus festis et dominicis Jobi librum, quem antea auspicatus fuerat, prosequitur. Adjunxit quoque, ad majorem auditorum fructum, ut in singulis concionibus Psalmum aliquem cum Evangelio conjungat.

Confessionum et magnus est numerus et augetur in dies. Nec pauci sunt qui inde colliguntur fructus, quorum aliquos referrem, nisi satis cognitos ex superioribus literis cognoscerem, et vererer ne molestus essem. Nam et domesticae simultates inter viros uxoresque suppressae sunt, et odia acerbissima restincta, et dirempta adulteria, et inter illos contracta matrimonia, qui ante illegitimo thoro jungebantur, et nonnulli, tum viri, tum mulieres, ad religionem animum adjunxerunt, votis etiam editis.

Conjugati quoque aliqui etiam a concessis voluptatibus abstinent. Unus etiam fuit, qui cum vitam simul et habitum monachi abjecisset, utrumque pariter resumpsit, arctiori sese astringens regulae quam prius. Et quidam jam senex jamque diu nullius Sacramenti particeps, qui animae suae dominum daemonem elegerat, seque illi totum commiserat dederatque, ad confessionis et Eucharistiae Sacramentum rediit. In universum autem mores plurimorum emendatos esse constat, palamque illud dictitatur: in hac urbe vivendi rationem longe differre ab ea, quae prius fuerat. Idque cum imprimis divinae bonitati, tum hujus etiam Societatis ministerio tribuunt. Nam, etsi non omnia nostri faciunt (sunt enim et alii, ad quos concio frequens, sicuti ad templum nostrum, confluit, tum ad verbum Dei audiendum, tum ad suscipienda Sacramenta), tamen quoniam illi hujus Collegii exemplo impulsi creduntur, hujus quoque boni nos authores esse affirmant. Ut autem, quod dico, facilius credas, licet institutum non sit in persequendis singulis immorari, patietur tamen P. T. ut unum aut alterum referam exemplum, quo haec morum immutatio, quam praedicant, appareat. Vir quidam nobilis, cum ab adversario periculosa vulnera accepisset, nunquam deferre illius nomen voluit in judicium, sed potius se et Deo, facta peccatorum confessione, et adversario reconciliare, omnemque prorsus injuriam illi remisit. Fuit et hisce proximis diebus alius, alioqui strenuus ac vigens aetate, qui cum palam acerbissimis conviciis incesseretur a quodam nihilo melioris conditionis viro, secessit ipse pacificus ex via seque in tecta sua recepit. Qui dum locum dat irae, et sibi et illi plurimum profuit. Etenim ille, tanta patientia et novo more adductus in admirationem, veniam eadem die ab eo petivit. Mercator quidam, amissa in mari non parva pecuniae summa,

nihil aliud quam benedixit Deo, et, pacato animo, quam parvi faceret quod perdiderat, in haec verba ostendit: *Dominus dedit, Dominus abstulit*, etc. Haec de injuriis opibusque neglectis, etsi minutiora, idcirco lubentius retuli, quo a pristinis horum hominum moribus magis viderentur aliena.

Sed et illud mutatos hominum animos et opera maxime indicat, quod ab iis, qui haec apprime norunt, dictum audivimus: jam paucos hoc tempore in carceribus nexos detineri, quod quidem illi sic accipiunt, quasi certissimum sit argumentum emendatae civitatis, quae et mala intelligat apertius et ab his facilius cautiusque declinet.

Quadraginta horarum continua deprecatio ad Deum, proximis Penthecostes diebus, maiori quam unquam devotione et frequentia facta est, ut horis aliquot diei, qui ad orandum convenerant, templum nostrum replerent. Duorum quoque operum, quae altero quadrimestri coepta fuerant, huic Collegio cura incumbit, et unus ex Patribus huic est muneri destinatus. Sunt autem illa, si forte non memineris, Ascensionis Monasterium, sive Sancti Michaëlis, et probationis domus, in quam se meretrices recipiant, quibus est animus a peccato resiliendi. In hac vivunt nunc meretrices quindecim, quarum duodecim monasterium, qui conversarum dicitur, ingredi statuerunt. In monasterio vero 17 virgines mirum quam suavem tota urbe odorem non tam humanae quam angelicae vitae sparserunt. Nec paucas suae sanctitatis fama invitant in suum consortium; sed hoc tempore non visum est consultius ullam admittere.

Ad carceres non raro vocantur Patres, et eo frequentius quo aegrius aliis quam nostris, qui vincti tenentur, confiteri volunt. In Italae oppido multo plures, quam pro more, proximo Pascha confessi sunt, et concionibus lectionibusque rudior ille populus non mediocriter delectatur; id quod frequens concio, quae illuc convenit, declarat. Nec desitum est in Sancto Philippo diebus dominicis verbum Dei praedicari. Horum se fructuum suavitas, cum ex his oppidis, tum ex civitate hac, vicina in loca diffudit. Thauronimitani siquidem nunc Collegium hujus Societatis expetunt, et incolae oppidi, quod Sauca dicitur, alterum. Catanae quoque spes est futurum, idque fortasse brevi. Abbatiam enim quamdam, quae ab illa urbe non longe abest, in subsidium hujus, hoc est Messanensis, Collegii et illius, hoc

est, Catanensis, extructionem, impetrare obnixe contendit ab Imperatore pientissimus Prorex, Vega. Qui si effecerit, quod quidem facile sperat, praesertim cum ea possessorem a diebus aliquot non habeat, statuit ex ejus reditibus mille aureos coronatos annuos Messanensi Collegio impartiri, quingentos vero (tot enim proventus afferre quotannis dicitur, hoc est 1500 coronatorum), partim Catanensi Collegio exaedificando, partim aliis operibus, quae tamen ad incrementum Societatis hujus nostrae pertineant.

In scholis nihil est innovatum. Perstat idem fere discipulorum numerus, qui ad hujus anni principium fuit. Nec literarum tantum sed et pietatis in eis profectus agnoscitur. Ex iis duo praecipue, non contemnendae indolis, Societati sese adjicere cupiunt; alter rethorices est et graecae linguae auditor, annos natus ferme sexdecim, omnium condiscipulorum, si unum ex domesticis exceperim, doctissimus; alter grammaticis institutionibus adhuc vacat, ejusdem prope aetatis et bonae spei adolescens. Sunt et alii, qui idem sibi institutum proposuerunt; sed aetas obstat quominus id se facile consequi posse sperent. Domi, et concionibus, et declamationibus, et disputationibus exercentur nostri.

Caetera P. T. non ignorat. Cujus precibus optamus nobis a Deo gratiam concedi, qua divinis obsequiis attentius ferventiusque incumbamus, digneque inter ejus servos atque amicos versari et ab ejus sanctissima voluntate nunquam discedere possimus. Amen.

Messanae 21 Maii 1554.

R. P. T.

Inutilis in X.º Jesu servus,

ANNIBAL A CODRETO.

Superscriptio in quarta pagina: R.do in Christo Patri d.º Ignatio de Loyola Praep.to Gnali. Societatis Jesu.

Romae.

Vestigium cerae et sigilli.

FINIS TOMI SECUNDI

ERRATA CORRIGE

Pag. 348, annot. 2, ubi Eleonora, *lege* Elisabeth, Isabella.
» *492, linea 2, ubi* Alphonsus Cyprianus, *lege* Cyprianus Suarez.

INDICES

INDEX ONOMASTICUS PERSONARUM

A

B

C

D

---

1 In pag. 492, ubi est Alphonsus Cypriano, lege Cyprianus Suarez.

E

F

G

H

M.

N

O

P

Q

R

---

1 Corrige hic, ubi scriptum Alphonsus Cyprianus

T

U

V

W

X

Z

INDEX GEOGRAPHICUS

A

B

C

D

E

F

G

H

I

INDEX

LITTERARUM QUAE IN HOC SECUNDO VOLUMINE CONTINENTUR

[1] Corrige suo loco, ubi scriptum est CIII.

[1] Corrige suo loco, ubi est Alphonsus Cyprianus.

INDICES

A. M. D. G.

Date Due

OCT 10 '64	Rev. M. Meraux SJ		

